REPERTORIUM SENTENTIARUM, REGULARUM, CONCLUSIONUM, ITEMQUE...

Giovanni Battista Coccini

Digitized by Google

BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
13
17 A
23

Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu

13-14. Ca. 19
265.11

Digitized by Google

Digitized by Google

Repertorii SENTENTIA-RVM, REGVLARVM,

CONCLVSIONVM, ITEMQVE AXIOMATVM, SIVE LOCORVM COMMVnium, ex univerſo Iuris utriuſque corpore gloſſis etiam atque interpretum, tàm veterum quàm recentium tractatibus, lecturis & conſiliis, ſummo ſtudio maximoque labore & induſtriâ, recens collecti & adornati

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

SEBASTIANO HORNMOLDO
I.V.D. & Illuſtriſſimi Principis
VVirtembergici Conſiliario.

TOMVS TERTIVS.

OPVS OMNIBVS CVIVSCVNQVE ordinis aut loci Iurisperitis, præſertim verò praxin forenſem ſectantibus, non tantum accommodatiſſimum, ſed & apprimè utile, maximéque neceſſarium.

IN NOBILI SPIRA

Excudebat Auguſtinus Scheiderus,
Sumptibus Heliæ Kembachij.

M. DC. X.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

Digitized by Google

EPISTOLA COMMENDATITIA

MAGNIFICI, NOBILISSIMI SIMVL ATQVE CONSVLTISSIMI D. DIONYSII GOTHOFREDI IC.

Regis Galliarum Conſiliarii, Anteceſſoris in Argent: Baſil: Altorff: & Heidelbergenſi Academiis

Ad

CLARISSIMVM ET CONSVLTISSIMVM VIRVM D. SEBASTIANVM HORNMOLDVM I. V. D. & Conſiliarium Wittembergicum, Poëtam Laureatum, amicum ſuum.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA ... EMANUELE

TVAS *& quidem binas, vir clariſſimè, de collectione Regularum Iuris vtriuſque à te confectâ, accepi. Eclogam illam, licet ſine meâ commendatione, Lectorem æquiſſimum, pro ſuo merito æſtimaturum video. Quoniam tamen literis tuis tam enixè à me poſtulaſti, præſtantiſſimis vt Iuriſconſultis à te nominatis, meam ſententiam adiungerem, tàm illuſtrium virorum exemplo calculum meum quoque addere non grauabor. Præter præfationem tuam ad Lectorem, Specimen Regularum à te publicitùs edendarũ ſemifolio impreſſum, & à te mihi cõmunica-*

A 2

Digitized by Google

tum ſæpius relegi. Animi tui deſiderium ſanè commendo: ſententiis enim & quidem breviſſimis Ius noſtrum recludere velle mihi videris. Quis hoc quæſo factum invidus accuſare, nedum damnare auſit? ſive, quia nihil frigidius eſt, quàm lex cum prologo, & iubere, non diſputare legis proprium eſt: ſive, quia librorum turba diſcentem onerat, non inſtruit. Plauſtra tot legum, oro te, quis leget aut capiet? Sed eſto: legat tot leges aliquis tot pompis ac proœmiis ornatas, quo rurſus nummorum ſumptu vel abuſu? quanta temporis iacturâ, animique moleſtiâ tot prolixas leges decurret, ſine arte, ſine methodo contextas? Atenim his omnibus Libellulo tuo promptiſſimus occurrere feſtinas: quòd neceſſaria & in vſu tantùm poſita colligere te velle ſpondeas: quòd ſimpliciſſimam omnium, Literariam ſcilicet, methodum tibi deligas: quòd pauciſſimis verbis ea te dicturum repromittas, quæ prolixiſſimis alii Commentariis vix aperient. Quid amplius? Viatorum quoque rationem vel commodum prætendis, ut vel in manſionibus ſingulis habeant Iuris aliquid, quod addiſcant. Merito: Cur enim temporis illud quicquid eſt, corpore plus ſatis defeſſis ſubducetur iniuriâ; cùm & Plinio auctore, Epiſtolâ 6. etiam in-

inter venandum, ut panarium & languncu-lam, pugillares ferre literati debeant, experturi, non Dianam magis in montibus, quàm Minervam inerrare. Nec animi quoque tui cogitatio in illâ Methodo Latinis vel Græcis exemplis caret: Cùm ἐκ τοῦ μικροῦ κατασοιχείου, Conſtantinus Harmenopulus multa deſumpſerit. Tuum itaque inceptum, cùm tot rationibus & exemplis munitum ſit, potes meo quoque iudicio, (quandoquidem id toties, & per amiciſſimum mihi hominem expetiiſti) in illo conſtans propoſito perſeverare: ut Compendii tui ductu non tantùm iuvenes noſtri Axiomata Iuris memoriter teneant, facilique ratione condiſcant texendis argumentis utilia, ſed & prorectiores interdum, quoties opus uſuſque fuerit eo faciliter utantur. Vale. Heidelbergæ. 20. April. anno 1609.

Tuus ex animo

Dionyſius Gothofredus IC.

Digitized by Google

NA.

NARRATIO vera reddit verum iudicium. *Bal. conſ. 319. vol. 1.*

Narratio conſtat petitione actoris & reſponſione rei, contradictione, negatione. *l. 1. C. de lit. cont.*

Narratio, quæ fit in Inſtrumento, non probat ea, quæ narrantur. *Spec. de Inſt. edit. §. 8. V. in ſumma.*

Narratio facti fieri non debet per Advocatum cauſæ. *Inn. c. paſtoralis. de iud.*

Narratio facti ſola non dicitur petitio. *Innoc. capit. 1. de lit. conteſt.*

Narratio facit, quòd omnia, quæ ſunt narrata, videntur conceſſa. *Fel c. ſuper literis. 6. col. de reſcript.*

Narrativa verba non diſponunt *c. ſi Papa. de privil. lib. 6.*

Narrativa verba confirmata diſponunt. *Gazaden. conſ. 83. num. 10.*

Nares abſcinduntur adultero. *tit. C. ad l. Iul. de ad.*

10. Naſci de adulterio non eſt eius culpa, qui naſcitur, ſed qui generat. *c. naſci. 56. diſt.*

Naſcuntur ingenui *l. ingenui. C. de ingen. manumiſſ.*

Naſciturus in commodis habetur pro nato. *§. 4. Inſtit. de tutel.*

Naſcituro in petitione hereditatis proſpicitur. *leg. 3. ff. de her. petit.*

Naſci ex fornicatione culpa parentum eſt. *Palaot. de nothis. cap. 55. num. 12.*

Naſcituro maxime proſpiciunt iura. *Lopez. animadverſ. iur. Civil. cap. 11. num. 2.*

Naſciturorum incertitudo non impedit coheredem adire. *Bar. l. illud ſciendum. ff. ſi pars her. pet.*

Natales aſſignant parentes, non confeſſio. *l. parentes. C. de lib. cauſ.*

Natales patris non probant filiam eſſe ingenuam. *ibid.*

Natalium reſtitutio fit per ſolum Principem. *l. 1. C. de iur. aur. annul.*

20. Na-

20. Natalium reſtitutio omnem maculam abſtergit. *leg. Imperialis §.1.C.de nupt.*

Natalium reſtitutio tollit omne ius patronatûs. *l.3. C. de bon. libert.*

Natalium veritas eſt ab ingenuo defendenda. *l.ſi te & filios tuos.§.de ingen.manum.*

Natalibus non officit captivitas, ſi revertatur poſtliminio. *l.4.C.eod.tit.*

Natalibus non officit manumiſſio. *ibid.*

Natalibus reſtituere poteſt Imperator. *l.2.ff.de natal.reſt.*

Natalibus reſtituere poteſt Princeps. *l.1.& 3.ff.eod.*

Natalibus reſtitui poſſunt ſervi à Principe. *l. Imperialis.§ 1. C.de nupt.*

Natalibus reſtitutus poteſt eſſe decurio. *l. ex libera. C. de ſuis & legit.hered.*

Natalibus reſtitutus fit ingenuus. *l.2.C.de iur.aur.annul.*

30. Natio nulla tam immanis & barbara, quæ non credat Deum aliquem eſſe. *Connan.Com.iur.civ.li.1.cap.5. n.5.*

Natio nulla tam fera, quæ nō habeat aliqua inſtituta. *Idem lib.1.cap.1.n.8.*

Natio bona bonum, mala præſumit malum. *l. quod ſi nolit.§.qui mancipia ff.de ædil.edict.*

Natio & ortus cuiuſque regionis ſpectandi ſunt. *l. quod ſi nolit.§.ſi plures.ff.de ædil.edict.*

Natio alia aliâ melior. *leg. quod ſi nolit.§.qui mancipia.ff. ædil. edict.*

Natione mores perpenduntur. *l.quod ſi nolit.§.qui mancipia.ff.de ædil. edict.*

Nativitate filii rumpitur teſtamentum. *Authen. Caius de pup.n.147.*

Natura DEUM deſignat. *ibid.num.20.*

Natura fons & finis legum morumque omnium. *ib.nu.6.*

Natura nihil ſolitarium amat. *ibid.cap.5.n.4.*

40. Natura non dominium, ſed vſum & poſſeſſionem concedit. *ib. cap.4.num.9.*

Natura non vult omnia ſuppliciis emendari. *ibid. capit.6. num.13.*

Natura omnes mortales liberos genuit. *Idem lib.2.capit.1. num.3.*

Natura omnium rerum prima & antiquiſſima. *Idem lib.1. cap.1.n.2.*

Natura vult, ut patriis legibus obtemperemus, *ibid.cap.7. num.7.*

Natura ad uſum hominum omnia comparavit. *leg.iuſtiſſimum.ff.de ædil. Edict.*

Natura quandoque minus inſpicitur quàm accidens. *l.2.§. idem.ff.de poſtul.*

Natura neſcit mentiri, & nil tàm verum, quàm illa. *l. liberorum.ff.de V.ſignif.*

Natura eſt ſui conſervatrix. *Coraſ.miſcell. libr.6. capit.25. num.2.*

Natura ſervus domini hoſtis eſt. *Theoph. Inſtit. lib.1. tit. 8. §. ac ne ſupra modum.*

50. Natura cuiuſlibet rei ſpectanda. *l.fin.C.de his, qui ven. ætat. impet.*

Natura & leges divinæ non diſcedant, ſed ſibi conſtent. *c. ſane. §.fin. diſt.9.*

Natura transformatur in qualitates. *Bald.tract. Schiſm. col. 20.*

Natura eſt immutabilis. *§.ſed quod naturalia. Inſtit. de iur. nat.gent.& civ.*

Natura imitatrix eſt vitiorum. *Specul.de Except.§.4.*

Natura quotidie labitur ad delicta. *ibid.*

Natura ſæpe miniſtrat animi vitia. *l.1.in pr.ff.ad Maced.*

Natura vt nihil facit fruſtrà, ita nec ars, quæ naturæ eſt imitatrix. *l.quib.idem.ff.de V.O.*

Natura non poteſt facere, vt ſemel vnum bis ſit vnum. *Flor.à.Vening conſ.de præſcript.pig.n.69.*

Natura corrigi poteſt & melior reddi ſtudio & aſſuefactione. *Weſembec.delect.Inſt.in pr.*

60. Natura abhorret id, quod vitã adimit. *Anchar.conſ.23.*

Natura non patitur repentinam mutationem. *Maſcard.de probat.Vol.2.concluſ.825.n.4.*

Natura imitatrix vitiorum: *Pacian.de prob.libr.1.c.53.n.23.*

Na-

Natura univerſalium eſt, omnia includere, quæ non inveniuntur excluſa. *l & non tantum. ff. de pet. her.*

Natura rerum non intuenda, in qua omnia certa ſunt. *l. ſed etſi. §. ſed Sabinus. ff. de ind.*

Natura ſeu aptitudo magis, quam alicuius emergentis qualitas ſpectanda. *gl. l. vindicatio. ff. de rei vind.*

Natura cum veritate pugnare nequit. *Fort, Garz. de vlt, fin. iur. Civ. & Can. n. 33.*

Natura & hominum actus ſemper producunt novas formas. *Bal. l. neque leges ff. de LL.*

Natura rei facit cognoſcere, quando diſpoſitum in uno de correlativis cenſeatur in alio. *DD. inſt. de aut. tut.*

Natura nihil fruſtra aut perperam agit. *§. minorem. Inſtit. de adopt.*

70. Natura hominum facile labitur ad delicta. *Auth. de monach. 5. §. ſi verò.*

Natura homines non ad iocum finxit. *Pet. Heig. q. iur. Civ. & Sax. 10. n. 52. Vol. 2.*

Natura communis eſt omnibus. *Gail. libr. 2. obſ. 88. num. 5.*

Natura actionis eſt conſideranda. *Spec. de oblig. & ſolut. §. 4. V. quid ſine.*

Natura & voluntas in omni arte ſunt duo principalia, cũ regatur à regula cœleſti. *Bal. l. 1. §. ius naturale. n. 13. ff. de iuſt. & iur.*

Natura producit mulieres ad generandum, infigens eis concupiſcentiam & deſiderium matrimonii. *Bal. l. 2. n. 4. C. de ind. Vid. toll.*

Natura æquum eſt, neminem cum ulterius iactura locupletari. *Cant. lib. 1. tit. 15. Inſt.*

Natura multas formas edere deproperat. *l. 2. §. ſed quia. C. de vet. iur. enucl.*

Natura dux optima. *Vaſq. contr. illuſt. libr. 2. capit. 70. num. 5.*

Natura naturans eſt DEVS. *Viv. com. opin. V. ſodoma. & §. conditiones Inſt. de V. O.*

80. Natura naturata eſt homo. *ibid.*

A 5

Digitized by Google

Natura conditionis eſt, vt priùs exiſtat. *Bart. l. quib. dieb. §. Termilius. ff. de cond. & dem.*

Natura nos dirigit ad verum intellectum. *Mantica de coniect. vlt. vol. lib. 6. tit. 11. n. 6.*

Natura comparatum eſt, vt homines faciles ſint ad diſſentiendum. *l. item. §. principaliter. ff. de arb.*

Natura ſervilem conditionem non agnoſcit. *l. quod attinet. ff. de reg. iur.*

Natura ſimilè exigit. *Aſin. prax. iud. part. 2. §. 1. capit. 14. num. 2.*

Natura eſt auctrix rei melioris. *Menoch. de præſump. libr. 5. q. 1. num. 10.*

Natura eſt illa, quæ non aſſueſcit in contrarium. *Bal. l. 1. §. ius naturale. n. 6. ff. eod.*

Natura liberi & extranei opponuntur. *Nov 18. cap. 1.*

Naturæ non nimis eſt reſiſtendum. *Weſembec. in Orat. de. fine vitæ & ſtud.*

90. Naturæ conſentaneum eſt, vt is non excuſet onus, qui rerum commoda complectitur. *Clem. 1. de cenſib.*

Naturæ ius & pudor inſpiciendus eſt in contrahendis matrimoniis. *l. nuptiæ. ff. de rit. nupt.*

Naturæ accuſatores ſunt, qui ponunt differentiam inter ſexum maſculinum & fœmininum. *l. maximum vitium. C. de lib. præter.*

Naturæ iura abrogari non poſſunt. *leg. 1. C. de inoffic. donat.*

Naturæ & rationis ordinem & legem generalem DEI nulla conſtitutione humanâ coarctari aut diſſolvi poſſe certum eſt. *C. quæ ad perpetuam. 25. q. 1.*

Naturæ ius eſt regula vitæ. *l. ſcire. §. ſufficit. ff. de excuſ. tut.*

Naturæ ordo non præpoſteratur. *Bald. l. fi. col. 3. in fi. num. 14. C. de hæred. inſt.*

Naturæ vſus neceſſarius. *leg. cùm antiquitas. C. de teſtam.*

Naturæ medendum eſt. *ibid. in pr.*

Natu-

Naturæ minor eſt vis, quam benedictionis. *Spec. de Elect. §.3. in pr.*

100. Naturæ ordo eſt, vt filius diutiùs vivat quàm pater. *l. nam etſi parentib. ff. de inoff. teſt.*

Naturæ ordo non inſpicitur in morte caſuali. *Fr. de Aret. conſ.50. num.2.*

Naturæ ſuæ quæque facile reddunt. *Vaſq. cont. illuſtr. lib.2. cap.82. num.4.*

Naturæ quadam imitatione conſtituuntur iura civilia. *l. ius civile. ff. de LL.*

Naturæ quodam ductu in ſucceſſione collaterali faciliùs deſcenditur quàm aſcenditur. *Inſtitut. de leg. agn. ſucceſſ.*

Naturæ repugnat tranſigere ubi nulla lis eſt. *Donell. de pact. num.33.*

Naturæ inſtinctu parentes magis liberorum ſupplicio quam proprio moventur. *leg. iſti quidem. ff. quod met. cauſ.*

Naturæ ius autoritate ſtatuti tolli nequit. *l.1. ff. de vſufr. ear. rer.*

Naturæ factum æquo animo ferendum. *leg. in ſumma. §. apud. ff. de aq. pluv. arc.*

Naturæ principia non oportet ſcire. *Bald. ibidem num. vltimo.*

110. Naturæ defectus poteſt ſuppleri per legem. *l.2. §. voluntatem, ff. de leg.2.*

Naturæ bonitas legum omnium finis. *Ibidem capit. 1. num.2.*

Naturæ ſatis eſt reſtitutio. *Ibid. cap.6. num.14.*

Naturam eius imitari debet, quod in alterius locum ſuccedit. *Spec. de poſit. §.3. V. Et nota.*

Naturam accuſare non licet. *leg. fin. C. de lib. præter.*

Naturam offendere non licet. *leg. pen. C. de leg. hæred.*

Naturam ſequi debemus. *ibid. tit. 1.*

Natu-

Digitized by Google

Naturam imitatur ars. *l. adoptio. ff. de adopt.*

Naturam augmentati ſequitur augmentum. *l. inter ſocerum. §. cùm inter. ff. de pact. dot.*

Naturam fallere grave eſt. *leg. ſi quis. C. de inoffic. teſtam.*

120\. Naturam non immutat accidens. *l. naturales. §. pavonum. ff. acq. rer. dom.*

Naturam ream ut ab omni facto excuſatam habere cogimur. *l. fluminum. ff. de dam. infect.*

Naturam unius, ſi alterum imitetur, idem iuris eſt in utroque. *Spec. de Vſu. V. porrò.*

Naturâ paria, paria iure ſunt. *l. pen. C. de leg. her.*

Naturâ prohibita lege non confirmantur. *l. ubi pugnantia. ff. de reg. iur.*

Naturâ rerum inductum, ut plura ſint negotia quàm vocabula. *l. natura. ff. de praſcript. verb.*

Naturâ omnia ſunt libera. *§. Ius a. gentium Inſtit. de iur. nat. gent. & civ.*

Naturâ dictante facilior eſt retentio quàm perſecutio. *Oldendorp. antinom. iur. ant. fol. 27.*

Naturâ ducimur ad benefaciendum invicem. *l. ſi ſervus. ff. de ſerv. expert.*

Naturalis æquitas potiſſimùm circa effectum & cauſam finalem ſpectanda eſt. *Bald. leg. 3. §. ſi quis. ff. de cond. cauſ. dat.*

130\. Naturalis ratio ligat Principem. *l. 4. C. de LL.*

Naturalis libertas publicis & civilibus neceſſitatibus eſt propoſita. *l. ius civile ff. de iuſt. & iur.*

Naturalis eſt patris ad filium charitas. *l. nam etſi parentibus in pr. ff. de inoff. teſt.*

Naturalis ſtimulus hortatur nos ad liberorum educationem. *l. nihil intereſt. ff. de bon. liber.*

Naturalis obligatio non eſt in pollicitatione. *Bar. l. ſi an. §. pactus, ne peteret. n. 16. ff. de pact.*

Na-

Digitized by Google

Naturalis ratio eſt tacita lex. *l.1.ff.de bon.dam.*

Naturalis ratio eſt clypeus legum. *Bald.l.1. §.1.not.1. cap. de ead.toll.*

Naturalis ratio eſt ſupra legem ſcriptam, & vincit illam. *Fel.c.1.nu.3.Ext.de probat.*

Naturalis obligatio in ſervi perſona conſiſtit. *l. naturaliter.ff.de cond.ob turp.cauſ.*

Naturalis diei ſeptem horæ priores ſunt maiores ſeptem poſterioribus. *Gadd.l.2.§.1.n.28.ff de V.ſig.*

140. Naturalis origo præfertur civili. *Soc.Conſ.138.V.1.*

Naturalis actus potentior eſt violento. *Bar.l.qui iuſiurandum.§.qui ita ff.de acceptil.*

Naturalis poſſeſſio obitur morte. *Imol.conſ.16.num.3.*

Naturalis ratio diſcernit, quid bonum, quid malum ſit. *c. conſuetudo.diſt.1.*

Naturalis cognatio vltra ſeptimum gradum non extenditur. *l.non facile.ff.de gradib.*

Naturalis vis, vt terræ motus, non præſtatur. *l. Martius. ff.locat.*

Naturalis ratio ſufficit, etiamſi nulla ſit lex. *cap. fin. de tranſact.*

Naturalis ratio autoritate Senatûs non mutatur. *l.2.§.nec n.de vſufr.ear.rer.quæ vſu conſum.*

Naturalis obligatio iureiurando tollitur. *leg. fin. ff. de iureiur.*

Naturalis cauſa inſpicitur in ſucceſſione inteſtati. *Auth.in ſucceſſione.C.ſi quis aliq.teſt.prohib.*

150. Naturalis ex ancillâ poteſt legitimari teſtamento, & hæres inſtitui. *Nov.38.cap.2.*

Naturalis maieſtatis rei tenetur eâdem pœnâ, qua filius legitimus. *l.quisquis.C.ad l.Iul.maieſt.*

Naturalis pudor eſt in mulieribus. *leg.optimam.C.de contrah.& committ.ſtipul.*

Naturalis tantum ſuccedit cum legitimis in bona materna. *l.pen.C.ad SC.Orfic.*

Naturali cauſâ finitâ inſpicitur cauſa accidentalis. *l.1.C.de cur.thr.*

Na-

Digitized by Google

*N*aturali filio pupillariter non ſubſtituitur. *l. Lucius. ff. de vulg. & pupill ſubſtit.*

*N*aturali creditur de naturis. *Spec. de reb. §. 3.*

*N*aturali vicio parcitur. *leg. fluminum. ff de dam. infect.*

*N*aturali iuri conveniens eſt, vt is, qui perfectæ ætatis non eſt, alterius tutelâ non regatur. *§. fin. Inſtit. de Attil. tut.*

*N*aturali iure movemur ad peccatum. *Auth. de reſtit. §. vnum. coll. 4.*

160. *N*aturalem rationem habere aliud eſt, & aliud eſſe de iure naturali. *Fel. c. cùm inter de Except.*

*N*aturalem rationem ſine lege allegare ſufficit. *leg. fin. ff. de pœn.*

*N*aturalem obligationem pariunt pacta omnia. *l. 1. ff. de transact.*

*N*aturalem tantùm filiam pater dotare non tenetur. *leg. vxorem. §. pater naturalis. ff. de leg. 3.*

*N*aturalibus liberis debentur alimenta ab inteſtato. *ibidem.*

*N*aturalibus liberis decurionum non adeuntibus hereditas devolvitur ad Curiam. *Nov. 38. cap. 2.*

*N*aturales alendi ſunt à donatario omnium bonorum. *l. ſi unquam. C. de revoc. donat.*

*N*aturales comparantur legitimis, quoad tutorum petitionem à matre faciendam. *l. fin. C. qui pet. tut.*

*N*aturales liberi ſunt carnalis concupiſcentiæ. *Nov. conſt. 74. cap. 1.*

*N*aturales ex obliquo deſcendunt. *Nov. 89. cap. 1.*

170. *N*aturales rationes pro legibus amplectendæ. *l. cùm ratio. ff. de bon. damnat.*

*N*aturales obligationes tranſeunt in fideicommiſſarium. *l. ſi eius pupilli. ff. ad SC. Trebell.*

*N*aturales ex diverſis matribus invicem non ſuccedunt. *gl. l. hac parte. ff. und. cognat.*

*N*aturale ius poteſt minui, ſed non in totum tolli. *Rot. deciſ. 18. num. 2.*

*N*aturale eſt, humiliorem regi à potentiore. *Bal. Conſ. 155. vol. 5.*

Na-

Naturale ius publicum pacto tolli nequit. *Bar. l. ius publicum, in pr. ff. eod.*

Naturale ius ſemper eſt æquum & bonum. *Zaſ. l. ius pluribus n. 2. ff. de iuſt. & iure.*

Naturale ius non variatur tempore, ſed permanet ſemper immutabile. *ibid.*

Naturale impedimentum magis eſt quàm accidentale. *l. ſi ſerva. §. 1. ff. de iur. dot.*

Naturale ius inter omnia obtinet primatum tempore & dignitate. *C. 1. diſt. 5.*

180. Naturale ius cœpit ab exordio rationalis creaturæ. *ibidem.*

Naturale fœdus nihil ſævi criminis æſtimati permittit. *l. non aliter. ff. de uſu & habit.*

Naturale vitium non imputandum cuiquam. *l. 2. §. 2. ff. ſi quis cautionib.*

Naturale ius iubet, quæ facienda ſunt, prohibens contraria. *c. ius naturale. diſt. 1.*

Naturale eſt vicium negligi, quod communiter poſſidetur. *l. 2. C. quand. & quib. quart. pars lib. 10.*

Naturale debitum in foro conſcientiæ debetur. *Menoch. de arb. iud. quaeſt. lib. 1. q. 57. n. 4.*

Naturale prævalet accidentali. *l. 3. ff. de tutel.*

Naturalia iura ſunt divinitùs ordinata. *§. fin. Inſt. de legit. agnat. tut.*

Naturalia potentiora ſunt adventitiis. *Zaſ. l. more. n. 22. ff. de iur. om. iud.*

Naturalia contractûs poſſunt tolli per pactum. *l. ſi quis in conſcribendo. C. de pact.*

190. Naturalia contractus tranſeunt ſine pacto, niſi aliud ſit actum. *l. in emptionib. ff. de pact.*

Naturalia pactis tolli non poſſunt conſtante & volente nihilominus ipſo contractu. *l. pacta. ff. de con. empt.*

Naturalia iure civili non mutantur. *§. ſed naturalia. Inſtit. de iur. nat. gent. & civ.*

Naturalia magis præſumuntur quàm accidentalia. *Coler. de proceſſ. Execut. part. 2. cap. 2. n. 71.*

Na-

Digitized by Google

Naturalia & adoptionis quandoque concurrunt in unam perſonam. *l. pen C. de adopt.*

Naturalia ſunt priora & nobiliora iis, quæ arte conſtant. *Maſcard. de prob. Vol. 1. n. 10. q. 10.*

Naturaliſſimum eſt procreare ſibi ſimile. *l. liberorum. ff. de V. ſig.*

Naturaliter filio eſt actio ad ſupplementum legitimæ. *ibidem.*

Naturaliter verba intelligenda ſunt, non civiliter. *l. 4. C. de his qui ven. ætat. impet.*

Naturaliter quilibet eſt bonus. *ibid. nu. 25.*

200. Naturaliter ſunt homini virtutum ſemina inſita. *Vaſq. contr. illuſt. lib. 2. cap. 70. n. 4.*

Naturaliter videtur poſſidere is, qui uſumfructum habet. *l. naturaliter. ff. de acq. poſſ.*

Naturaliter & civiliter poſſidet creditor. *Bar. l. ſi de eo. ff. de acq poſſ.*

Natus dicitur etiam, qui cæſo matris ventre extrahitur. *l. quod dicitur in pr. ff. de lib. & poſthum.*

Natus vivus dicitur, qui vocem emittit, & habet formam hominis. *Bart. ibid.*

Natus ex ventre ſecto dicitur poſthumus. *l. poſthumus. ff. de inoff. teſt.*

Natus ex ventre ſecto ſuccedit in feudum & excludit ſubſtitutum. *Bal. l. fin. ff. de ſuis & leg.*

Natus ex matre ſterili dicitur legitimus, & ſuccedit. *Bar. l. ſi maior. ff. de leg. hæred.*

Natus poſt moram manumiſſionis dicitur ingenuus. *Bal. l. fin. C. ad SC. Orfic.*

Natus & ſtatim mortuus non eſt in conſideratione, maximè in feudis. *Bal. l. 1. C. de cad. toll.*

210. Natus prior præſumitur maſculus, quàm fœmina. *l. Arethuſa. ff. de ſtat. hom.*

Natus ſexto menſe poſt mortem patris non rumpit teſtamentum. *DD. leg. quod dicitur. ff. de lib. & poſthum.*

Natus inſcio teſtatore venit appellatione poſthumi inſtituti, vt inſtitutus videatur. *l. Titius. §. Lucius. ff. eod.*

Na-

Natus illegitimè poteſt eſſe monachus, ſed non Prælatus, *Inn. c. 1. de fil. preſbyt.*

Natus ex gente infamatâ adhuc præſumitur in illa infamatione, *Brun. conſ. 12. & 21.*

Natus ex ancilla ſub conditione libera, ante conditionis eventum, eſt ſervus. *l. 3. C. de fideicom. libert.*

Natus ex captivâ, eâ redemptâ, fit liber. *l. commercio. C. de poſtlim. reverſ.*

Natus ex captivis duobus ſequitur reverſum ab hoſtibus. *l. præſes provinciæ. C. eod.*

Natus ex redempta naſcitur ingenuus, & pignoris loco retineri non poteſt. *ibid.*

Natus ſequitur matrem. *Auth. antiqua. C. de infantib. exportand.*

220. Natus ex adoptivo obtinet locum adoptivi. *l. ex adoptivo. ff. de adopt.*

Natus habetur pro non nato favore teſtamenti. *l. Titius. §. 1. ff. de lib. & poſthum.*

Natus præſumitur ille priùs, ex quo libertatem mater cōſequitur. *l. ſi fuerit. ff. de reb. dub.*

Natus ex viro & uxore eſt in filiationis poſſeſſione. *l. filio. ff. de his qui ſui vel al. iur.*

Natus non dicitur, niſi ſit perfectè natus. *Bal. l. 3. n. 1. C. de poſth. ſer. inſt.*

Natus in domo præſumitur filius mariti. *Roland. à Valle conſ. 22. n. 8. Vol. 3.*

Natus ex bona progenie præſumitur bonus. *Bar. tract. de præſumpt. n. 7.*

Natum amplius naſci nequit. *l. Pomponius. ff. de neg. geſt.*

Nati illegitimè excluduntur à primâ geniturâ. *Menoch. conſ. 117. n. 51. & 53.*

Nati ex concubina ingenua legitimi non ſunt. *l. divi Conſtantini. C. de nat. lib.*

230. Nati ex damnato coitu neque legitimi ſunt neque naturales. *Nov. conſt. 74. cap. 5. §. 1.*

Nati ex damnato concubitu non ſuccedunt parentibus. *ibidem.*

B

Nati ex damnato concubitu alimenta non conſequuntur. *ibid.*

Nativa potentiora ſunt dativis. *l. quæritur. ff. de ſtat. hom.*

Nauclerus navis non tenetur ſolvere gabellas vel paſſagium. *l.1. C. de navicul. lib.11.*

Nauclerus navis non poteſt capi pro repreſſaliis, nec pro debito retineri. *Bal. l.1. in pr. C. eod.*

Naufragium ſuum unicuique licet colligere. *l. fin. ff. de incend.*

Navigare volentes ad præſentiam Imperatoris non ſunt impediendi. *Cod. Iuſt I. cap. 27.*

Navigare eſt animam ventis credere. *ibid.*

Navigare nefas eſt. *ibid. num. 12.*

240. Navigare eſt contra naturam. *ibid. num. 12.*

Navigare dicitur, etiam qui incipit navigare, licet nondum ad locum applicuerit. *Alex. l. qui Roma. §. Callimachus. ff. de V. O.*

Navigans nauta per mare, cùm potuerit ire per lacunas tenetur de periculo. *Sal. l. 2. C. de naut. fœn.*

Navigans tempore prohibito dicitur eſſe in culpâ. *Igneus. l. contractus. ff. de reg. iur.*

Navigantes morti proximi. *ibid. num. 115.*

Navigantes inter viventes eſſe non videntur. *Vaſq. cont. illuſt. lib. 1. cap. 20. nu. 17.*

Navigantes mare ſunt de foro Eccleſiæ. *Spec. de compet. iud. adi. §. 1. V. 38.*

Navigatio hic malis periculoſa & incerta eſt. *l. Civitas. C. de off. rect. provinc.*

Navigatio continet periculum. *Bal. l. 2. C. de naut. fœn.*

Navis Eccleſiæ tenetur ad ferendum onus pro republicâ. *l. iubemus. C. de SS. Eccleſ.*

250. Navis tota ſequitur carinæ cauſam. *Weſembec. §. cum ex aliena. Inſt. de rer. diviſ.*

Navis parata eſt, ut navigetur. *l. arborib. ff. de uſufr.*

Navis confiſcatio non comprehendit ſcapham. *Bald. l. 3. C. de naut. fœn.*

Na-

Navis viventorum adducta in certum portum, non ſolvit gabellam de mercibus aliàs debitum. *Fel.c.querela.col. ult.de iureiur.*

Navis onerata multis mercibus poteſt exonerari proiiciendo merces in mare tempore tempeſtatis. *l.2.ff. ad l. Rhod.de iact.*

Navis deſtructa & refecta in eadem carina dicitur eadem. *l.quod rerum.§.fin.ff.de leg 1.* (*de V. ſignif.*

Navis piſcatoria lacûs debetur emptori lacûs. *Bald. l.2.C.*

Naves ſine malo ſunt inutiles. *l malum.ff.de V.ſig.*

Naves Chriſtiano nomini inimicæ vindicari poſſunt à quovis. *Conſtit.Frid.C ne fil.pro pat.*

Naves naufragium paſſæ dominorum antiquorum eſſe non deſinunt. *ibid.*

260. Naves conficiendi barbaros ignaros docens punitur capitaliter. *l.his qui conficiendi.C.de pœn.*

Navium exercitium pertinet ad ſummam remp. *l.1.§.ſed etſi.ff. de exercit.act.*

Navé hereditariâ non utens poſſeſſor, ad eas uſuras, quas percipere potuit, tenetur. *l ei cuius.ff.de appell.recip.*

Navicularis & rei vehicularis munera ſunt patrimonii *l.1. ff.de mun & hon.*

Navicularius moriens ſine teſtamẽto aut liberis transfert hereditatem ad Corpus Naviculariorum. *l.1.C.de bon. qua lib.* (*omnium rerum.C.de vectigal.*

Navicularii ſibi rem gerentes vectigal non ſolvunt. *l.*

Nautæ patronus non tenetur ex facto aliorum nautarum in navi ſervientium, niſi quando in navi delinquunt. *Bar. l. debet.ff.naut.caup.ſtabul.*

Nauta non tenetur de delicto & damno dato per famulum fidelem & cõmuni opinione bonũ. *Bal.l. & ita.ff.eod.*

Nauta cogitur edere libros ſuos. *Bar.l.2.C.de cond.ex leg.*

Nauta debet habere totam mercedem, quando caſus occurrit. *Bar.l.pen.§.fin.ff.loc.*

270. Nauta non tenetur ſolvere gabellam pro mercibus ſed tantùm pro navi. *gl.& Bar.l.cùm plures.ff.eod.*

Nautis malitia ſæpe ineſſe ſolet. *l.pen.ff.naut.caup.ſtabul.*

Digitized by Google

Nautis, quorum periculo eſt res, furti actio competit. *l.4. in pr.ff.eod.*

Nauticum fœnus non præſtatur pecuniâ debitoris periculo datâ. *l.2.C.depoſ.*

Naulum pro minimo non ſolvitur. *Corſet.de Minim.n.45.*

N E.

Nec ab actore, nec à reo exigendum eſt iuramentum Calumniæ in cauſa feudali. *c.1.§.in quib.de conſ.rect.feud.*

Nec damnoſa fiſco nec iuri contraria poſtulari oportet. *L. omnes, C.ſi contra ius vel util.*

Nec lex nec ratio legis fruſtratorias & ſuperfluas demonſtrationes curat. *Iaſ.l.1.ff.de lib & poſthum.*

Nec nudi contendere, nec inermes inimicis nos opponere debemus. *c.1.§.3.de Reſt.ſpoliat.*

Nec oneroſus creditor, nec delicatus debitor audiendus. *l. ſi ſervus.in fin.ff.de pignor.act.*

Nec paciſcendo, nec legem dicendo, nec ſtipulando quiſquam alteri cavere poteſt. *l.nec paciſcendo.ff. de reg.iur.*

Nec paupertas defuncti nec damnum iniuria tertii illatum hæredem ære alieno liberant. *l ſi te.C.de iu.delib.*

Nec publicè prodeſt, ſingulis legum adminiculo denegari. *l.1.C.de alluvionib.*

Nec qui parcit eſt amicus, nec qui verberat, inimicus. *c.non omnis 5.q.5.*

10. Nec ſe veritatis nec clementiæ gloria affectanda eſt. *l. reſpiciendum.ff.de pœn.*

Nec velle, nec nolle bannitus habet. *Gail.de pac.publ.lib.2. cap.15.num.8.*

Nec vni in totum favendum eſt, nec in totum alteri detrahendum. *l.aſſiduis in fin.C.qui pet.in pign.hab.*

Neceſſarius actus meritum non habet. *l. proximè. ff. de rit.nupt.*

Neceſſarius actus magis excuſat quam voluntarius. *l. qui inſulam in pr.ff.locat.*

Neceſſarius actus naturæ non dicitur extraneus. *Bald.leg. cùm antiquitas, C.de teſtam.*

Ne-

Neceſſarius heres cogitur volens nolens hereditatem adire. *Schneid, Inſt. de vulg. ſubſt. nu. 15.*

Neceſſarii pupillorum ipſis tutores petere debent. *l. 4. C. qui pet. tut.*

Neceſſarii actus elidunt ſuſpicionem fraudis. *l. ult. in fin. C. de litigioſ.*

Neceſſariorum omiſſio nocet, non cautela abundans. *l. teſtamentum. C. de teſtam.*

20\. Neceſſaria abſentia non læditur per ſententiam. *leg. cum non voluntatis. C. quom. & quand. iud.*

Neceſſaria alienatio eſt diviſio. *Ang. l. in fugitivis. C. ad l. Iul. de plag.*

Neceſſaria eſt citatio in quolibet actu. *leg. de unoquoque. ff. de re iud.*

Neceſſaria eſt cauſa alieni æris cauſa. *Ang. Beroius. quæſt. famil. 63. num. 4.*

Neceſſaria prætermiſſa imminuunt contractus, & teſtatoris voluntati officiunt. *l. teſtamentum. C. de teſtam.*

Neceſſaria alienatio non venit in prohibitione alienationis, ſed voluntaria. *l. peto. §. prædium. ff. eod.*

Neceſſariæ impenſæ ſunt, quibus non factis dos imminuitur. *l. impenſæ ff. de impenſ. in res dot. fact.*

Neceſſariæ, non voluntariæ dilationes ſunt dandæ. *Aldobrand. §. ſi quis aliud Inſt. de act.*

Neceſſariæ electionis facultas propriè liberalitatis beneficium non eſt. *l. unum ex familia. ff. de legat. 2.*

Neceſſarium dicitur, cuius contrarium eſt impoſſibile. *l. impoſſibile. ff. de V. O.*

30\. Neceſſaria prætermittenda non ſunt, neque in contractu, neque in teſtamento. *l. errore. C. de teſtam.*

Neceſſitas ea demum iudicatur, quam devitare non licet. *Gravet. conſ. 2 pro genero. num. 27.*

Neceſſitas facit ceſſare præſumptionem doli. *leg. qui cum maior. §. ſi pater. ff. de bon. qua lib.*

Neceſſitas urgens telum. *Cant. inſt. libr. 3. tit. 22. ex Livio.*

Neceſſitas auget crimen. *§. rei perſequendæ. inſt. de act.*

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE
Digitized by Google

Neceſſitas probandi incumbit ſemper illi qui agit. *l. qui accuſare. C. de Edend.*

Neceſſitas diſcrepat à liberalitate. *Egid. Thomat. de collect. c. 2. nu. 2.*

Neceſſitas excuſat à periurio. *c. querelam ext. de iurei.*

Neceſſitas impediri non debet. *Zaſ. l. qua quiſque actione. §. editiones nu. 21. ff. de offic proconſ.*

Neceſſitas non habet meritum, ſed voluntas. *l. ſi ſervo. ff. de hæred. inſtit.*

40. Neceſſitas & timor iuſtus excuſant. *l. unic. ff. de offic. conſ.*

Neceſſitas facit reputari affectum pro effectu. *Lancell. inſt. iur. Canon. lib. 2. l. ſed etſi.*

Neceſſitas excludit liberam voluntatem. *Port. conſ 55. n. 73.*

Neceſſitas conſtituit ius. *l. 4. ff. de LL.*

Neceſſitas excuſat alienationem & venditionem aliàs prohibitam. *l. alienationes ff famil. hercìſc.*

Neceſſitas excuſat à ſervando ordine. *l. 4. §. 5. ff. de legationibus.*

Neceſſitas moram non admittit. *l. 2. §. 3. ff. de adm. rer. ad civit. pertin.*

Neceſſitas diviſionem prohibitam facit probabilem. *l. iubemus. C. de SS. Eccleſ.*

Neceſſitas excuſat à pœnâ. *l. 4. C. de cuſt reor.*

Neceſſitas extra ordinem quandoque quid fieri ſuadet. *l. 1. C. de oper. libert.*

50. Neceſſitas facit aliquid eſſe licitum. *l. 3. C. de locat.*

Neceſſitas facit contributionem fieri ad opera publica. *l. omnes provinciarum. C. de oper. publ.*

Neceſſitas facit probabilem manumiſſionem. *l. quæ propter neceſſitatem ff. de reg. iur.*

Neceſſitas facit ſolennitatem iuris quandoque remitti, non autem tolli. *l. caſus maioris. C. de teſtam.*

Neceſſitas facit ut actus extraneus immiſceri poſſit teſtamento. *l. hac conſultiſſima. C. qui teſt. fac. poſſ.*

Neceſſitas facit, ut pater filium in ſervitutem poſſit redigere ob famem. *l. libertati. C. de pat. pot.*

Ne-

Neceſſitas facit, ut patronus precium exigere poſſit, pro operis futuris. *l. 1. C. de oper. libert.*

Neceſſitas non infertur ex conceſsâ poteſtate. *l. 1. C. quomod. & quand. iud.*

Neceſſitas brevis non eſt obſervanda. *l. cùm antiquitas. in pr. C. de teſtam.*

Neceſſitas officii excuſat à calumniâ. *l. 2. C. de calum.*

60. Neceſſitas par ſumptuum faciendorum omnibus eſt imponenda. *l. omnes. C. de oper. publ.*

Neceſſitas parendi minuit, ſed non tollit pœnam. *l. 2. C. de ſepulch. viol.*

Neceſſitas publica cauſa eſt publicorum privilegiorum. *l. pen. in fi. C. de fideiuſſor.*

Neceſſitas reddendæ rationis poteſt remitti in teſtamento. *l. cùm neceſſitatem. C. de fideicom.*

Neceſſitas rei familiaris non eſt iuſta cauſa reſcindendi pignoris. *l. 4. C. de pig. & hypoth.*

Neceſſitas rerum introducit quandoque iniquitatem. *l. 3. C. de uſur. rei iudic.*

Neceſſitas verborum ſolennium in teſtamento remiſſa eſt. *l. quoniam. C. de teſtam.*

Neceſſitas non ſubiacet legi minus privilegio. *c. 2. de obſerv. ieiun.*

Neceſſitas accuſat iuramentum. *c. ſi verò. de iureiur.*

Neceſſitas præſupponit impoſſibile. *Decian. conſ. 20. num. 17. Vol. 1.*

70. Neceſſitas facit plus ſubveniri coacto quam voluntario. *l. ſi fideiuſſor. §. ſi neceſſaria. ff. qui ſatiſdare cog.*

Neceſſitas excludit liberalitatem. *l. rem legatam. ff. de adim. leg.*

Neceſſitas legem non habet. *l. 1. C. de oper. libert.*

Neceſſitas ferias non habet. *l. 1. § ſanè ff. de fer.*

Neceſſitatis ordo perverti non debet perverti. *de conſecr. diſt. 2. c. in Chriſto pater.*

Neceſſitatis cauſâ licet alienare Deo dicata. *Menoch. de arb. iud. quæſt. lib. 2. caſ. 182. n. 30.*

Neceſſitatis cauſa omittitur pia cauſa. *Rimin. conſ. 57. n. 41.*

Neceſſitatis tempore ſunt omnia communia. *Bar. l.2. ff. ad l. Rhod. de iact.*

Neceſſitatis cauſa recedimus à generali diſpoſitione. *C. qui propter. de furt.*

Neceſſitati non ſubeſt, quod in mera poteſtate ſubeſt. *leg. non quicquid. ff. de iudic.*

80\. Neceſſitatem non important verba, quæ proferuntur in modum conſilii. *l. cùm pater. §. mando. ff. de leg. 1.*

Neceſſitatem ſibi imponens non meretur ab eâ liberari. *l. ſi fideiuſſor. §. 1. ff. qui ſat. cog.*

Neceſſitate rerum cogimur. *l. pen. C. de reb. cred.*

Neceſſitatem alienam debet quis æſtimare propriam. *Spec. de off. ordin. §. 3.*

Neceſſitatem inducunt gerundia. *Rip. conſ. 185. num. 8.*

Neceſſitate ceſſante ceſſare debet pariter, quod urgebat. *c. quod pro neceſſitate. 1. q. 1.*

Neceſſitate rerum impeditis non negligentibus ſubvenitur. *l. non. n. ff. ex quib. cauſ. maior.*

Neceſſitatibus parentum liberos ſuccurrere iuſtum eſt. *l. 1. C. de alend. par.*

Neceſſe eſt, ut munda ſit manus quæ diluere ſordes curat. *c. neceſſe. 1. q. 1.*

Neceſſe eſt in venditione pretii quantitatem eſſe promiſſam. *l. de placito C. de rer. permut.*

90\. Neceſſe eſt in iudicando ad leges, eorumque interpretationes reſpicere. *l. nemo. C. de ſent.*

Neceſſitudo conſanguinitatis non probatur per epiſtolam. *l. non epiſtolis C. de probat.*

Neceſſitudo ſpiritualis nihil habet commune cum bonis externis. *Gail. lib. 2. obſ. 136. n. 13.*

Nefas eſt hominem homini inſidiari. *l. ut vim. ff. de iuſt. & iur.*

Nefanda licentia non eſt corroboranda, culpabili diſſimulatione. *l. fin. C. de inceſt. nupt.*

Nefandorum hominum arrogantia opprimenda. *l. 1. ff. de pri. carc.*

Nefarii ſunt indigni paternâ ſubſtantiâ. *Auth. ex complexu. C. de inceſt. nupt.*

Ne-

Digitized by Google

Nefarii non debent ali ex patris bonis. *ibid.*

Nefarii naturales non ſunt. *l. legem Anaſtaſii. C. de nat. lib.*

Nefarii ſecluduntur ab omni beneficio. *Auth. licet. C. eod.*

100. Negare culpam difficile eſt. *l. de illo. ff. pro Soc.*

Negare præſumitur, quid diverſum aſſerit. *leg. maritus. C. de procur.*

Negans de mendacio convictus ſæpe privatur iure ſuo. *leg. fin. ff. de rei vend.*

Negans propriam ſcripturam punitur in duplum regulariter. *Auth. contrà qui. C. de non num. pec.*

Negans ſententiam vel poſſeſſionem privatur commodo ſententiæ vel poſſeſſionis. *Bar. l. fin. ff. de rei vind.*

Negans unum aliud videtur concedere, & è contra. *l. maritus. ff. de proc. c. qualis. 2. q. 1.*

Negans intercipit. *Bald. rub. ff. de eo qui immitt. nu. 2.*

Negans debitum punitur in expenſis, & non minùs tenetur ad illud. *Bal. l. 1. C. de furt.*

Negans præcisè non poteſt facere exceptiones. *Bar. l. peremptorias. C. ſent. reſcind. non poſſ.*

Negans aliquid non poteſt illud pro ſe introducere. *Corr. conſ. 215. Vol. 3.*

110. Negans ſe contraxiſſe perdit beneficium contractus. *Bal. l. 1. col. 7. C. de furt.*

Negans ſe heredem videtur repudiare. *Bald. l. qui ſe patris. C. unde liberi.*

Negans non poteſt venire contra negata. *Spec. de locat. §. 6. V. 63.*

Negans alimenta videtur necare. *l. necare. ff. de liber. agnoſcend.*

Negans quantitatem facti non dicitur confiteri factum. *Alex. l. utiq. ff. eod.*

Negans non poteſt ſe fundare in negatis. *Caſtrenſ. conſ. 79.*

Negans propriam cautionem eſt iuri odioſus. *Auth. contrà qui propriam. C. de non num. pec.*

Negans quem poſſidere, dicitur turbare. *Lud. Gozadin. conſ. 86. num. 2.*

Digitized by Google

Negans ſe deliquiſſe non tenetur probare ſuam negativam. *Fr. de Aret. conſ. 30. n. 4.*

Negans ſolennitatem actûs non poteſt ex facto ſe iuvare. *l. decem. in fi ff. de V. O.*

120. Negans filium eſſe, qui pro filio habitus eſt, probare debet. *l. non nudis. C. de probat.*

Negantis probatio nulla eſt. *l. ad probationem. C. eod.*

Negans maiorem ſummam non videtur negare minorem. *l. 1. C. de lit. cont.*

Negans ſe dominum dominio uti non poteſt. *l. non alienum. ff. de inter. act.*

Negans appellationem dicitur illi renunciare. *Philipp. Franc. c. ex ratione. n. 52. de appell.*

Negans præciſè excipere nequit. *Archid. 2. q. 6. §. exceptio. in fi.*

Negantis factum per rerum naturam nulla eſt probatio. *c. ſuper hoc. ext. de Renunc.*

Negantibus veritatem pœna imponitur. *l. contra negantem. C. ad l. Aquil.*

Negari poteſt, quod irrationabiliter petitur. *Spec. de feud. §. 7. V. hoc etiam.*

Negari non debet aliis, quod uni permittitur. *l. pen. præterea. C. de ædif. privat.*

130. Negari poteſt veritas ex malâ causâ. *DD. cap. 1. de mut. pet.*

Negatio facta per dolum vel latam culpam punitur. *DD. l. fin ff. de rei vend.*

Negatio ad libellum ineptum non facit negantem puniri. *Bal. l. edita. C. de edend.*

Negatio non eſt exceptio. *Alex. l. 1. ff. de except.*

Negatio univerſalis non dicitur negatio omnium & ſingulorum. *Bal. l. 1. C. de lit. cont.*

Negatio improbabilis non facit rem dubiam. *Inn. c. veniens. de V. ſignif.*

Negatio mera non dicitur defenſio. *Bald. l. ſi quidem. C. de Except.*

Negatio, quando præcedit verbum, poteſt, inducit præciſam

ſam neceſſitatem,& privat potentiam. *gl.cap.1.de reg. iur.lib.6.*

Negatio reddit rem dubiam. *l.3 C.quib.ad lib.provoc.non lic.gl.c.1.de off.del.lib.6.*

Negatio unius regulariter inducit probationem alterius. *c.nonne.de præſumpt.*

140. Negatio adiecta verbo, poſſum, tollit potentiam. *Claud.Seiſell.l.3.nu.4.ff.de iuſt. & iur.*

Negatio eſt plerumque probanda. *l.ne codicillos.C.de cod.*

Negatio ſufficit, ſi ſciatur, actorem probare non poſſe. *l ſi quidem. C.de except.*

Negatio debet interpretari in meliorem partem. *Bal.add. Spec de locat.V.negatio.*

Negatio non ſemper facit rem dubiam. *l.fin.in pr.C.quib. ad lib.proclam non lic.*

Negatio unius eſt admiſſio alterius. *l.ſi duo patroni.ff.de iureiur.*

Negatio partis non inficit notorium, nec reddit rem dubiam. *Gail.lib.1.obſ.31. n.6.*

Negatio implicita vel directa idem facit, quod expreſſa. *Spec.de lit.cont.§ 2.V.ſed nunquid.*

Negatio ſimplex eius, quod petitur, differt à negatione quod nihil debet, *Spec.de poſit.§.5.V.2.*

Negatio principalis arguit negationem acceſſorii, & dependentium omnium ex eo. *ibid.§.7.V.12.*

150. Negatio falſa tollit privilegium, quod in negato competeret. *ibid.§ 8.*

Negatio facit in negatis fundari non poſſe. *Spec. de Inſt. edit.§.12. V.verùm.*

Negatio mera probari nequit. *l ne codicillos.C.de codicill.*

Negatio generalis non refertur ad ea, quæ ſunt favorabilia neganti. *Sal.l.cùm precum.C.de lib.cauſ.*

Negatio non eſt de eſſentia litis conteſtatæ. *gl.& DD.l.1. C.de lit. conteſt.*

Negociatione alicui interdici poteſt. *l.ne quis.C.de pœn.*

Negationes duæ faciunt unam affirmationem. *l.1. C. de ſerv.fugit.*

Negationes plures non poſſunt negare. *l. duobus. ff. de Verb.ſignif.*

Ne-

Digitized by Google

Negativus actus nihil infert. *Menoch. de præſumpt. lib. 1. q.23.nu 6.*

Negativa non probatur directo,ſed per inflexum id eſt obliquum. *Mar. Salom.l.non omnium.nu.6.ff.de LL.*

160\. Negativa plus deſtruit quam affirmativa ponit. *l.hoc genus ff.de cond. & dem.*

Negativa verba non poſſunt trahi ut affirment. *l. Titia. §. fin ff de manumiſſ.*

Negativa poſtpoſita æquipollet ſuo contrario. *Bart. l. in bello.§.ſi quis.ff.de capt.& poſtlim.rever.*

Negativa magis negat, quam affirmativa aſſeveret. *gl. l. hoc genus.ff.de Cond & dem.*

Negativa univerſalis etiam minima excludit. *gl.c. ſtatutum.V.nullum.de reſcript in 6.*

Negativa fundens ſe agendo ſive excipiendo tenetur illam probare. *Iun.c.ſuper his.de accuſ.*

Negativa generaliter prolata generaliter negat. *Ioſ. l.pacta contra.C.de pact.*

Negativa diſpoſitio indefinita non ſolum de primo actu, ſed etiam in infinitum extenditur. *Ioſ.l.ſi ſic.ff.de V.O.*

Negativa coarctata loco & tempore poteſt probari per viſum. *Bar.l 1.C.de Can fru.urb.Rom.*

Negativa non coarctata non cadit in notitiam hominis. *Corn.conſ.299.vol.3.*

170\. Negativa, quòd res non habet vicium, probatur per teſtem, qui viderit. *Bar.l ſi quando ff.de aur.arg.*

Negativa iuramento probari poteſt. *l.actor.ff.de prob.*

Negativa poſitio poteſt probari per confeſſionem partis. *gl.c.1.de confeſſ in 6.*

Negativa poteſt reprobari. *Bal.l.fin.C.de reb.cred.*

Negativa qualitatis poteſt probari. *Spec. de reb. Eccl. non alien. V.ad hoc.*

Negativa præſumptio fortior eſt affirmativa. *ibid. q.29. num.13.*

Negativa in totum negat. *l.is qui ducenta.ff.de reb. dub.c. Deus omnipotens. 2.q.1.*

Negativa, quæ non eſt pura, ſed loco & tempore coar-

arctata, ſaltem indirectè probari poteſt. *c. ex tenore de teſt.*

Negativa protrahitur in infinitum. *Sim. de Prat. de interpret. ult. Vol. lib. 2 fol. 19. n. 86.*

Negativa privat & nihil ponit. *Zaſ. l. 1. § ſi ſtipulando. n. 8. ff. de V. O.*

180. Negativa duo non faciunt affirmationem. *l. 4. C. de uſucap. pro hered.*

Negativa facti probari non poteſt. *l. actor. C. de probat.*

Negativa iuris probari poteſt. *ibid.*

Negativa probatur interdum. *l. fin. C. de reb. cred.*

Negativa probari non debet naturali ratione. *l. actor. C. de probat.*

Negativa conditio non præſumitur impleta. *Corn. conſ. 105. col. pen. Vol. 5.*

Negativa debet probari per cauſas. *l. fin. ff. de probat.*

Negativæ tres ſimul poſitæ negant, ſicut una. *Bar. l. 1. ff. de cadav. pun.*

Negativæ vis eſt fortior affirmativâ. *l. hoc genus. ubi gl. ff. de cond. & dem.*

Negativæ duæ non ſemper affirmant, ſed negant magis. *l. 1. C. Com. divid.*

190. Negativè acta non ſunt tantæ potentiæ quantæ affirmativè. *c. cùm acceſſiſſent. de conſtit.*

Negatoria actio competit vicino, cui debetur ſervitus altiùs tollendi, ſi tertius altiùs ædificaverit. *l. ſi in ædib. C. de ſerv.*

Neglecto modo perpendi ſolet effectus. *c. quanto. de privil. l. fraus. ff. de LL.*

Neglecta quaſi videntur ea, quæ notabiliter fiunt, niſi ſpecialiter notentur. *l. item apud Labeonem. ff. de iniur.*

Negligere dicitur, qui non facit non impeditus. *Bald. l. emancipata. C. qui admitt.*

Negligere non debet iudex ſibi commiſſa. *l. 1. C. de iud.*

Negligens in ſuo officio puniri debet. *Abb. & Dec. c. dilectus. n. 18. de appell.*

Negligens in officio ſuo privatur illo. *ibid.*

Ne-

Negligens acquirere non videtur facere in fraudem creditorum *l quia.ff.quæ in fraud.cred.*

Negligens iure non iuvatur. *l.fin.C.de his qui à non dom.*

200. Negligens quis eſſe non debet, ſed vigilans. *Spec.de poſit.§.7.Verſ.17.*

Negligens non dicitur, qui commoditate utitur. *Abb.& Fel c.audientiam.col fin.de præſcript.*

Negligens in maiori præſumitur. in minori negligens. *Bar.l.ab hoſtib.ff.ex quib.cauſ mai.*

Negligens videtur appetere caſum fortuitum. *Bald l.falſus.C.de furt.*

Negligens in uno actu, non præiudicat ſibi in reliquis. *Abb.conſ 54.col.3.Vol.1.*

Negligenti amico rem cuſtodiendam committens de ſe queri debet. *l.1.§.5.ff.de obl.& act.*

Negligentiores in officio ex culpâ tenentur. *l.Divus Marcus ff.de off.præſid.*

Negligentia diſſoluta prope dolus eſt. *l.ſi.fideiuſſor.in pr.ff.mand.*

Negligentia heredis nocet fideicommiſſario. *l ſi heres inſtitutus.§.2.ff ad SC.Trebell.*

Negligentia iudicis non excuſat. *l.tutores.ff.de confir.tut.*

210. Negligentia lata prope fraudem accedit. *l.impuberib.§.1.ff.de ſuſpect.tut.*

Negligentia tutoris non imputatur heredi. *l.4.§.1.ff.de fideiuſſor.*

Negligentia adiutoris commentarienſi non eſt capitalis. *l.4.C.de cuſtod.reor.*

Negligentia alterius domino non nocet abſenti. *l.1.C.ſi per vim vel al.mod.*

Negligentia coheredis coheredi non nocet. *l.fin.C.depoſ.*

Negligentia coloni domino non nocet. *l.licet.C.de locat.*

Negligentia creditorum quorundam non nocet vigilantibus. *l ſi actor.in pr.C.de appell.*

Negligentia creditoris ſibi imputatur. *l.fin.C.de in.del.*

Negligentia defuncti heredem obligat. *l.1.C.de her.tut.*

Ne-

Negligentia filii in repetendâ bon.poſſ.nocet patri. *l.1. C. qui admitt ad bon.poſſ.*

220. Negligentia probatur ex facto notorio, vel per aſſignationem termini. *Card.clem.2.§.1.de rel.dom.*

Negligentia patronorum non nocet præſentato. *Card. clem.1.de iur.patron.*

Negligentia craſſa miniſtrorum Eccleſiæ punitur. *gl.c.ea qua.de off.Archid.*

Negligentia Prælati ſufficit ad amovendum eum à Prælaturâ.*c.1.de off.cuſtod.*

Negligentia iudicis eſt lata culpa vel dolus præſumptus. *Bal.l.mancipia C.de ſerv.fugit.*

Negligentia mandatarii non excuſat mandantem. *Bart.l. ſi procurator.§.ſi tutores.ff.mand.*

Negligentia eſt noverca eruditionis.*c.nihil.diſt.83.*

Negligentia alterius ad alienam iniuriam referri non debet.*l.non debet.ff.de R.I.*

Negligentia levis latæ culpæ non poteſt comparari. *l.1.C. de hered.tut.*

Negligentia manifeſta tutoris non nocet pupillo. *l.2. C. arbit.tut.*

230. Negligentia notarii in taxandis rebus minorum punitur.*l.fin.C.de magiſt.conven.*

Negligentia Prælati nocet Eccleſiæ. *l. iubemus. C. de SS. Eccleſ.*

Negligentia remiſſior nocet tutori. *l. pen. C. de peric.tut.*

Negligentia ſubſtituti elevat pœnam ſubſtituentis.*l.4.C. de cuſtod.reor.*

Negligentia admittenti nocet.*Nov.97.cap.6.in pr.*

Negligentia diſſolvit diſciplinam. *l.lex qua tutores.V.& tolerabilior.C.de admi.tut.*

Negligentia non parit infamiam.*l.fin C.de ſuſp.tut.*

Negligentia mulctanda eſt.*l.ſi quis intra provinciam.C.de bon.proſcript.ſeu dam.*

Negligentia nocet deſerenti appellationem. *l. praſes provincia.C.de appell.*

Negligentia non nocet ignoranti.*l.ſi tutor.C.de peric. tut.*

240. Ne-

Digitized by Google

240. Negligentiæ ſuæ expenſum ferre quiſque debet. *l. hac in factum actione. ff. quæ in fraud. cred.*

Negligentia facit perdere poſſeſſionem, non tamen ius reale. *Bal. l. 2. C. de prætor. pign.*

Negligentia in iudice non præſumitur niſi poſt proteſtationem ſibi factam. *Bar. l. damni ff. de dam. inf.*

Negligentia Prælati ſuppletur per Prælatum ſuperiorem immediatum. *Card. clem. 1. de ſuppl. neque Præl.*

Negligentia & taciturnitas ſicut in uno præiudicat, ita in altero cohærenti. *gl. l. fin. C. de his qui à non dom.*

Negligentia craſſa habet in ſe delictum. *cap. de ſuppl. neglig. prælat. lib. 6.*

Negligentia ſucceſſoris coniungitur cum negligentiâ autoris. *l. ſi quis. ff quemad. ſerv. amitt.*

Negligentia iudicis laici facit laicum effici de foro Eccleſiaſtico. *Spec. de compet. iud. adi. §. 1. V. 23.*

Negligentia in iudice non præſumitur. *Gail. lib. 1. obſerv. 28. num. 4.*

Negligentia in rebus propriis culpanda, in alienis cohercenda. *l. ſi conſtante. ff. ſolut. matrim.*

250. Negligentia in iudice facit eum puniri tanquàm conſcium criminis. *Bal. l. non ſolum. C. de commerc.*

Negligentia lædit omnia. *gl. l. ſi quis. C de bon. dem.*

Negligentia formæ in actibus exercitis eſt diſſuetudo. *Bald. l. de quibus. ff. de LL.*

Negligentia cum negligentia compenſanda. *l. ſi ambo. ff. de compenſat.*

Negligentia in præambulis excludit à petitione ſequentium. *Sen ped. deciſ. 115. n. 4.*

Negligentia non imputatur ignoranti. *l. ſi tutor. C. de peric. tutor.*

Negligentium pœna induſtriis non eſt irroganda. *l. fin. C. (depoſ.*

Negociandi causâ ædificia demoliri & marmor detrahere non licet. *l. 2. C. de ædif. priv.*

Negociantes ſimul obligantur in ſolidū, nec habet locum inter eos beneficium diviſionis. *Bal. rub. C. de inſtitor.*

Negotiator dicitur, qui contrahit. *Bar. l. legatis. ff. de leg 3.*

260. Ne-

260. Negotiator non dicitur legatarius. *Bar. & Ang. l. cætera. §. ſed et ſi quis ff. de leg. 1.*

Negotiator dicitur, qui emit rem, vt eam, non mutatâ formâ, carius vendat. *Card. clem. fin. de cenſib.*

Negociator poteſt conſtituere. *l. 2. §. 2. C. de conſt. pec.*

Negociator militat. *l. milites. C. de locat.*

Negociator monopolium exercere non debet. *l. 1. in pr. C. de monopol.*

Negotiatores poſſunt condere ſtatuta ſibi. *l. 2. §. fin. Cod. de conſt. pec.*

Negocium bona fide contractum dicimus, quando abeſt dolus. *l. ſi cum fundum. ff. de cont. Empt.*

Negotium indiuiduum pro parte expediri non poteſt. *l. in executione. ff. de V. O.*

Negotia aliena requirunt cûram exactiſſimam. *Pet. Heig. quæſt. iur. Ciu. & Sax 13. n. 20. vol. 2.*

Negocia ſecularia non debent tractari in eccleſiâ. *Lancell. inſt. iur. Can. lib. 2. §. publica.*

270. Negocia ſi ſint perfecta vel imperfecta, actionem & exceptionem pariunt. *leg. metum. §. 3. ff. quod met. cauſ.*

Negotia deſerta gerens de dolo tenetur. *l. 3. §. & ſi furioſi. ff. de neg. geſt.*

Negotia hereditaria gerens, hereditatem ſibi ſequè hereditati obligat. *l. nam & Seruius. §. 1. ff. eod.*

Negotiorum geſtio parit tantum vnum contractum niſi negotia ſint diſtincta. *l. ſed & cum aliquis. ff. eod.*

Negotiorum geſtio domini morte non interumpitur. *leg. nam & Seruius. §. 2. ff. eod.*

Negotiorum geſtor poteſt agere ad ea, quæ vtiliter geſſit. *l. Pomponius cum l. ſeq. ff. eod.*

Negotiorum geſtor exigere debet à ſe. *leg. Neſennius. ff. eod. tit.*

Negotiorum geſtor imputare ſibi debet, ſi indebitum ſoluit. *l. ſi quis negotia aliena. ff. eod.*

Negotiorum geſtor indebitum exactum reſtituere debet. *ibidem.*

Nemo cogitur ante iudicium de ſuo iure aliquid reſpondere. *l. 1. ff. de interrog.*

Nemo rem commodando facit eius, cui commodat. *l. nemo. ff. commod.*

Nemo neſcit, quod ignoranter eſt ſolutum, repeti poſſe. *l. eleganter. §. fin. ff. de cond. indeb.*

Nemo, qui condemnare non poteſt, abſoluere poteſt. *leg. nemo ff. de reg. iur.*

300. Nemo alienum factum promittendo obligatur. *l. ſtipulatio iſta. ff. de V. O.*

Nemo rem ſuam niſi furi condicit. *l. fin. ff. vſufruct. quemad. cau.*

Nemo membrorum ſuorum dominus. *leg. liber homo. ff. ad leg. Aquil.*

Nemo ex alterius damno locupletari debet. *leg. planè. ff. de petit. hær.*

Nemo ſibi patrem adſignare poteſt, cum Natura aſſignet. *l parentes. C. de lib. educand.*

Nemo plus legati nomine præſtet, quam ad eum ex hereditate peruenit. *leg. 2. §. ſi is. ff. ad SC. Trebell.*

Nemo liberalitate ſua inops factus periclitari debet. *l. ne liberaliter. ff. de re iud.*

Nemo tenetur præſtare, quod non accepit. *l. qui ſolidum. ff. de leg 1.*

Nemo debet extrahi de domo ſuâ. *leg. ſed etſi is. ff. de in ius voc.*

Nemo cogitur ſuis ſtipendiis militare. *capit. charitatem. 12. quæſt. 2.*

310. Nemo poteſt duobus dominis ſeruire. *cap. 1. de eo, qui arma belli depos.*

Nemo ex eodem facto pœnam & præmium reportare debet. *l. ſiue hereditaria. ff. de neg. geſt.*

Nemo diu gaudet, qui iudice vincit iniquo. *l. in hæredem. ff. de calum.*

Nemo delictis exuitur, licet capite minutus ſit. *l. pertinet. §. nemo ff. de cap. dim.*

Nemo legat, quod non habet. *Bal. leg. ſi vniuerſa. Cod. de leg.*

Nemo dat quod non habet. *Bar. l. filius. C. de don.*

Nemo perdit, quod non habet. *leg. nam id quod. ff. de inuſt. teſt.*

Nemo præſumitur iactare ſuum. *l. Campanus. ff. de op. lib.*

Nemo ſine actione experitur. *Bar. leg. tutori. Cod. de neg. geſt.*

Nemo de alieno licitè largiri poteſt. *Soc. conſ. 91. V. 1.*

Nemo poteſt facere, vt iura ſcripta non habeant locum in ſuo teſtamento. *l. nemo. ff. de leg. 1.*

Nemo poteſt etiam ſucceſſor cauſam proprietatis mutare vel alienare. *Mol. conſ. 10. nu. 11. Vol. 1.*

340. Nemo cogitur inuitus ad conducendum vectigal. *l. locatio. ff. de public.*

Nemo tenetur innocentiam ſuam ex carcere probare *Gail. lib. 2. obs. 109. n. 9.*

Nemo grauatur onere alieno. *leg. fin. Cod. de legit. tut.*

Nemo ſibi ipſi eam legem dicere poteſt, vt à priore voluntate ei recedere non liceat. *leg. ſi quis. ff. de leg. 3.*

Nemo exiſtimatur ſine voce dixiſſe, licet mens dicentis prior ſit & potentior. *l. Labeo. ff. de ſuppellect. leg.*

Nemo ſibi poſſidendi cauſam mutare poteſt. *leg. qui bona fide. ff. de acq. poſſ.*

Nemo prohibendus eſt libertati fauere. *l. quod & lex. §. hoc interdictum. ff. de lib. hom. exhib.*

Nemo præſumitur communiter omnes virtutes habere. *de cen. diſt. 4.*

Nemo inuito auditori libenter refert. *capit. ex merito. 6. quæſt. 1.*

Nemo ex confeſſione extra iudicium factâ torquetur. *l. capite. ff. de adult.*

350. Nemo ex calumniâ ſuâ lucrum ſentire debet. *l. qui ſe debere. ff. de cond. ob cauſ.*

Nemo ex conſilio obligatur. *Bal. l. 1. n. 7. C. de ſeru. fug.*

Nemo excipere poteſt de non ſuo iure. *leg. loci corpus. ff. de hered. vend.*

Nemo poteſt cum duob. teſtementis decedere. *Bal. l. ſi fi-lius n.3. ff. de lib. & poſthum.*
Nemo poteſt ſcire, quid alius velit facere. *leg. ſi mulier. ff. ad Vell.*
Nemo præſumitur contrahere de iure alieno, ſed de ſuo. *l. qui tabernas ff. de cont. empt.*
Nemo exiſtimandus dixiſſe, quod non mente agitauit. *l. Labeo. ff. de ſuppellect. leg.*
Nemo tam ſtultus invenitur, qui ſuum nomen ignoret. *l. cùm in liberis. C. de her. inſtit.*
Nemo cogitur inuitus in communione manere. *l. in communione. C. com. diuid.*
Nemo cogitur alteri prodeſſe, ſed obeſſe vetatur. *l. in ſuum. §. item vnus. ff. de aq. pluu. arc.*
360. Nemo eſt, cui ſimilis non reperiatur. *Bal. l. veteris. n. 4. C. de cont. & committ. ſtipul.*
Nemo exiſtimandus probus, antequàm mores illius diu probentur. *§. 1. V. hinc à nobis. Auth. de Monach.*
Nemo poteſt iuramentum commutare autoritate propriâ, etiam in melius. *c. peruenit. 2. de iureiur.*
Nemo poteſt legare ius, quod morte ſuâ periturum eſt. *l. vxor patrui. C. de legat.*
Nemo poteſt gladii poteſtatem ſibi datam vel cuiuſlibet alterius coërcitionis ad alium transferre. *l. nemo poteſt. ff. de reg. iur.*
Nemo inuitus compellitur ad contrahendum. *l. nec emere. C. de iur. delib.*
Nemo ſibi ipſi ſeruitutem debet. *l. quicquid. ff. Com. præd.*
Nemo eſt creditor ſui ipſius. *leg. frater à fratre. in fi. ff. de cond. indeb.*
Nemo ſe ſubiecturus læſioni enormi creditur. *l. ſi libertus. ff. de oper. libert.*
Nemo dat, niſi dominium transferat. *l. vbi autem. § ſin. ff. de V. O.*
370. Nemo dicat proprium, quod commune eſt. *diſt. 17. c. ſicut hi. in med.*
Nemo poteſt frui, niſi fruendo vtatur. *Zaſ. leg. qui vſumfructum. n. 6 ff. de V. O.*
Ne-

Nemo diuinare cogitur. *l. ſi putator. ff. ad l. Aquil.*

Nemo de vento viuit. *l. 1. ff. vbi pupill. educ. deb.*

Nemo debet ſub fide publicâ decipi. *Zaſ. l. quæſitum. §. in bonis. n. 4. ff. de priuil cred.*

Nemo poteſt duplici pœnâ puniri. *leg. licèt. § fin. ff. naut. caup. ſtabul.*

Nemo poteſt ſtipulari rem ſuam. *l. nemo ff. de V. O.*

Nemo repente fit ſummns. *§. hæc quæ de charitate. de pœnit. diſt. 2.*

Nemo debet prægrauari ex alterius infortunio. *l. res vxoris. C. de don. int. vir. & vxor.*

Nemo præſumitur in continenti ſe corrigere. *l. nam ad ea. ff. de cond. & demonſt.*

380. Nemo cogitur pro alienis commodis ſuas inuenire difficultates. *l. ſi quando. in pr. C. de inoff. teſt.*

Nemo ex domo rei arma ſumere poteſt. *Grammat. conſ. 9. num. 2.*

Nemo præſumitur velle lupo pecudem obiicere. *l. cùm de indebito. ff. de prob.*

Nemo cogitur oſtendere titulum ſuæ poſſeſſionis. *Bal. leg. cogi ff. de pet. her.*

Nemo eſt idoneus defenſor alterius ſine ſatiſdatione. *Bar. l. qui proprio. §. qui alium. ff. de procur.*

Nemo concedit, quod non habet in poteſtate vel proprietate. *Bal l. 1. n. 15. ff. de iuſt. & iu.*

Nemo poteſt ſibi ipſi ius dicere. *Bal. l. 2. n. 2. ff. eod.*

Nemo poteſt ſcire id, quod non eſt. *leg. qui non facit. ff. de reg. iur.*

Nemo poteſt ſibi ipſi legem imponere. *l. Paulus. § Paulus. ff. de fideiuſſor.*

Nemo ſine accuſatore damnatur. *l. reſcripto. §. ſi quis accuſatorem. ff. de mun. & hon.*

390. Nemo inuitus agere cogitur. *Marant. repet. l. ſi actor n. 76. ff. de procur.*

Nemo grauandus onere ſuper fluo, probandi. *l. ad probationem. ff. de probat.*

Nemo videtur viam elegiſſe, per quam actus & voluntas ſua impugnetur. *l.3.ff.de mil.teſt.*

Nemo naſcitur diues. *Maſcard.de prob.concl.525.*

Nemo condemnandus morte ob ſuſpiciones. *l.abſentem. ff.de pœn.*

Nemo cogitur de ſuo facere beneficium. *capit. precaria. 10. quaſt. 2.*

Nemo ſemetipſum habet in poteſtate ſuâ. *l. liber homo. ff. ad l. Aquil.*

Nemo poteſt comeatum remeatumue exuli dare, niſi Imperator ex aliquâ cauſâ. *l.relegati.ff.de pœn.*

Nemo poteſt fungi duplici officio. *gl.& Fel. c. tertio. Ext. de probat.*

Nemo mortalium omnibus horis ſapit. *Tiraq. de pœn. cauſ.44. n.64.*

400. Nemo militans DEO ſecularibus ſe negotiis immiſcere debet. *c.1.Ext.nè cler.vel mon.*

Nemo cogitur inuitus mutuare. *leg. in commodato.ff.Commodati.*

Nemo poſſeſſione ſuâ priuandus, nè à iudice quidem. *leg. prohibitum. C.de iur.fiſc. lib.10.*

Nemo perſequendo facit rem ſuam deteriorem, ſed meliorem *l.nemo.ff. de reg. iur.*

Nemo fit inuitus heres. *l.nec emere.C.de iur.delib.*

Nemo cogitur paciſci vel tranſigere. *ibid.*

Nemo ita reſupinus præſumitur, vt facile ſuas pecunias iactet. *l.cum de indebito.ff.de probat.*

Nemo poteſt animũ teſtatoris melius declarare, niſi ipſemet. *l.reprehendenda.C.de inſt. & ſubſtit.*

Nemo ignorans donat. *l.nec ignorans.C. de donat.*

Nemo ſeipſum regit. *Anch.conſ.154.n.2.*

410. Nemini deneganda legitima defenſio, etiam diabolo, ſi in iudicio eſſet. *c.cùm inter.de except.*

Nemo præſumitur eligere eam viam, per quam ſua iudicia impugnantur. *l.3. ff.de mil. teſt.*

Nemo præſumitur alienam poſteritatem ſuæ cognationi præferre. *l.cùm acutiſſimi.C.de fideicom.*

Ne-

Nemo poteſt ſibi præcauere à proditione. *Ioan And. l. fin. ff. de cuſtod. reor.*

Nemo præſumitur malus niſi probetur. *leg. merito. ff. pro Soc.*

Nemo plus ſapiat, quàm ſapere oportet. *cap. 1. de renunc. lib 6.*

Nemo tenetur ex contractu alterius. *leg. cum te. Cod. ne uxor pro mar.*

Nemo ſibimet poteſt imperare. *l. pen. ff. de arbit.*

Nemo cogitur inuitus creſcere. *c. geſta. 74. diſt.*

Nemo tenetur primum ictum excipere. *Fichard. conſ. 114. nu. 2. vol. 3.*

420. Nemo poteſt ſe ipſum præſentare. *Lancell. Inſt. iu. can lib. 1. §. licet. a.*

Nemini licet ius & iuſtitiam vendere. *capit. 6. de purg. Canon.*

Nemo præſumitur deliquiſſe. *Ang. conſ. 44.*

Nemo condicit rem ſuam, ſed tranſlatam, *l. fin. ff. vſufruct. quemadm. cau.*

Nemo poteſt factum proprium in controuerſiam vocare. *l. poſt mortem. ff. de adopt.*

Nemo remittere poteſt iuramentum, niſi cui factum eſt. *c. 1. de Sponſal.*

Nemo præſumitur velle mori cum peccato & mendacio. *Bal. conſ. 95. num. 426.*

Nemo poteſt alteri imputare culpam, ex qua ſentit commodum. *Bal. l. nupta. §. quoties. ff. ſol. mat.*

Nemo præſumitur proferre, niſi id, quod mente agitauerit. *l. Labeo §. idem Tubero. ff. de ſup. leg.*

Nemo facile ad donandum prouocatur. *Donell. ad l. de alimentis. C. de tranſact. n. 9.*

430. Nemo liberalis dicitur in eo, quod facere cogitur. *l. rem legatam ff. de adim. leg.*

Nemo poteſt poſt mortem peccare. *cap. ſpiritus ſanctus. de conſec. diſt. 5.*

Nemo ſeipſum vel votum ſuum infringere aut impugnare credendus eſt. *l. 3. ff. de mil. teſt.*

Nemo debet alterius odio prægrauari. *l ſi quis in ſuo. §. Legis. C. de inoff. teſt.*

Nemo poteſt mutare conſilium ſuum in iniuriam. *l. nemo poteſt. ff. de reg. iur.*

Nemo præſumitur ſibimet ipſi contrarius eſſe. *l. nam ad ea. ff. de cond. & dem.*

Nemo poteſt pro parte ire, pro parte non ire. *l. ſtipulationes non diuiduntur. ff. de V. O.*

Nemo compenſat, quod ſibi non debetur. *Sal. l. eius. C. de compenſ.*

Nemo ſine herede moritur. *Menoch. de præſumpt. lib. 4. q. 130. num. 25.*

Nemo debet ex capite ſuo pronunciare, & ſic ex fictâ æquitate. *Caſt. l. placuit. C. de iud.*

440. Nemo debet nec ex ſuo, nec ex alieno dolo releuari. *l rerum. §. tempus. ff. pro Soc.*

Nemo contra conſcientiam ſuam venire debet. *c. fin. ext. de præſcript.*

Nemo poteſt rem propriam vſucapere. *leg. 4. §. lana. ff. de Vſucap.*

Nemo debet actionem aſſequi ſuâ improbitate. *leg. itaq. ff. de furt.*

Nemo rei, in qua ius habere credit, renunciare præſumitur. *c. licet. Ext. de Elect.*

Nemo à ſeipſo deſcendit. *Menoch. conſ. 120. n. 90*

Nemo ſimul pars & iudex eſſe poteſt. *tot. tit. ff. ne quis in ſuâ cauſ.*

Nemo ſibi ſumat vltionem vel vindictam regulariter. *leg. nullus. C. de Iudæis.*

Nemo cogitur inuitus beneficio pro ſe introducto vti. *leg. in inuitum. ff. de reg. iur.*

Nemo cogitur ſecretum prodere. *l. idem. § ſi tibi. ff. de cond. ob turp. cauſ.*

450. Nemo ſe prohibere, & imperare ſibi poteſt. *l. pen. ff. de arbit.*

Nemo rem ſuam vtiliter ſtipulatur. *leg. memorem. ff. de V. O.*

Ne-

Nemo errans rem ſuam amittit. *leg. ſi procurator. ff. de acq. poſſ.*

Nemo debet commodum conſequi ex eo, quod quis inuitus facit. *leg. namqu. §. qui compulſus. ff. ad SC. Trebell.*

Nemo poteſt vnius rei partem acceptare, & alteram repudiare. *l. neminem. ff. de leg. 2.*

Nemo poteſt venire contra factum ſuum. *l. poſt mortem. ff. de adopt.*

Nemini inferenda eſt iniuria. *l. Iuſtitia. ff. de iuſt. & iur. §. iuris. Inſt. eod.*

Nemo cogitur inſtituere aduerſarium ſuum. *l. cogitur. C. de pet. hered.*

Nemo tenetur parare arma contra ſe. *l. 1. Cod. de Edend.*

Nemo alienæ litis idoneus defenſor ſine ſatiſdatione intelligitur. *l. qui proprio. ff. de procur.*

460. Nemo gladii poteſtatem vel cuiuſlibet alterius cohercitionis ſibi demandatam iuriſdictionem in alium transferre poteſt. *l. ſolent. ff. de off. proconſ.*

Nemo prohibetur rem, quam conduxit, alii locare. *l. nemo. C. de locat.*

Nemo ſit addictus iurare in verba magiſtri. *Decian. conſ. 47. n. 22. vol. 1.*

Nemo ex præſumptionibus damnandus. *Gœdelmanus. de Mag. lib. 3. cap. 8. n. 9.*

Nemo tam bonus eſt, qui à malis hominibus non poſſit decipi. *Ang. l. argentum. ff. commod.*

Nemo aſpernatur ſibi idem ius dici, quod ipſe dixit aliis, aut dici effecit. *l. 1. ff. quod quiſq. iur.*

Nemo cogitur iurare de re ignotâ. *leg. 4. ff. de in lit. iurand.*

Nemo præſumitur ſoluere indebitum. *l. cùm de indebito. ff. de probat.*

Nemo poſt mortem incipit aliquid eſſe. *l. quod libertinus. § poſthumus. ff. de oper. lib.*

Nemo poteſt alii imputare malum, quod ipſe ſibi ſuis iumentis advexit. *leg 3. § fin. ff. de ſtat. lib.*

Nemo

470. Nemo videtur fraudare eos, qui ſciunt & conſentiunt. *l.quod a.§.preterea.ff.que in fra.cred.*

Nemo iudicem ſcipſum dare poteſt. *l.preſes prouincie.ff.de off.preſid.*

Nemo paciſceudo id efficere poteſt, nè vicino inuito prædium alienet. *l.pen.ff.de pact.*

Nemo præſumitur voluiſſe, vt quis eandem rem bis conſequatur. *l.Manius ff. de leg.3.*

Nemo ſine exrraneo herede facile moritur. *leg. 1. C. vnde vir & vx.*

Nemo eſt ſui honoris dominus. *Vaſq.cent.illuſt. lib.1. cap. 11.n.1. & ſeqq.*

Nemo poteſt ei ſuccedere, quem occidit. *l. Lucius Titius. ff. de iur.fiſc.*

Nemo debet famæ ſuæ prodigus eſſe. *Spec. lib.3. de denunciat.§.1.n.4.*

Nemo impediendus in viâ publicâ. *c. fin. de treug. & pac.*

Nemo tenetur inuitus ad compromittendum. *c. 1. de arb.*

480. Nemo poteſt à principio compelli ad contrahendũ. *l.ſicnt.C.de act. & oblig.*

Nemo debet plus recipere quam dedit. *c.putauit.14. q.3.*

Nemo debet ſe certum aſſerre, vbi certus eſſe non poteſt. *c.cùm contingat. de reſcript.*

Nemo virtutem ab alio exigit, quam ipſe non habet. *c.1. 32. q. 6.*

Nemo videtur velle, quod non poteſt. *l.Lucius. §. Imperatores.ff. ad municip.*

Nemo iure aufert, quod non dedit. *leg. legitimos.ff. de legit.tut.*

Nemo carnem ſuam odio habet. *c. non æſtimemus.13.q.2.*

Nemo poteſt ſe ſubmittere torturæ. *Fr.Brun.de indic.& tort.16. chart.*

Nemo debet dicere cauſam ſuæ ſuſpicionis. *l. vlt C. de his qui ad Eccleſ.confug.*

Nemo ſibi ipſi ſubſtitui poteſt. *Men.conſ.688n. 26.*

490. Nemo plus iuris ad alium transferre poteſt, quàm ipſe habeat. *l.nemo plus iuris.ff.de reg. iur.*

Nemo

Nemo poteſt omnes rerum viciſſitudines animadvertere. *l.neq.leges.ff. de LL.*

Nemo damnum facit, niſi qui id facit, quod facere ius non habet. *l.Grachus.C.de adult.*

Nemo furto commiſſo eâ intentione, vt lucri faceret, pœnitentiâ ſuâ nocens eſſe deſiit, *leg. qui eâ mente. ff. de furt.*

Nemo poteſt exercere iuriſdictionem contentioſam in alieno teritorio. *l.fin.ff.de iur.om.iud.*

Nemine adeunte hereditatem non valent relicta in teſtamento. *l ſi nemo.ff.de teſt.tut.*

Nemo poteſt ſe ad perſonalem pœnam obligare. *l.liber homo.ff.ad l. Aquil.*

Nemo tribunal ingrediatur, niſi qui ſe nouit innocentem. *Pacian.de prob.lib.2.cap.44. n.95.*

Nemo iniuſtè vſurpet alienum, ſed intra fines proprios & legitimos, prout quiſque valuerit in latitudine ſe exerceat charitatis. *c.quæ ad perpetuam. 25.q.5.*

Nemo irrepat in aliena ſtipendia. *c.nullus.61.diſt.*

500. Nemo audeat vindicare mercedem alii debitam. *ib.*

Nemo pro facto alieno iuramentum anceps ſubire cogitur. *l.Marcellus.§.vlt.ff.rer.amot.*

Nemo in dubio præſumitur voluiſſe ſe temerè rebus alienis immiſcere vel pro alio obligare. *l. pro herede. §.ſed & qui.ff.de acq.her.*

Nemo de proprio crimine confitentem de alienâ ſerutetur conſcientiâ. *l.fin.C.de accuſat.*

Nemini licet ſub occaſione generalitatis multitudinem effrænatam compræhendere. *capit. ſede Apoſtolica. de reſcript.*

Nemo cogitur per partes ſolutionem recipere. *leg.3.ff.familiæ hercisc.*

Nemini adimatur licentia ſibi quodammodo per liberos proprium patrimonium acquirendi. *leg.iubemus. Cod. de nat.lib.*

Nemo præſumitur negligere proprium pudorem. *leg. qui omnia.§.ſed ſi adverſarius.ff. de procur.*

Nemo

Nemo illud affectare debet, in quo ipſe intelligat infirmitatem ſuam alteri periculoſam. *leg. idem. §.1.ff.ad leg. Aquil.*

Nemo in ſuo parente poteſt renaſci.*c. ſi baptizata. de conſ. diſt. 4.*

510. Nemo cogitur ſe adſtringere oneribus hereditariis propter legatum.*l.non eſt cogendus.ff.ad Trebell.*

Nemini debet nocere abſentiæ ſui aduerſarii.*l.2. C. de præſcript.30.vel.40.ann.*

Nemo debet eſſe nimium credulus. *cap. cùm contingat. de reſcript.*

Nemo prohibetur perficere cæptum ab alio. *l. exquo pace frui.§.prouideat.C.de ædif.priu.*

Nemo tenetur pro commodis alienis difficultates ferre. *l. exceptionem. C. de probat.*

Nemo excommunicandus ante exitum cauſæ. *Nouell. conſt.123.cap.11.*

Nemo alterum, niſi cauſa appareat, offendere velle præſumitur. *Gail.de pac publ.1.cap.2 n.11.*

Nemo ſeipſum baptizare poteſt. *Royz. deciſ. Lituan. 3. num.247.*

Nemini credendum in cauſâ propria.*l.omnibus C.de teſt.*

Nemini ſua calliditas prodeſſe debet. *leg. ſed etſi. ff. ad exhib.*

520. Nemini caſus, ſed culpa tantum imputatur. *l. ſi ex plagiis.§.fin.ff.ad l.Aquil.*

Nemini faciliter credendum.*c.cupientes. de Elect in 6.*

Nemini prodeſt feciſſe id,quod inutiliter factum eſt. *Alex. l.eleganter.§.qui reprobat.ff. de pig.act.*

Neminem audit prætor ſine cauſa. *leg. cùm hi. in pr. ff. de tranſact.*

Neminem ſequitur infamia ob defenſa negotia patriæ ſuæ publica.*l.neminem.C.ex quib. cauſ.*

Neminem eiuſdem rei legatæ partem ſibi velle, & partem nolle conſtat.*l.neminem.ff. de leg.2.*

Nepos patrem in ſucceſſione feudi repræſentat. *capit.1.de grad.ſucceſſ.*

Nepos donata ſibi ab auo non acquirit patri. *l. cum te ſponſa. C. de don. ant. nupt.*

Nepos exheredatus à patre ſuo non ſuccedit auo vel auiæ. *l. ſi defunctus. C. de ſuis & legit. hære.*

Nepos ex filia appellatione liberorum venit. *l. 1. C. de condit. inſert.*

530. Nepos ex filiâ maieſtatis rei tenetur eâdem pœnâ, qua filia, ſed non pronepos. *l. quiſquis. §. 1. C. ad leg. Iul. maieſt.*

Nepos ex filiâ ſuccedit in locum matris, quoad ſucceſſiones & actiones. *l. ſi defunctus. C. de ſuis & leg her.*

Nepos naturalis non ſuccedit ab inteſtato. *leg. fin. Cod. de nat. lib.*

Nepos naturalis ex filio legitimo capere poteſt ex teſtamento patris, legitimis non exiſtentibus. *ibid.*

Nepos intrat locum patris mortui. *leg. poſthumorum. vbi Bar. ff. de iniuſt. irrit. teſt.*

Nepos ex filio mortuo debet inſtitui, aliàs rumpit teſtamentum eius, *Bar. l. Gallus. ff. de lib. & poſth.*

Nepos non venit appellatione filii in ſubſtitutione fideicommiſſaria. *Dec. conſ. 218. col. 4.*

Nepos ſuccedit in feudum excluſo patruo. *c. 1. de nat. ſucceſſ. feud.*

Nepos potior eſt in feudo, quàm filia. *Bal. Auth. ceſſante. C. de legit. her.*

Nepos conceptus poſt mortem auiæ non ſuccedit ex perſona ſua, ſed patris vel matris. *Corn. conſ. 165. V. 1.*

540. Nepos conceptus poſt mortem aui non rumpit teſtamentum. *Bar. l. nam ad ea. ff. de LL.*

Nepos conueniri poteſt in foro domicilii auiti, ſecus in pronepote. *Bal. l. 2. C. de iur. om. iud.*

Nepos ſuus ex teſtamento vel ab inteſtato heres ſuccedit & excludit reliquos. *l. 1. C. de emend. ſeru.*

Nepos vnicus ex alio filio ſuccedit auo cum alio æqualiter. *l. 3. C. de ſuis & legit. hered.*

Nepos vnus conditioni liberorum ſatisfacit, *l. iubemus. §. 2. C. ad SC. Trebell.*

Ne-

Nepos adoptari non poteſt ſine conſenſu filii. *l. cum nepos. ff. de adopt.*

Nepos venire nequit contra aui teſtamentum, licet filius iuſtè ſit exheredatus. *l. 3 § 5. ff. de bon. poſſ. cont. tab.*

Nepos agnoſci debet ab auo, qui nuptiis filii non contradixit. *l. ea quæ tibi. C. de nupt.*

Nepos acquirit auo vſumfructum ad venditiorum. *l. cum oportet. C. de bon. quæ lib.*

Nepos eiuſdem iuris eſt, cuius filius, quoad inofficioſi querelam. *l ſi quis filium. C. de inoff. teſt.*

550. Nepos lucra nuptialia acquirit, filiofam. mortuo. *l. cùm oportet. C. de bon. quæ lib.*

Nepos poteſt tranſmittere hereditatem ante apertas tabulas. *l. 1. C. de his, qui ant. apert. tab.*

Nepos dicitur natus ex auito corpore. *Chaſſan. conſ. 53. numer. 6.*

Nepos ex ſpurio non ſuccedit auo ab inteſtato. *Gail. lib. 2. obſeru. 115. num. 1.*

Nepos ex filio ſpurio ab auo poteſt inſtitui. *ibid.*

Nepos diligitur propter filium. *Decian. conſ. 76. numer. 12. Vol 3.*

Nepos cenſetur procreatus de proprio ſanguine aui. *DD. l. 1. C. de cond inſert.*

Nepos ex filio ſubſtitutum excludit. *Gail. lib. 2. obſeru. 136. num. 11.*

Nepos non debet eſſe melioris conditionis, quàm filius. *l. ſi viua matre. C. de bon. mater.*

Nepos propriè non dicitur filius fratris. *l. Iuriſconſultus. §. 7. ff. de grad. affin.*

560. Nepos præteritus agnoſcendo ex l. Velleia. teſtamentum rumpit. *l. ſi auus tuus. C. de lib. prat.*

Nepos præteritus agnoſcendo ſuccedit in locum patris. *ibidem.*

Nepos adoptatus auo mortuo recidit in poteſtatem patris. *l. ſi quis nepotem. ff. de adopt.*

Nepotis merita perpendenda, *leg. 3. §. 5. ff. de bon. poſſ. cont. tab.*

Nepo-

Nepotes non continentur filiorum appellatione in privilegiis perſonalibus. *l. iubemur. §. 3. C. ad Trebell.*
Nepotes excludunt patruum. *Port. conſ. 199. nu. 3.*
Nepotes ſuccedunt cum patruo in ſtirpes. *Nov. 118.*
Nepotes ſuccedunt cum filiis defuncti in avi bona. *l. 3. C. de ſuis & leg. her.*
Nepotes ex diverſis filiis ſuccedunt avo in ſtirpes. *l. 2. C. eod. tit.*
Nepotes iniuſtè exhæredati agunt inofficioſi. *l. ſi defunctus. C. eod.*
570. Nepotes ex filiâ præteriti rumpunt teſtamentum avi. *ibid.*
Nepotes ex filio, avo mortuo, in poteſtatem patris recidunt. *l. nepotes. ff. de his qui ſui vel alie. iur.*
Nepotes mutuum accipientes iuvantur. *SC. l. pen. C. ad SC. Macedon.*
Nepotes repræſentant patrem. *Nov. 128. cap. 1.*
Neptis patroni nubere liberto nequit. *l. 3. de nup.*
Nepti non eſt concedendum plus, quàm filiæ. *Lud. Gozadin. Conſ. 4. num. 1.*
Neptem non tenetur dotare avia. *Ang. Peruſ. Conſ. 30. num. 2.*
Neſciens videtur contradicere. *Bald. l. falſus. C. de furt. col. 4.*
Neſciens experiundi poteſtatem non habet. *l. annus autem. ff. de calumniat.*
Neſciens eligere nequit. *l. fin. §. 2. C. de furt.*
580. Neſciens nil probare poteſt. *l. quidem. ff. eod.*
Neſcimus abſentes, quid faciant præſentes. *Bald. l. quicunque. C. de ſerv. fugit.*
Neſcientia eſt intellectus non determinans ſe ad verum vel falſum. *Paul. Grilland. de tortur. n. 10.*
Neutralis quis eſſe poteſt tempore ſchiſmatis. *Bald. l. eum ſtatus. num. 2. C. de ord. cognit.*
Neutrum genus concipit fœmininum & maſculinum. *Bal. l. humanitatis 16. col. c. de imp. & al. ſubſt.*

N 1.

Nigrum intelligitur ſecundum rubrum. *gl. l. 1. C. de curat. fur.*

Nihil habens idoneè cavere nequit. *l. 3. C. de V. ſign.*

Nihil ex teſtamento valet, ſi inofficioſum teſtamentum arguatur. *l. cùm mater ff. de inoff. teſt.*

Nihil innovandum pendente appellatione, in integrum reſtitutionis. *l. poſtulata. C. in int. reſt. poſtul.*

Nihil intereſt, inducatur, quod ſcriptum eſt, an adimatur. *l. nihil intereſt ff. de adim. leg.*

Nihil capi poteſt propter iniuſtum matrimonium. *l. un. §. fin ff. unde vir & ux.*

Nihil tàm proprium Imperii eſt, quàm ex legibus vivere. *l. ex imperfecto C. de teſt. ord.*

Nihil additum tale, facit rem deſinere eſſe talem. *Brun. tract. de augment. monet. V. quarta concluſ.*

Nihil periculo eſſe poteſt ei, qui nihil habet. *Spec. de accuſat. §. 6. V. quid ſi pauper.*

10. Nihil tam indubitatum, quod non recipiat quandam ſollicitam dubitationem. *Spec. de Advoc. lib. 1. par. 4.*

Nihil agi debet occultè in iudicio. *Spec. de teſt. lib. 1. part. 4. V. qualiter n. 2.*

Nihil agit, qui male ac ineptè petit. *Bald. l. ſi filio. nu. 3. ff. de lib & poſthum.*

Nihil poteſt eſſe cauſa ſuæ cauſæ. *l. hereditas ff. mand.*

Nihil habens poteſt cedere bonis ratione ſpei. *Bal. l. pen. C. qui bon. ced poſſ.*

Nihil feciſſe videtur, qui fecit unum de duobus. *Iaſ. l. qui duos. n. 1. ff. de iur dot.*

Nihil dicitur factum, donec quid ſupereſt agendum. *Caſt. l. cui fundus. n. 3. ff. de cond. & dem.*

Nihil ex teſtamento videtur capere, qui tantum erogat, quantum accipit. *l. civitatib §. eum qui. ff. de leg. 1.*

Nihil eſt, quod non conando, accedente divino auxilio, effici poſſit. *l. 1. § hoc quod opere. C. de vet. iur. enucl.*

Nihil eſt, quod magis hominibus debeatur, quàm, ut ſupremæ voluntatis liber ſit ſtylus. *l. 1. C. de SS. Eccl.*

20. Ni-

20. Nihil tàm ſtudioſum in rebus humanis invenitur, quàm legum autoritas. *l.* D E O *auctore. C. de Vet. iur. enucl.*

Nihil eſt in humani iuris conditione, quod perpetuò ſtare poſſit. *l. 2. §. ſed quia divinæ. C eod.*

Nihil tàm peculiare eſt Imperiali maieſtati quàm humanitas. *l. fin. C. de don. int. vir. & ux.*

Nihil oportet firmiùs retineri, quàm ſi veritas conſuetudini ſuffragatur. *c. fruſtra. 8. diſt.*

Nihil quod Evangelicis regulis obviet, Imperatori agere licet. *c. non licet. 80 diſt.*

Nihil imperfectum relinquendum. *l. prætoria. ff. de prætor. ſtipul.*

Nihil prodeſt alicui non puniri proprio, qui puniendus eſt de alieno peccato. *c. facientis. 80. diſt.*

Nihil, præter D E V M debet curare, qui in eius ſortem eligitur. *c. cui portio. 12. q. 1.*

Nihil abeſſe dicitur, quod parũ abeſt. *l. pen. ff. de teſt. milit.*

Nihil doloſus doloſo tenetur. *l. ſi duo ff. de dol.*

30. Nihil tam naturale eſt, quàm eodem genere quandoque diſſolvere, quo colligatum eſt. *l. nihil. ff. de reg. iur.*

Nihil miſerius paſtore, qui luporum laudibus gloriatur. *c. conſentire. diſt. 83.*

Nihil operatur duplicatio actus. *§. quib. de nov. cod.*

Nihil novi videtur addere confirmans. *gl. & DD. c. inter dilectos. de fid. inſtr.*

Nihil eſt, quod lumine clariore præfulgeat, quàm recta fides in Principe. *l inter claros. C. de S. Trin.*

Nihil tàm naturali æquitati conveniens eſt, quàm domini voluntatem in alterum rem ſuam transferentis ratam habere. *l. 1. ff. de pact.*

Nihil tàm ſanctum eſt, quod non violet aliquando auri ſacra fames indies creſcente hominum perfidiâ. *l. 3. §. Divus. ff. de orig. iur.*

Nihil tàm humanum quàm mori *l. in vulgari. ff. de V. ſign.*

Nihil turpius eſt Principi, quàm fidei oblviſci. *Zaſ. & Freyg. conſ. analit. 8. in fin,*

Nihil magis conſenſui contrarium quàm error. *l. ſi per errorem. ff. de iuriſd. c. quamvis. 38. diſt.*

40\. Nihil agere & non rectè agere ſunt quandoque diverſa *l. un. ff. quand. dies leg.*

Nihil quæri poteſt abſentibus & ignorantibus. *DD. l. abſenti. ff. de donat.*

Nihil reddere compellitur, qui ſuo commodo invigilat. *l. pupillus ff. quæ in fraud. cred.*

Nihil incertius eſt horâ mortis *l. 1 ff. de cond. & demonſt.*

Nihil eſt in iure ſuperfluum § *quib. 1. Conſt. Cod.*

Nihil eſt in iure contrarium. *ibid.*

Nihil eſt idem, cui idipſum ſimile eſt. *l. quod Nerva. ff. de poſ.*

Nihil aliud detrahentes faciunt, niſi, quòd in pudorem ſufflunt, & in oculos ſuos terram excitant. *c. inter verba. 2. q. 3.*

Nihil adeò generale eſt, quod exceptionem non patiatur. *Azo in Summa. l. non dubium ff. de LL.*

Nihil ſine naturâ. *Gœdd. l. oſtentum. n. 5. ff. de V. ſign.*

50\. Nihil tam æquum & rationi conſentaneum eſt, quã liberos proprios ad paternam ſucceſſionem admitti. §. *ergò ſanciendum. Auth. quib. mod. nat. eff. ſui.*

Nihil eſt in privatione, quod priùs non fuerit in habitu. *Ang. Inſt. de libertin. in pr.*

Nihil intereſt, de univerſo quæratur an de parte. *l. ſi ſervus. ff. de acq. her.*

Nihil facile mutandum eſt ſolennibus. *l. Divus Antoninus ff. de reſt. in int.*

Nihil tàm naturale quàm pacta ſervare. *l. 1. ff. de pact.*

Nihil intereſt, parietibus quis an compedibus teneatur. *Iaſ. l. admonendi. n. 173. ff. de iureiur.*

Nihil facit error nominis, cùm de corpore conſtat. *l. in venditionib. ff. de contr. empt.*

Nihil eſt ad animum demonſtrandum tam efficax & aptum, quàm ſermo. *Vaſq. quaſt. illuſt. libr. 2. cap. 58. num. 7.*

Nihil intereſt de vicio, decipere vel decipi. *c. ſi cupis. 17. q. 1.*

Ni-

Nihil commune habere dicuntur, qui non ſunt eiuſdem rationis reſpectò, de quo agitur. *l. ſcapham. ff. de Evict.*

60. Nihil magis in lege deſideratur quàm claritas. *l. leges. ff. de LL. c. erit a. diſt.* 4.

Nihil adeò durum & difficile quod non facile aſſuetudine ſuperetur. *Gribal. de rat. ſtud. lib.* 1. *cap.* 12.

Nihil tam occultum, quod à tenebris non prodeat in apricum. *Auth. de teſtib. V. Et iterum.*

Nihil valet ceſſio actionis tanquam ſimulata, ſi precium non correſpondet actioni ceſſæ. *l. per diverſas. C. mand.*

Nihil poteſt peti ante id tempus, quo per rerum naturam perſolvi poſſit. *l. nihil peti. ff. de reg. iur.*

Nihil ab eo caſu incipere poteſt, quo finiri debet. *l. uſumfructum. ff. de uſufr. leg.*

Nihil omninò quod legibus aut utilitati publicæ refragatur, debet in iudiciis proferri. *l. fin. C. ſi cont. ius.*

Nihil mali eſt, honeſti hominis nomen aſſumere. *l. facta. §. ſi ſub conditione. ff. ad Trebell.*

Nihil dicitur in terris ſanctius Imperiali maieſtate. *l. fin. C. de LL.*

Nihil magis in homine fulgeat, quàm humilitas. *c. contra morem. diſt.* 100.

70. Nihil poteſt adimi, quod non anteà datum ſit. *l.* 3. *C. de codicill.*

Nihil eſt ex omni parte beatum: *Nov.* 133. *cap* 5.

Nihil debet contra utilitatem pupillorum deſignari. *l.* 2. *C. de alim. pup. præſt.*

Nihil iniquius, quàm uxorem & maritum iudicari ad imparia, *C. ſi quis.* 32. *q.* 1.

Nihil eſt in fructu, niſi naſcatur & renaſcatur. *l. divortio. §. ſi vir in fundo. ff. ſol. mat.*

Nihil tam occultum, quod non reveletur. *gl. §. Et licet. V. ignominia. Auth. de teſtib.*

Nihil tam firmum, quod non rumpatur. *gl. poſt rubr. Inſt. quib. mod. teſt. infirm.*

Nihil dat, qui non habet. *l. traditio. ff. de acq. rer. dom.*

Nihil eſt ſimile ſibi ipſi. *l.* 1. *§. ſed ego. ff. quod iuſſu.*

Nihil ſcientiæ legalis debet remanere incognitum. *Proem. ff.§ item q. V & vos quidem.*

80. Nihil refert, an res proprio nomine appelletur, an digito oſtendatur. *l. certum. ff. ſi cert. pet.*

Nihil intereſt, neget quis an taceat interrogatus, an obſcurè reſpondeat, ut incertum dimittat interrogatorem. *l. de ætate. §. nihil. ff. de interrog.*

Nihil in teſtamento valet ſcriptum ſine hæredis inſtitutione *l. 1 §. nam ſine ff de vulg. & pup.*

Nihil intereſt, injuria facta ſit patri an filiis. *l. nec filio. ff. de natal reſtit.*

Nihil commune habet proprietas cum poſſeſſione. *l. naturaliter. §. nihil ff. de acq. poſſ.*

Nihil agere videntur, qui actui apponunt conditionem, quam ſciunt impoſſibilē. *l. non ſolùm. ff. de oblig. & act.*

Nihil ad minuendum furtum facit, quod cuius ſit ignoret. *l. falſus. ff. de furt.*

Nihil intereſt, occidat quis an cauſam mortis præbeat. *l. nihil intereſt. ff. ad l. Corn. de Sic.*

Nihil penes eum reſidere oportet ex re, in qua fidem feſellit. *l fundus. ff. de leg. com.*

Nihil in corporibus ſed omnia in nominibus ſunt. *l. hæredes. ff famil. herciſc.*

90. Nihil intereſt, directè quid fiat, an per obliquum. *l. quod ſi §. 1. ff de in rem verſo.*

Nihil feciſſe videtur, qui partem individui fecit. *Cephal. conſ 294. n 7.*

Nihil fruſtra invenerunt iura. *Id. conſ. 342. n. 59.*

Nihil ad nos, quæ foris ſunt. *Rol. à Valle conſ. 35. num. 12. Vol. 2.*

Nihil novi inducit declaratio, ſed confirmat, quod prius eſt. *Coler. de proceſſ. exec par. 1, cap. 10. n 88.*

Nihil diſponit conditio non purificata. *Rip. conſ. 185. num. 2.*

Nihil approbamus, quod exorbitet ab itinere ſapientiæ. *Alc. lib. 2, de V. ſign. f. ex Auguſtino.*

Nihil ponit ineſſe conditio. *Gail. lib. 2. obſ. 132. n. 3.*

Ni-

Nihil DEO occultum. *Afflict. Deciſ. Neap. 13. n. 29.*
Nihil diviſum poteſt eſſe commune. *Boër. conſ. 5. n. 4.*
100. Nihil poſſidens ſpoliari non poteſt. *l. 1. §. Scævola ff. ſi quis teſt. lib. eſſe iuſſ. fuer.*
Nihil ei imputatur, qui fecit, quod facere conſuevit. *Bar. l. ſi pignore. §. fin. ff. de pig. act.*
Nihil quod immenſum eſt, bonum exiſtit. *Auth. de monach. ord. in pr.*
Nihil conſenſui tàm contrarium, qui bonæ fidei iudicia ſuſtinet, quàm vis & metus. *l. nihil tam conſenſui. ff. de reg. iur.*
Nimia ſubtilitas verborum nocet voluntati contrahentium. *l. 1. C. ut act. & ab hæred.*
Nimia ſubtilitas eſt iuri exoſa. *l. ſancimus. C. ad Treb.*
Nimia credulitas adſcribitur culpæ & vitio. *l. 1. §. dolum ff. de eo per quem fact.*
Nimis effuſa generalitas creat periculum loquendi. *l. fin. C. de dot. promiſſ.*
Nimiis dilationibus non ſunt trahendæ cauſæ. *l. 1. in fin. C. de dilat.*
Nimis credulus dici nequit, qui credit fide digna. *Bertarol. conſult. deciſ. lib. 1. conſ. 80. n. 3.*
110. Nimis anxiam verborum curam habere non debemus. *Cl. Prob. reg. iur. lib. 3. tit. 11. cap. 3.*
Nimiam ſuam credulitatem allegare nemo poteſt ad ſui excuſationem. *Soc. l. æquiſſ. ff. de eo per quem.*
Nimium credulus ſibi imputet. *l. miles. ff. de adult.*
Nimium eſt faſtidioſum. *gl. Auth. ut determ. ſit num. cler.*
Niſi pueri velint corrigi verbis, debent caſtigari virgis. *l. nec quicquam ff. de off. proconſ.*
Niſi reo præſente accuſator non audiatur. *c. accuſatori. 3. q. 9.*
Niſi animus utriuſque conſentit, perduci ad effectum non poteſt, quod inchoatur. *l. in omnib. ff. de obl. & act.*
Niſi expreſsè ius antiquum corrigatur, remanet ſimul cum novo. *gl. c. de multa. de præbend.*

*N*iſi totum legas, nihil legiſſe diceris. *Zaſ. l. incivile. in pr. ff. de LL.*

*N*iſi novatio fiat expreſsè, non intelligitur novatio facta. *l. fin. C. de novat.*

120. *N*iſi omnia concurrant, non dicitur eadem cauſa. *l. cùm queritur. ff. de except. rei iud.*

*N*iſi dotes ſerviant matrimonii oneribus nullæ ſunt. *l. ſi paterfam. ff. de iur. dot.*

*N*iſi plebs rogetur, nullum plebis iuſſum fieri poteſt. *Aymaz. hiſt. iur. civ. lib. 2.*

*N*ives immoderatæ dicuntur caſus fortuitus. *l. fiſtulas. §. fin. ff. de cont. empt.*

No.

*N*obilis non eſt ante patris nobilitationem. *Mol. conſuet. Pariſ. tit. 1. de mat. feud. §. 8 gl. 1.*

*N*obilis viri dictum inducit iuſtiſſimam credulitatem. *Cepoll. de uſucap. V. Venditioni. n. 30.*

*N*obilis privilegiatus eſt, ut defendat, non ut facilè conveniatur. *Spec. de reo. V. item nobilis.*

*N*obilis cavere idoneè non poteſt. *l. 3. C. de V. ſign.*

*N*obilis eſſe poteſt pauper. *l. humilem. C. de inceſt. nupt.*

*N*obilis minus punitur in corpore, quàm vilis, ſecus in pecuniis. *l. 4. C. de teſtibus.*

*N*obilis eſſe nequit, qui exercet artes mechanicas. *Bald. l. nobiliores. C. de Commerc. & mercat.*

*N*obilis pauper habet privilegium. *l. ad egregias. ff. de iureiur.*

*N*obilis habet præſumptionem pro ſe in his, quæ nobilitatem concernunt. *gl. c. illud. 40. diſt.*

10. *N*obilis dicitur à ſanguine claro. *Clem. 2. in pr. de ſent. excom.*

*N*obilis verè eſt, qui virtutibus claret. *M. Ravand. Spec. iud. num. 45.*

*N*obilis à ruſtico non loco, ſed genere diſtinguitur. *l. urbana familia. ff. de V. ſign.*

*N*obilis non eſt is, quem omnes vocant nobilem. *Caſt. Conſ. 238.*

No-

Nobili creditur potius, quam alteri. *Spec. de nuntio. §.1.V.1.*

Nobiles decet liberalitas. *l.2.C.de conſul.lib.12.*

Nobiles non poſſunt torqueri. *Proſp.Farinac.de tort.lib.1. C.de dign.lib.12.*

Nobilium multitudo præſumitur eſſe, ubi Princeps eſt. *Bar.l.omnium.C.de teſtam.*

Nobilior in liga debet præferri. *Iun.c.1.de maior.*

Nobiliores delinquentes graviùs puniuntur. *c.1.§.iudices. de pact.iur.firm.*

20. Nobiliores ad defenſoris munus promovendi ſunt. *Nov.conſtit.15.cap.1.*

Nobiliores præferuntur vilioribus. *Auth. præſides. C. de Epiſcop.aud.*

Nobilius eſt confirmans confirmato. *Cl.Prat.reg.iur.lib.6.tit.6.cap.1.in pr.*

Nobilitas patris non deſcendit in baſtardos. *Bart.l.1.n.50. C.de dign.lib.12.*

Nobilitas generis denominatur à patre, non à matre. *Bal. l.ſi qui n.4.C.de ſer.fug.*

Nobilitas nulla eſt ſine honeſtate. *Bal.l.2.n.2.C.de ſecund. nupt.*

Nobilitas non tranſit per tranſverſos gradus. *Decian.conſ. 19.n.239.vol.3.*

Nobilitas primò creſcit, deinde adoleſcit, poſtremò perficitur. *ibid.*

Nobilitas non conſideratur ex progenie matris. *Bart. l. exemplo.C.de decur.lib.10.*

Nobilitas poteſt per famam probari. *Bald.l.providendum. C.de poſth.*

30. Nobilitas viri afficit uxorem, non è contra. *Bar.l.fin. C.de V.ſig.*

Nobilitas quandoque facit concedi immunitatem. *l.non tantum.§.Ilienſib.ff.de excuſ.tut.*

Nobilitas ſola non ſupplet defectum literaturæ in clericis promovendis. *Fel.c.cum adeò de reſcript.*

Nobilitas ſola eſt animum quæ moribus ornat. *c. Venerabilis de prabend.*

Nobilitas eſt, quæ virtute ingenii aut laboribus optimo acquiritur. *l. 3. ff. de natal. reſt.*

Nobilitas perditur per turpitudinem vitæ, *Bal. l. 1. C. ubi Senat. vel clariſſ.*

Nobilitas non naſcitur ictu oculi. *l. ſtemmata. ff. de gradib.*

Nobilitas tàm à pàtre quàm à matre venit, *l. 1. §. 1. ff. ad municip.*

Nobilitas vitæ, non carnis attendenda eſt. *c. Venerabilis. de prab.*

Nobilitas ex antiquitate generis originem trahit. *Alvar. c. ſi miles. n 2. de pac. ten.*

40. Nobilitati cognata eſt potentia. *gl c. lex eſt. diſt. 2.*

Nobilitas quæſita mulieri nobilitate prioris viri poſterioris viri ignobilitate amittitur. *l. cùm te. C. de nupt.*

Nobiliores prohibentur exercere mercimonium. *l. nobiliores. C. de commerc. & mercat.*

Nobilitas dicitur qualitas, quæ ſine virtute non poteſt conſiſtere. *Bar. l. 1. col 9. C. de dign. lib. 12.*

Nobilitas geminata clarior eſt, *Tiraq. de Nobil. cap. 18. num. 26.*

Nobilitas filiorum non tranſit ad parentes, licet cohoneſtentur. *l. 1. ff. de Senator.*

Nobilitas nominata ſolvitur morte, nec tranſit ad poſteros. *l 1 & 2. C. de dign. lib. 12.*

Nobilitas innominata tranſit ad hæredes, quia deſcendit velut è radice in poſteros. *ibid.*

Nobilitas uxoris non tranſit ad maritum, niſi ipſa eſſet Regina. *DD. l. fœmina. ff. de Senàtor.*

Nobiliores præſumptiones ſemper in dubiis eligendæ. *l. merito. ff. pro Soc.*

50. Nobilior quiſque eſt, quantò habet nobilius ſubiectum. *Ant. Capyc. deciſ. Neapol. 26. n. 23.*

Nobilitas ſcientiæ præfertur nobilitati generis. *Cyn. l. quiſquis. C. de poſtul.*

Nobilitas gradum adiſcit. *Maſcard. concl. 1000. n. 11.*

No-

Nobilitatis initium attulit dignitas Senatoria. *Fran. Connan. Com. iur. Civ. lib. 2. cap. 12. n. 2.*
Nobilitas ſine divitiis eſt manca. *Weſemb. conſ. 4. n. 43.*
Nobilitas provenit à Principe. *Butrig. l quoties. C. ubi Senat. clariſſ. col. 1. part. 1.*
Nobiles habent præſumptionem bonæ fidei pro ſe. *Coler. de proceſſ. exec. part. 2. cap. 3. n. 172.*
Nobiles tenentur pro redemptione Principis. *Boër. quæſt. 126. num. 10.*
Nobilitas non perditur per ingreſſum religionis. *Villalup. Com. opin. lit. N. n. 14.*
Nobilitati derogatur per exercitium mercaturæ. *Port. conſ. 167. num. 90.*
60. Nobilior eſt natus in Civitate, quã in Oppido. *ib. n. 29.*
Nobilem ſe profitens probare id tenetur. *Alvar. in uſib. feud. de pac. ten. §. ſi miles. n. 3.*
Nobilis cum ruſtico pugnare volens admittitur. *Ibid. n. 4.*
Nobiles ſubditis ſuis extra ordinem operas imponere non poſſunt. *Ferr. Mont. lib. 5 in uſib. feud. c. 5. §. ſed de minori.*
Nobiles, ſi non fuerint aliqua in dignitate vel adminiſtratione conſtituti, dicuntur privati. *Scurpf. conſ. 56. num. 5. cent. 2.*
Nobilitas magna & proba magnum emolumentum confert teſtimonio. *Cremenſ. conſ. 19. n. 77. vol. 3.*
Nobili præcellenti mandatum ſe à Principe habere aſſeveranti credendum eſt. *Royr decif. Lit. 4. n. 48.*
Nobili quàm plebeio ſunt ampliora alimenta præſtanda. *ibid. num. 138.*
Nobiles teſtes pauci multis ruſticis & vilibus anteferuntur in teſtimoniis. *ibid. num. 47.*
Nobilitas uxori in deſcendentibus communicatur, non aliis. *Boër. de autor. mag. Conſilii Franc. n. 5.*
70. Nobilitas non excuſat de crimine falſi. *Afflict. decif. Neap. ult. n. 23.*
Nobilitatem ſine divitiis ſibi vendicare ſtultum eſt. *Hoſt. c. venerabilis. de prabend.*
Nobilitat virtus. *l. pen. C. de poſtul.*

Nobis invitis res noſtras alius detinere nequit, nec debet. *l. filiofam. § maritum ff. ſol. mat.*

Nobis eſt neceſſaria vita noſtra, aliis fama noſtra. *c. non ſunt audiendi 2. q. 3.*

Nobis in legibus magis ſimplicitas, quam difficultas placet. *§. ſed quia. Inſt. de fideicom. her.*

Nocet abſentia curatori ſe non excuſanti antequam abiit. *l. 1. C. ſi tut. vel cur. reip. cauſ. abſ.*

Nocet error, quatenus conſenſum tollit. *Mol. conſ. Pariſ. tit. 1. §. 1. gl. 5. n. 24.*

Nocet probis, qui parcit malis. *Heig. de quaſt. iur. civ. & Sax. q. 24. n. 39. vol. 2.*

Nocet ſcientia ſine denunciatione. *Auth. eo. §. ſi quis.*

80. Nocent expreſſa, non expreſſa non nocent. *l. nonnunquam. ff. de cond. & dem.*

Nocent acta, cui nocet ſententia. *Alex. conſ. 84. Vol. 3.*

Nocere vel adiuvare neſciunt, qui ne à bono corrumpere, vel à malo avertere non poſſunt. *c. homini q. 1.*

Nocere nihil poteſt obſervatio iudiciorum. *c. novit. de iudic.*

Nocere filio non dicitur, qui eum privare quærit pœnâ ſibi applicanda. *Bal. l. militis. C. de teſt. mil.*

Nocere vicino nemo debet, & prodeſſe non poteſt cogi. *l. 2. §. Item Varus. ff. de aq. pluv. arc.*

Nocere non debet factum alterius alteri, qui nihil fecit. *l. de pupillo. § ſi plurium. ff. de op. nov. nunc.*

Nocere alteri quis non debet, etiam ut ſibi proſit. *Spec. de 1. & 2. decret. §. 5. V. porrò.*

Nocens iuſtius abſolvitur, quàm innocens condemnetur. *l. abſentem. ff. de pœn.*

Nocens eſſe nemo deſinit pœnitentiâ. *l. quis ſit. ff. de ædil. Edict.*

90. Nocens quis eſſe poteſt, etiamſi non noceat. *l. fraudis. ff. de reg. iur.*

Nocens viæ dicitur nocere fundo, ad quam itur per illam viam *Bal. l. in cuius ff. de aq. pluv. arc.*

Nocens foſſato aquæ currentis ad fundum dicitur nocere fundo. *ibid.*

Nocentes ita ſunt puniendi, ne tangantur innocentes. *Pil. Modicenſ. quæſt. 16. n. 4.*

Nocentes propter innocentes lex permittit vivere. *Bal. l. Imperator in fi. ff. de ſtat. hom.*

Nocentium peccata debent eſſe nota, *l. eum qui nocentem. ff. de iniur.*

Nocivus cuique ſuus dolus. *l. ſi cui. ff. de evict.*

Nociva illi ipſi culpa, qui deliquit. *Port. conſil. 3. num. 47.*

Noctis tempore omnia commodè fieri poſſunt, quæ ſpecialiter non ſunt prohibita. *Dec. c. conſuluit. de off. del.*

Nocte factum die factum dicitur fictione iuris. *c. conſuluit. de off. del.*

100. Noctu commiſſum illud dicitur delictum, quod eſt commiſſum ante ſolis ortum. *Alex. l. more. ff. de fer.*

Nocturnus aggreſſor poteſt impunè occidi. *l. 4. C. de ſic.*

Noctu poteſt ferri arbitrium. *l. fratris. C. de tranſact.*

Nocturna delicta ſunt difficilis probationis. *c. fin. de teſtib.*

Nocturnum furem licet occidere pro minima re furatâ. *Ang. l. 1. C. unde vi.*

Noctu lata ſententia non valet. *Sichard. l. non minorem. §. 5. C. de tranſact.*

Noctis tempus dicitur ſuſpectum tempus. *Marſil. conſ 83. num. 16.*

Nocu-

Nocumentum unius alteri nocere non debet, aut nocumentum afferre. *l. errore. C. de teſtam.*

Nolle dicitur, qui poteſt facere, & non facit. *l. nolle. ff. de acq. hered.*

Nolle dicor, quod non poſſum. *gl. l. 1. C. de nat. lib.*

110. Nolle adire hæreditatem non videtur, qui non poteſt *l. 4. ff. de acq. her.*

Nolle poteſt, qui poteſt & velle. *l. 3. ff de reg. iur.*

Nolle poteſt ſervus etiam iubente domino. *l. 3. in fin. C. de her. inſtit.*

Nolle dicitur, qui ſe non præparat facere quod debet. *Bal. l. fin. C. de edil. act.*

Nolle & velle ſunt duo contraria. *l. iam dubitari. ff. de her. inſt.*

Noluiſſe quis cenſetur, ſi non dixit aut expreſſit. *Port. conſ. 159. n. 15.*

Noli eſſe nimis iuſtus. *c non poteſt. 23. q. 4.*

Noli plus ſapere quam oportet. *Caſt. l. non omnium. n. 3. ff de LL.*

Nolite inebriari vino. *l. omne delictum § per vinum. ff. de re mil.*

Nolite iudicare, & non iudicabimini. *gl. l. rem non novam. C. de iud.*

120. Nolens comparere in iudicio facit, ut ſententia lata inter alios noceat aliis. *gl. & DD. l. tres. C. quomod. & quand. iud.*

Nolentes venire ad iudicium, puniuntur. *l. properandum. C. de iud.*

Nomen filius eſt nomen naturæ. *l. tutelas. ff de cap. diverſ.*

Nomen Imperatoris horreſcendum non eſt in causâ legitimâ. *ibid.*

Nomen nudum, quod Domini in ſervos habebant, eſt ſublatum. *l. 1. C. de nud. iur. Quir toll.*

Nomen patris denegatum liberis naturalibus. *l. legem Anaſtaſii. C. de nat. lib.*

No-

Nomen venditionis ceſſioni actionum oppoſitum præſumitur fraudulentum.*l.pen. C.mand.*

Nomen venditum ſecum trahit ius pignoris & hypothecæ.*l.ſi à creditore.C.de obl.& act.*

Nomen ubi ceſſat, ibi ceſſat privilegium nominis. *l.fin.§.2.C.de inoff.teſtam.*

Nomen diſpar eſſe poteſt, etiamſi res ſit eadem. *l. quicunque.§.2.C.de hæret.& Manich.*

130. Nomen donari poteſt etiam ſine conſenſu debitoris. *l.2.C.de donat.*

Nomen à patre, non à matre accipitur. *l.familia. §.1.ff.de V.ſignif.*

Nomen qui detulit accuſaſſe intelligitur.*l.cum patronum. ff.de iur.patron.*

Nomen bonum facit creditor, qui admittit debitorem delegatum.*l.inter cauſas.§.2.ff.mand.*

Nomen ſuum ignorare eſt maximæ negligentiæ.*l.11.C.de hæred.inſtit.*

Nomen corruit, ſi res medio tollitur. *c.cor Epiſcopi.68. diſtinct.*

Nomen diverſum correlativorum eſt. *l.ſi idem. C.de codicill.*

Nomen eius poteſt inſcribi operi publico, qui id fieri curat.*l.2.ff.de operib.publ.*

Nomen alterius inſtrumento ſimulatè inſcriptum veritati non nocet.*l.cum propria.c.ſi quis alt.vel ſib.*

Nomen debitoris in causâ iudicati capi poteſt. *l.etiam.de exerc.rei ind.*

140. Nomen in dotem datum parit marito utilem actionem.*l.2.C.de oblig.& act.*

Nomen emptum & transfert in emptorem actionem utilem.*ibid.*

Nomen hæredis certum eſſe debet, ut ſucceſſio procedat. *l.antepen.C.de teſtam.*

Nomen hæredis ab imperito literarum teſtatore, nuncupari debet.*ibid.in pr.*

Nomen hæredis à teſtatore nuncupatum à teſtibus eſt ſubſcribendum in æternam rei memoriam. *ibidem. in med.*

Nomen hæredis exprimi debet in teſtamento cœci nuncupativo. *l hac conſultiſſima C.qui teſt.fac.poſſ.*

Nomen Imperatoris omnibus actis & inſtrumentis præponendum eſt. *Novell.47.cap.1.in pr.*

Nomen Imperatoris falſitati ſervire non debet. *l.nolumus. C.de teſtam.*

Nomen non facit Epiſcopum, ſed vita. *l.ſacris noſtris, C.de Epiſcop.& cler.*

Nomen debitoris poteſt legari, & comprehendit debitum. *l nomen.in pr.ff.de leg.3.*

150. Nomen debitoris poteſt dari in ſolutum creditori, *Alex l ſi maritus.ff.ſol.mat.*

Nomen debitoris datum pignori dicitur pignus pignori datum. *gl.& Bal.l ſi à creditore.C.de act.& oblig.*

Nomen delinquentis deſignandum eſt, ut certi hominis factum arguatur. *Bal.& Flor.l.licet.ff.naut.caup.*

Nomen proprium non eſt neceſſe poni, quando relatio fit ad proxima. *Iaſ.l.placet.n.22.ff.de lib.& poſth.*

Nomen mutari nequit in præiudicium tertii. *DD.l.1.C.de mutat.nom.*

Nomen ſuum quiſque defendere & conſervare debet. *l. decernimus, C.de Epiſcop.& cler.*

Nomen vxoris ſimulatè Inſtrumento apponens non ſibi præiudicat. *l.cum propria.C.ſi quis alt.vel ſit.*

Nomen accipitur pro actione perſonali. *l.nomen.§.3.ff. de leg.3.*

Nomen collectivum unius nominati locum obtinet. *l.ſi quis.ff.de uſufruct.accreſc.*

Nomen ſuum inſcribens operi publico ſine mentione principis, maieſtatis reus eſt. *l. ſi qui iudices. C. de op.publ.*

160. Nomen conſiderandum non eſt, ubi de effectu apparet. *Sen.Pedemont.deciſ.59.n.38,*

Nomen

Nomen debitoris antequam exigatur, debet fieri miſſio in poſſeſſionem ipſius. *Bald.l.2.quaſt.3.C.quand.fiſc. vel priv.*

Nomen ſuum mutare cuilibet liberum eſt. *l.un.C.de mutat.nom.*

Nomen ſpeciale alicuius rei, quæ cadit ſub genere, facit eam rem non venire in appellatione generis. *Bar.l.ligni.ff.de leg.3.*

Nomen procuratoris eſt nomen generale. *Inn.& Hoſt.c. conſtitutus.de Elect.*

Nomen integrum & cognomen debet poni in reſcriptis. *Inn.c.cùm acceſſiſſent.de conſtit.*

Nomen appellativum conveniens uni tantum, habet vim nominis proprii, quoad demonſtrationem. *Alex. & DD.l.2.ff.de lib.& poſth.*

Nomen debitoris poteſt vendi. *Bal.l.3.ff.de hær.act.*

Nomen debet imponi rebus à digniore parte. *gl. l.1. ff. de V.O.*

Nomen uxoris, cui mutuatur pecunia uxoris, non eſt uxoris, ſed viri. *Bal.l ſi maritus.C.de diſt.pig.*

170. Nomen Civitatis debet poni in Inſtrumento, aliàs viciat. *Bar l.Plautius.§.fin.ff.de cond.& dem.*

Nomen ſi ignoramus, utimur demonſtratione. *l.ſi in rem. ff.de rei vend.*

Nomen matris poteſt poni in contractu filii. *Bar. l.3 ff.de lib.& poſthum.*

Nomen appellativum in dubio attenditur. *l. pen. ff. de reb.dub.*

Nomen non ſcribere eſt ſcripta cælare. *Io. And. q. Mercur. 83.num.10.*

Nomen exprimi debet. *Rot.deciſ.16.num.3.*

Nominis mutatio permittitur ex causâ. *Bald. l.1. C.ad l. Viſell.*

Nominis obſcuritatem declarat amicitia ſpecialis. *Mantica de coniect. ult.vol.lib.4.tit.6.n.2.*

Nominis vice fungitur demonſtratio. *leg. certum. ff. de V.O.*

Nominis eiuſdem duo ſi de legato contendant, ſatiſdandum eſt utrique. *l. pen. ff. ut legat. cauſ. cav.*

180. Nominis error non impedit acquiſitionem poſſeſſionis. *l. ſi me in vacuam. ff. de acq. poſſ.*

Nominis boni habenda eſt cura. *Card. clem. exivi. §. caterùm. in fi. de V. ſignif.*

Nominis error nihil nocet, cùm de corpore conſtat. *l. ſi in nomine. C. de teſtam.*

Nomine emendato res corrigenda. *l. fin. C. de don. ante nupt.*

Nomine legato debetur & uſura. *l. patronus. ff. de leg. 3.*

Nomine ſuo damnatus, & ex facto ſuo, & ex inſtantia cum alio cœptâ, non fit infamis. *l. ſervus. ff. de infam.*

Nominetenus clericus non eſt clericus. *l. omnes. §. pen. C. de Epiſc. & cler.*

Nomine debitoris pignorato venit & hypotheca. *l. poſtquam. C. de hared. vend.*

Nomine ſuo quod quis non poteſt, poteſt alieno. *Bar. l. filius. n. 1. ff. de inoff. teſt.*

Nomine legato continentur uſura. *l. invicem ff. de leg. 3.*

190. Nomine carens caret effectu. *l. à nullo. C. de ſer.*

Nomine proprio vocati in viriles, appellativo in portionales tenentur ratione creditorum. *l. turpia. §. ult. ff. de leg. 1.*

Nomine alieno nemo poteſt lege agere. *l. nemo. ff. de reg. iur.*

Nomine rerum venit conſuetudo. *Prapoſ. Mediol. c. novit. n. 4. diſt. 12.*

Nomina debitorum non cenſentur tacitè obligata pro penſione domus locatæ. *Bal. l. Caius. ff. de leg. 2.*

Nomina debitorum veniunt appellatione bonorum. *c. fin. de pignor.*

Nomina debitorum ſunt obligata marito pro victu & alimentis. *Bal. & Imol. l. ſi maritus. ff. ſol. mat.*

Nomina debitorum veniunt etiam appellatione pecuniæ. *Flor. l. proculus. ff. de uſufruct.*

200. Nomina debitorum veniunt etiam in uſufructu omnium bonorum. *Flor. l. omnium. ff. eod.*

No-

Nomina debitorum ad pœnas veniunt appellatione mobilium legatorum. *Oldend.conſ.218.*

Nomina debitorum veniunt pro executione ſententiæ, quando debitor condemnatus ; non eſt ſolvendo. *Bal.l.2.C.quando fiſc.vel priv.*

Nomina collegiatorum in matriculam ſunt inſcribenda. *l.petitionem.C.de adv.div.iudic.*

Nomina debitorum Inſtrumento legato continentur. *l. qui chirographum.ff.de leg.3.*

Nomina debitorum ipſo iure diviſa, ideoque dividenda non ſunt. *l.ea quæ.C.famil.herciſc.*

Nomina diverſa habent etiam diverſos effectus. *l.pen.C. de Codicill.*

Nomina liberorum declaranda in teſtamento patris. *Auth.quod.C.de teſtam.*

Nomina libertatis patriæ devota pollui non debent ſervili conditione. *l.cum precum.C.de lib.cauſ.*

Nomina vana ſunt ſine effectu. *Nov.15.in præfat,*

210. Nomina pulchra rebus imponenda. *Nov.28.cap 1.*

Nomina non ex ſingulorum opinionibus ſed ex communi uſu exaudiri debent. *l.Labeo.ff.de ſup.leg.*

Nomina agnoſcens, quæ ſibi à priore adminiſtratore aſſignantur, eorum periculo eſt adſtrictus. *l.qui nominib. ff.de admin.tut.*

Nomina præcedentium ſequens tutor ſuo periculo non recipit. *l.tutor.ff.eod.*

Nomina debitorum videntur eius loci, ubi debet agi. *leg. quæro ff.de ſolut.*

Nomina fundorum & domus noſtræ deſtinatione, non naturâ conſtituuntur. *l.quod in rerum.ff.eod.*

Nomina, quæ ſonant in vicium, præſumuntur malo animo facto. *Ioan.de Anan.c.cùm dilecti.de accuſ.*

Nomina teſtium producendorum in iudicio ſunt edenda. *Bal.l.edita.C.de Edend.*

Nomina debitorum non continentur in legato generali. *Bar.l.Caius.in pr.ff.de leg.2.*

Nomina debitorum obligata primo creditori nõ poſſunt obligari poſtea ſecundo creditori. *Bal. l. 3. ff. de hær. act.*

220. Nomina poſſeſſiva, Meum, tuum, ſuum, præſens non futurũ tempus important. *l. ſi ita. ff. de aur. arg. leg.*

Nomina magiſtralia ſunt pertinacibus relinquenda. *Rubr. ff. ſol. matrim.*

Nomina debent habere rerum conſonantiam. *Bald. l. um. n. 1. C. de nud. iur. Quir. toll.*

Nomina non quæruntur conſilio, ſed facto. *Royz. deciſ. Lituan. 3. n 500.*

Nomina verbalia denotant frequentiam. *Abb. c. 1. in fi. de iud. Bar. l. illud. ff. de tribut. act.*

Nomina non ſunt mobilia, nec immobilia, ſed ſunt quoddam genus per ſe. *l à divo Pio. ff. de reb. dub.*

Nomina debent eſſe conſequentia rebus. *§. ſed nos pleniſſimo. Inſt. de donat.*

Nomina propria imponuntur ad bene placitum. *l. ſi quis in fundi. ff. de leg. 1.*

Nomina rerum naſcuntur ab effectibus. *l. 1. ff. de præſcrip. verb. §. alio. Inſt. quib. mod. teſt. infir.*

Nomina univerſalia recipiunt augmentum & diminutionem. *Cepoll. de ſerv. urb. præd. de furno.*

230. Nomina collectiva recipiunt augmentum & diminutionem. *ibid.*

Nomina debitorum ſunt in patrimonio. *Bar. l. cùm pupillus. ff. rem pup. ſalv.*

Nomina imponuntur ad cognoſcendos homines. *l. ad recognoſcendos homines. C. de ingen. man.*

Nomina & verba tranſpoſita idem ſignificant. *l. præpoſteri. C. de teſtam.*

Nomina collectiva ſeu appellativa inducunt coniunctionem verbalem, quæ facit locum iure accreſcendi. *Bar. l. qui quarta. § fin. ff. de leg. 1.*

Nomina demonſtrant voluntatem dicentis. *l. Labeo. ff. de ſupell. leg.*

Nomina diviſionem non recipiunt. *leg. Ea quæ. ff. fam. herc.*

No-

Digitized by Google

Nomina imponuntur ſecundùm originalem rationem. *Bal.l.humanitatis.ff.de impub.& al.ſubſt.*

Nomina ſignificandorum hominum gratia ſunt reperta. *§.ſi quidem.Inſt.de legat.*

Nominum fines, non nomina conſiderantur. *Bald.l.de quib.n.106.ff.de LL.*

Nominum confuſio abſurda.*l.2 §.1.C.de conſt.pec.*

240. Nominum vana vocabula non amplectenda, ſed ſenſus.*ibidem.*

Nominum diverſitas arguit diverſitatem effectus. *Bal. l. ſi ideò. C. de Codicill.*

Nominibus diverſis appellari teſtamentum non nocet. *Spec.de arb.§.8.V.E contra.*

Nominare alium in iudicio poteſt conventus rei vindicatione.*l.2.C.ubi in rem act.*

Nominans aliquem in iudicio debet conveniri in foro eius, qui nominatur.*gl.l.1.C.de his qui.c.nom.*

Nominari poteſt abſens ad munera.*l.1.C.de temp.app.*

Nominatim fieri dicitur, quando ita exprimitur, quod dubitari de eo non poſſit. *Alex.l.1.ff.de lib.& poſth.*

Nominatim fieri dicitur, quando fit per nomina propria. *Ant.Cai.de pup.ſubſt.§. ſubſtituitur.n.1.*

Nominatio non tribuit ius tituli. *Card. Clem.fin.§.1. de ſent.excom.*

Nominatio in iudicio non habet locum, quando ſubditus convenitur ratione ſuæ perſonæ.*Innoc.c.inter de maio. & obed.*

250. Nominatio fit à præſenti, non à futuro.*Bal.l.ſi nondum. C.de furt.*

Nominatio falſa contractus illum non viciat.*l.inſulam.ff. de præſcript. verb.*

Nominatio confirmatur conſenſu.*l.hi qui.C.de appell.*

Nominatio prævalet iuſſui, quando utrumque ſimul concurrit.*l.fin.C.per quas perſ.act.acq.*

Nominatio pro parte fieri nequit.*l.pro parte.ff.de ſervit.*

Nominatio à matre fieri poteſt. *Bart. l.ſi in rem.ff. de rei vend.*

Nominationes plures de eodem uniformiter factæ, non faciunt ad maiorem partem vocari. *l. cùm quæſtio §.1. C. de legat.*

Nominator tenetur pro nominato in ſubſidium. *Bal. l. nominatori. C. de pignor.*

Nominatus primo in electione & aliis actibus debet præferri. *l. ſi quis hæres. ff. ex quib. cauſ maior.*

Nominatus primò præſumitur maior. *Bald. l. pen. C. de V. ſign.*

260. Nominatus prior præſumitur magis dilectus. *Bald. rub. C. ſi quis omiſſ. cauſ.*

Nominatus primò debet magis honorari. *Bal. Auth. hoc amplius. C. de fideicom.*

Nominatus ſæpius, ſemel tantùm cenſetur nominatus. *Bal. l pen. 2 col. C. de cond. infer.*

Nominatus contractus eſt feudum. *Curt. iun. de feud. part. 1. q 9. Ferrar. Mont. de feud. lib 1 § 4.*

Nominati de familiâ prius admittuntur ad legatum. *Bar. l. cum ita. § fideicommiſſ ff. de leg. 2.*

Nominatis contractibus etiam re integra, non eſt locus pœnitentiæ. *l. ſicut. C. de act. & oblig.*

Non dediſſe videtur hæres, qui ita dederit, ut haberi aut retineri nequeat. *l. qui concubinam. §. 3. ff de leg. 3.*

Non expreſſa quandoque nocent. *l. 4. C de auctor. præſt.*

Non habere, quàm habere quandoque ſatius eſt. *l. ſi quis argentum. §. 2. C. de donat.*

Non prohibens cùm ſcit, prohibere videtur. *l. 2. C. de ædif. privat.*

270. Non prohibita intelliguntur conceſſa *l. ſtatuas. C. de relig.*

Non ſcriptum & ſcriptum non ſemper opponitur. *l. nolumus. C. de teſtam.*

Non verbis, ſed rebus imponuntur leges. *l. 2. C. Com. de leg.*

Non quæritur in ſucceſſionibus cui acquiratur, ſed cui honor habitus ſit. *l. ſed et ſi. ff de leg. præſt.*

Non tantùm debet favori legatario, ut hæredis commoda defraudentur. *l. ſi duob. C. Com. de legat.*

Non debemus materiam peccandi malis moribus præſtare. *l. 1. ff. ad SC. Maced.*

Non

Non debet alii nocere, quod inter alios actum eſt. *l. quia. ff. de iureiur.*

Non dominus vendens duobus rem eandem in ſolidum, & tradens alteri, ſi poſtea dominus factus eſt, ei dominium acquirit. *l. quoties, C. de rei vend.*

Non dicitur conſentire contumax. *Sen. Pedem. deciſ. 10. num. 4.*

Non debent claudicare iudicia. *Idem. deciſ. 64. n. 4.*

280. Non exigitur corporis integritas, ſed mentis in iis, quæ animi iudicio geruntur. *Royz. deciſ. lit. 1. n. 249.*

Non ſemper id eſt dignius, quod eſt antiquius, *Idem deciſ. 3. n. 414.*

Non lege, ſed naturâ conſtat originis cauſa. *Ibid. n. 173.*

Non patitur æquitas, alterius iura lædi. *Afflict. Neapol. deciſ. 361. n. 37.*

Non valet conſuetudo ſuper uſuris. *Clem. 1. de uſur.*

Non inſpiciendum nomen contractûs, ſed rerum ſubſtantia. *Afflict. deciſ. Neapol. 80. n. 8.*

Non contrahit contractûs conditionem implens. *Bald. l. conditionib. ff. de cond. & dem.*

Non extenduntur correctiva. *Afflict. deciſ. Neap. 96. n. 11.*

Non inducitur diſpoſitione, quod in conditione apponitur. *l. ſi quis ſub conditione, ff. ſi quis omiſſ. cauſ.*

Non licet diſputare de factis regis. *gl. rub. C. de præpoſ. labor. lib. 12.*

290. Non intermedia, ſed extrema ſpectanda. *Afflict. deciſ. Neapol. 195. num. 5.*

Non habet in ſe in futuris facultas. *Inn. c. 1. de maior.*

Non ita de contiguo, ut de remoto iudicatur. *c. un. de conſecr. Eccl. lib. 6.*

Non debet quis facere in ſuo, quod nocet in alieno. *l. ult. in fi. ff. de ſervit.*

Non patitur horum temporum ſecta, alienis rebus contra domini volūtatē aliquid fieri vel paciſci. *l. fin. C. de pact.*

Non debet pater alienas ſucceſſiones ſuis anteponere. *l. cùm occultiſſimi. C. de fi. leicom.*

Non poſſunt diſiungi connexa, *Port. conſ. 47. num. 22.*

Non datur fallaciter accuſantibus abolitio accuſationis. *l. 3. C. de abolit.*

Non conceditur abolitio accuſanti ſincerâ mente, poſt reum incarceratum, niſi conſentiat impetranti. *ibid.*

Non conceditur abolitio calumniatori. *ibid.*

300. Non poteſt pêti abolitio in Maieſtate violatâ. *ibid.*

Non poteſt peti abolitio poſt quæſtionem teſtium. *ibid.*

Non poteſt accuſari abſens. *l. abſentem. C. de accuſ.*

Non poteſt accuſari abſens, ut poſſit in causâ procedi. *l. ſi quondam. C. ad l. Iul. de adult.*

Non poteſt de gravi crimine condemnari abſens, niſi citatus intra annum non comparaverit. *l. 1. C. de req. reis.*

Non defenditur abſens legitimè, qui defenditur per vxorem. *l. quia abſente. C. de procur.*

Non eſt abſens, qui per procuratorem comparet. *l. properandum § 2. C. de iud.*

Non poteſt repelli à poſſeſſione abſens, autoritate vel reſcripti vel interlocutoriæ, ſi citatus non ſit. *leg. 2. C. ſi per vim.*

Non cõſentiens videtur abſens. *l. 2. § pen. ff. de iur. codicill.*

Non poteſt abſens contumax appellare. *l. 1. C. quor. app. non recip.*

310. Non abſentia contumacis viciat iudicatum. *l. Ea que. C. quomod. & quand. iud.*

Non habetur abſens contumax, niſi eius abſentia ab adverſario præſente fuerit accuſata. *l. properandum. §. 2. C. de iud.*

Non excludit abſentia præſcriptionem 30. annorum. *l. 3. C. de præſcript. 30. vel 40. ann.*

Non nocet abſentia, ſi ignorantia facti alieni ſit. *l. quicumque. C qui admitt. ad bon. poſſeſſ.*

Non viciant abundantia, ſed viciantur. *l. 1. C. de except.*

Non poteſt fieri acceptilatio à Curarore vel procuratore ſine mandato. *l. & per iuſiurandum. §. tutor. ff. de acceptil.*

Non poteſt fieri ab abſente acceptilatio. *ibid.*

Non apparent accepta, niſi cum diei & Conſulis adiectione. *l. 1. §. 2. C. de Edend.*

Non

Non poteſt, nec debet mater oblivisci filii ſui. *c. ad Romanam. 2. q. 1.*

Non poteſt ſuum dicere, quem pereuntem contempſit. *l. 2. C. de infant. expoſ.*

320. Non officit gerendis negotiis ægritudo corporis. *l. 2. & 3. ff. de teſtam.*

Non eſt ignotũ, contrá iuris rigorem multa pro libertate conſtituta eſſe. *l. generaliter. § ſi quis tutorẽ. ff. de ſid. lib.*

Non debet eſſe melioris conditionis contumax, quam obediens. *c. contingit. de dol. & contum.*

Non niſi in pacis tempore bene colitur pacis autor. *c. 2. de ſepult. in Clem.*

Non trahitur ad opprobrium coactæ voluntatis, quod illicita neceſſitatis cõditio extorſit. *c. inter cætera. 22. q. 4.*

Non decipi nos, ſed beneficio iuvari oportet. *cap. un. de Commod.*

Non ſunt admittenda mala, ut inde eveniant bona. *c. forte. 14. q 5.*

Non eſt ſine culpâ, quod ignoſcitur, & non præcipitur. *c. nervi. in ſi. diſt. 13.*

Nondum natus renaſci nequit. *c. ſi baptizata. de conſecr. diſt. 4.*

Non poſſunt ab eo petere ſeparationem, qui iam eam elegerunt *l. 1. §. illud. ff. de ſeparat.*

330. Non patitur moram iudicium exhibitionis. *Spec. de appell. § 2. V. ſed nunquid in actione.*

Non debet occaſio dari oriundæ diſcordiæ inter fratres, *Sal. l. cùm oportet. C. de bon quæ lib.*

Non valet argumẽtum ab actu perfecto ad imperfectum, iure non ſupplente defectum. *Schurpf. conſ. 77. cent. 1.*

Non obedientem iudici in dolo eſſe certum eſt. *l. iniuriarum. §. is qui. ff. de iniur.*

Non debet contemptus iudicis remanere impunitus. *l. ſi familia. ff. de iur. om. iud.*

Non facienti iuſtitiam debet regnum auferri. *c. ſi de reb. (23. q. 7.*

Non pro ætate, ſed merito conferendæ ſunt Abbatiæ. *l. ſacris. C. de Epiſ. & cler.*

Non tàm antiquitate, quàm æſtimatione cenſendus eſt. *Abbas.Nov.conſt.123.cap.34.*

Non dicitur defendere, qui non uſque ad ſententiam defendit. *Port.conſ.187.num.6.*

Non eſt propriè debitor, qui in diem vel ſub conditione debet. *l.ſi ita ſcripſiſſet.ff.de leg.2.*

340. Non valent geſta ab illo, qui iuriſdictione caret. *l.1. § fin. ff.ad* SC.*Tertull.*

Non eſt ſumendum argumentum ab inſolitis. *l.2.ff.de Senat.Bal.c.cùm ex off.de off.del.*

Non poteſt DEO pinguior victima mactari, quàm homo ſceleratus. *Caſt.l.nemo.C.de Epiſc.aud.*

Non nocent notæ dilationes *l.2.C.de temp.appell.*

Non debet notoria negativa prodari. *DD.l. decem.ff. de V.O.*

Non debet citari fœmina nubens. *l.quæro.ff.de iu.dot.*

Non ſemper nocet formæ omiſſio. *c.ſtatutum.de reſcrip.*

Non eſt feneratio uſus nummi. *Royz.deciſ.lit,5.n.81.*

Non perditur feudum modicâ ingratitudine. *Vaſq.de ſucceſſ.reſolut.lib.1.§.7 n 53.*

Non nocet modica teſtium varietas. *ibid. num.49.*

350. Non præſumitur dolus in re modicâ. *ibid num.46.*

Non nocet modicæ ſolennitatis omiſſio. *ibid.num.57.*

Non pertinet collatio ad extraneos. *Vaſq.de ſucceſſ.reſolut. lib.2.§.19.n,28.*

Non pertinet collatio ad tranſverſales. *ibid.n.27.*

Non confertur donatio iurata. *ibid. num 35.*

Non poteſt quis ſe iuvare ex eo, quod niſus eſt impugnare. *c.ex eo.de reg.iur.lib.6 Schnepf conſ.37 n.1.cent.1.*

Non ſunt mutanda, quæ interpretationem certam ſemper habuerunt. *Schnepf.conſ.6,n.23 cent.3.*

Non includitur in diſpoſitione caſus omiſſus. *Mant. de coniect.ult.vol.lib.6.lit.14.n 3.*

Non ex opinione, ſed ex communi uſu nomina exaudiuntur. *l.Labeo ait.§.2.ff.de ſupell.leg.*

Non debemus illius opprobrium diſſimulare, qui probra noſtra delevit. *Coler.deciſ.Germani.172.n.4.*

360. Non

360. Non pertinent ad culturam, quæ fiunt ornatûs cauſâ. *l. cùm quæreretur. §. fin. ff. de leg. 3.*

Non dicitur eſſe dubium de illo, de quo eſt regula. *Schnepf. conſ. 26. n. 5. cent. 3.*

Non ſufficit bene velle, niſi quis ſtudeat etiam benefacere. *Præpoſ. Mediol. c. non ſatis. n. 1. diſt. 86.*

Non includit deciſionem audientia cauſæ. *Id. c. de perſona. 2. quæſt. 1.*

Non debet cui, quod plus eſt, licet, quod minus eſt, non licere. *l. non debet. ff. de reg. iur.*

Non fraudulenti conſilii nulla obligatio eſt, *l. conſ. ff. eod.*

Non præbet alterius circumventio alteri actionem. *l. alterius. ff. eod.*

Non videtur defendere, non tantùm qui latitat ſed qui præſens negat ſe defendere, aut non vult ſuſcipere actionem. *l. non videtur. ff. eod.*

Non videtur quiſquam id capere, quod ei neceſſe eſt alii reſtituere. *l. non videtur quiſquàm. ff. eod.*

Non debet alteri per alterum iniqua conditio inferri. *l. non debet. eod.*

370. Non fraudantur creditores, cùm quid non acquiritur à debitore, ſed cùm quid de bonis diminuitur. *l. non fraudantur. ff. de reg. iur.*

Non videtur perfectè cuiuſque id eſſe, quod ex causâ auferri poteſt. *l. non videtur. ff. eod.*

Non omne, quod licet, honeſtum eſt. *l. non omne. ff. eod.*

Non videtur vim facere, qui ſuo iure utitur, & ordinariâ actione experitur. *l. non videtur. ff. eod.*

Non alienat qui tantùm amittit poſſeſſionem. *l. item. §. poteſt. ff. de alien. iud. mut. conſ.*

Non poteſt ex uno iudicio res iudicata in partem valere, in partem non. *l. in hoc iudicio. ff. fam. herc.*

Non ſunt reſuſcitanda, quæ iudiciali ſententiâ finita ſunt. *l. 2. §. quæ enim. C. de vet. iur. enucl.*

Non poteſt fideicōmittere, qui teſtari nequit. *l. 1. ff. de leg. 1.*

Non eſt æquum, invitum ſine precio res ſuas vendere. *l. non enim. ff. de act. rer. amot.*

Non

Non admittitur concurſus inſtituti & ſubſtituti. *l.cùm in teſtamento.ff.de hær.inſtit.*

380. Non iure facta à Principe confirmari poſſunt. *l.adoptio ff.de adopt.*

Non debet lucrum ſentire, qui fraudis particeps eſt. *l.pollicitatione.C.de don.ant.nupt.*

Non valet pactum, quo deterior conditio mulieris reddatur in dote. *l.de die.ff.de pact.dotal.*

Non aboletur turpitudo, quæ poſtea intermiſſa eſt. *l.palam.ff.de rit.nupt.*

Non debet retorqueri ad eorum læſionem, quod favore quorundam conſtitutum eſt. *l.quod favore.C.de LL.*

Non videtur circumſcriptus minor, qui iure ſit uſus communi. *l fin.C.de in int.reſt.*

Non eſt novum, ut duæ obligationes in eiuſdem perſonâ de eadem re concurrant. *l.non eſt novum.ff.de act.Emp.*

Non refert, à quo ſit impetratum, dummodo conceſſum ſit à Principe. *l.6.C.de precib.Imp.offer.*

Non probatum vel non allegatũ in causâ principali poteſt allegari & probari in causa appell. *l.eos.C.de temp.app.*

Non gaudet artis privilegiis, qui receptus in numerum artificum artem non exercet. *Gail.lib.2.obſ.118.n.10.*

390. Non ad vindictam, ſed ſui defenſionem facere præſumitur aggreſſus. *Gail.ibid.obſ.110.n.11.*

Non dicitur attentare, qui ius ſuum proſequitur. *Gail.lib. 1.obſ 147.n.1.*

Non eſt calamitas addenda calamitati. *Ibid.obſ.18.n.5.*

Non debet per indirectum admitti, quod directò non licet. *Anth.Quett.conſ.43.n.5.*

Non appellatur à Camerâ ad Cæſarem. *Gilhauſ.de arb.iudic.part.1.cap.*1.*§.1.n.26.*

Non exhibito Originali non probat exemplum. *gl. & DD.c.pen.in fi.ext. de fid.inſtrum.*

Non dicitur contumax conſentire. *Sen.Pedem.dec.*10.*n.4.*

Non videtur eſſe, quod parum durat. *Idem deciſ.71.n.52.*

Non poteſt exerceri iuriſdictio in non ſubditum. *Gram. deciſ.Neap.61.n.7.*

Non

Non poteſt dici longum intervallum dies una. *Id. deciſ. 76. num. 6.*

400. Non ad vindictam, ſed ad tutelam debet fieri defenſio. *Viv. com. opin. 85. n. 8.*

Non debent inde exoriri iniuriæ, unde iura naſcuntur. *Bellamer. deciſ. 743. n. 8.*

Non poteſt gravari, cui nihil relictum fuit. *Bar. l. cùm tale. §. fin. ff. de cond. & dem.*

Non poteſt agi ante diem. *Corraſ. l. in illa. n. 6. ff. de V. O.*

Non dicitur deſiiſſe poſſidere, qui recuperare poteſt, aliquo remedio. *Port. l. ſtipulatio. ff. de V. O.*

Non ſufficit abſtinere à malo, niſi fiat, quod bonum eſt. *ibid. Card. clem. fin. §. 1. de pœn.*

Non producta non concludunt iudici. *Bald. l. fin. q. 5. C. de Edict. D. Adr. toll.*

Non ſolviſſe dicitur, qui interpellatus non ſolvit. *Bald. l. pen. col. 9. C. de cond. inſer.*

Non imputatur ei, ſi facit id, à quo nominatur. *Spec. de ſer. §. fin.*

Non refert, quomodo fiat, dummodò fiat, *l. cùm ſervus. ff. de V. O.*

410. Non eſt uſusfructus feudum, ſed ius amplius. *Zaſ. conſ. 12. n. 29. Vol. 1.*

Non continetur appellatione bonorum feudum. *Tiraq. lib. 1. retract. §. 1. gl. 3. n. 10. & 13.*

Non continetur feudum in generali alienatione. *c. ſi vaſallus. §. in generali. ſi de feud. def. cont.*

Non continetur feudum in generali diſpoſitione, niſi ſpecialiter comprehendatur. *Tiraq. ut 5. n. 3.*

Non venit feudum in reſtitutione fideicommiſſi generalis. *Bar. & DD. l. ſi patroni. ff. ad Treb.*

Non computatur filio feudum in legitimam. *Sonſbec. in uſib. feud. part. 13. n. 156.*

Non poteſt dominus invito vaſallo ius ſuum ad alium transferre *c. ex eadem lege. de l. Corrad.*

Non eſt feudum inter coheredes dividendum. *c. Imperialem. §. præterea. de prob. al. feud. pro Fed.*

Non

Non niſi per pares Curiæ vel breve teſtatum probatur Inveſtitura. *c. 1. de content. int. dom. & fid.*

Non probatur Inveſtitura per fœminas teſtes. *cap. un. qui teſt ſint neceſſ. ad nov. inveſt. prob.*

420. Non tranſit ad dominum cum feudo Iuriſdictio, quam vaſallus acquiſivit. *Clar. § feudum. quæſt. 88. V. ſed pone.*

Non eſt idem ſæpius repetendum. *c. in Geneſ. Ext. de Elect.*

Non eſt deterioranda creditoris conditio. *Zaſ. l. ait prator. n. 3. ff. de priv. cred.*

Non implet formam æquipollens. *Corraſ. l. ſtipulatio. n. 5. ff. de V. O.*

Non differendarum litium causâ, ſed tollendarum ad iudicem itur. *l. quamvis. ff. de recep. arb.*

Non poteſt quis ad pœnam perſonalem ſe obligare. *l. liber homo. ff. ad l. Aquil.*

Non omnis vox iudicis iudicati continet autoritatem. *Schenk Baro à Tautenb. de ſent. & re iud.*

Non debemus opprobrium illius diſſimulare, qui probra noſtra delevit. *c. in nonnullis. Ex. de Iud.*

Non tollitur lex per ſimplicem non uſum. *Anguſol. conſ. 40. n. 16. lib 2.*

Non facit immunitas domini immunem colonum. *Idem conſ 21. num. 5. lib. 7.*

430. Non valet appellatio ab eadem ad eundem. *Gozadin. conſ 59. num. 29.*

Non dicitur quis talis, quouſque non pronunciatus eſt talis, *Marſil. conſ 52. n. 17.*

Non debet iuſtitia eſſe venalis. *Marſil. ſing. 190.*

Non poteſt aliquid boni generari ex infectâ radice. *Aſſſ. deciſ. 18. n. 34.*

Non poteſt quis ſe iuvare ex poſitione, quam negavit. *Idem deciſ. 19 n. 29.*

Non venit appellatione frumenti hordeum. *l. modios. C. de ſuſcept. & arc. lib. 10.*

Non ſolùm parentibus ſed & patriæ naſcimur. *l. 1. §. & generaliter. ff. de vent. in poſſ. mitt.*

Non

Non omni,qui loquitur,credendum eſt. *Maſcard.de prob. vol.2. concluſ.628.n.5.*

Non ad teſtem,ſed ad iudicem ſpectat iudicare. *Idem.concluſ.656.n.3. vol.2.*

Non eſt in culpâ,qui facit id,quod ſolitum eſt fieri. *Idem vol.2.concl.815.n.41.*

440. Non eſt facienda mentio de qualitatibus quæ de iure inſunt. *Fel.c.cum noſtra.n.14.de reſcript.*

Non dirimuntur cauſę criminales iuramento partis. *Idem vol.2.concl.864.n.22.*

Non eſt in vicinos oſtendenda armorum atrocitas, ſed in hoſtes. *l.fin.C.de loc.& cond.*

Non eſt facienda vis in verbis,ſed in ratione. *Ceph. conſ.15. num. 8.*

Non videtur abeſſe,qui ab hoſtibus captus eſt. *l.abſentem. ff.de V.ſignif.*

Non cognoſcitur homo ex auditu vocis. *Bar. tract. teſt. num. 22.*

Non creditur iudici,niſi quatenus per legitima documenta conſtat. *Ang.Peruſ.de teſtib.n.20.*

Non publicatæ atteſtationem non faciunt fidem. *Nell.de S.Gemin.de teſtib.n.81.*

Non facit fidem dictum teſtis extra iudicium. *Tyndar.de teſtib lib.2.cap.2.n.ult.*

Non attenditur confeſſio, quando non eſt veriſimilis. *Bal.l.ſi quis in hoc genus.C.de Epiſc.& cler.*

450. Non poteſt confeſſio geminata revocari prætextu erroris vel falſitatis. *Fr. Tert. Cremenſ. conſ. 19. num. 66. V.1.*

Non tranſit ad hæredes,nec nocet ficta defuncti confeſſio. *Turʒan.com opin.177.per tot.*

Non eſt neceſſe appellare ab iniuſtâ confiſcatione. *Bertaʒol.conſult.deciſiv.lib.1.conſ.82. n.13.*

Non niſi ex cauſâ imputatur dos ſocietati. *Alc.conſ. 143. num.1.& 3.*

Non ſuſtinetur obligatio defuncto facta per hæredis repræſentationem. *Loriot.l.fin.n.16.ff.ſi cert.pet.*

Non

Digitized by Google

Non eſt audiendum deſiderium cum rationibus iuris non congruens. *l. deſiderium. C. depoſ.*

Non nocet domino deſidia coloni. *l. ex libris. C. de acq. poſſ.*

Non debet diligens dolere operam ſuam bene collocatam. *l. 3. C. de alluv.*

Non tenentur exteri legibus civilibus. *l. Manichæi. C. de hæret. & Manich.*

Non faciens facienda facit contra officium. *l. ſi ex precio. C. ſi cert. pet.*

460. Non poteſt aër, qui communis eſt, impediri. *l. iniuriarum. §. fin. ff. ne quid in loc. publ.*

Non eſt bannito ſerviendum. *Roſenthal. de feud. cap. 8. concl. 48.*

Non debet admonitio & fulminatio ſimul concurrere. *Phil. Franc. c. Romana n. 2. de ſent. excom. lib. 6.*

Non ſunt temerè aut ſine causâ dandæ dilationes. *l. 1. C. de dilat.*

Non ſolitæ clauſulæ arguunt dolum. *gl. l. ſi quis ſub conditione. ff. de cond. inſtit.*

Non appellat confeſſus. *Coler. de proceſſ. execut. part. 4. cap. 2. n. 22.*

Non licet criminoſo accuſare criminoſum. *c. iudicet. 3. q. 6. c. nihil iniquius. 32. q. 6.*

Non relatione criminum, ſed innocentiâ purgatur reus. *l. neganda. C. qui accuſ. non poſſ. c. negata. 3. q. 11.*

Non dicitur quis ante lit. cont. petiiſſe, ſed petere voluiſſe. *l. amplius. ff. rem rat. hab.*

Non currit inſtantia cauſæ coram Principe. *Menoch. de arb. iud. quæſt. lib. 1. q. 8. n. 22.*

470. Non infamat pœna inſolita. *ibid. q. 71. n. 2.*

Non poteſt decretum alternativè interponi. *ibid. lib. 2. caſ. 121. n. 18.*

Non nolle eſt pati, & non contradicere. *ibid. caſu. 496. num. ult.*

Non ſunt in conſideratione invalida. *Marſil. conſil. 49. num. 2.*

Non accreſcit inutile utili. *Vult. Inſt. lib. 3. tit. 20. §. 3. nu. 8.*

Non

Digitized by Google

Non confirmatur ex eventu ab initio actio inutilis. *l.2.§.2.ff.quod iuſſu.*

Non poteſt pignorare actor rem inviti domini. *l. nexum. C.ſi al.res pig.dat.*

Non poteſt actus conſtitui,per agrum alienum invito domino.*l per agrum.C.de ſervit.*

Non eſt veriſimile diligentem facile errare. *l.cùm de indebito ff.de probat.*

Non eſt tributis oneranda agricolæ diligentia. *leg.3.C.de alluv.*

480. Non videtur teſtator magis diligere ſubſtitutum, quàm inſtitutum. *l.Publius.§.1.ff.de cond.& dem.*

Non ſunt protrahendæ diſceptationes,ſed diminuendæ.*l.1.C.de conſort.eiuſd.lib.*

Non videtur abſens diſciplinæ causâ aliò miſſus. *l.Seia.§.Pamphila.ff.de inſtr.vel inſt.leg.*

Non nocent diſcordes concordibus. auth.præterea: *c. de natur. liber.*

Non tenetur doloſus,doloſo.*l.ſi duo.ff.de dol mal.*

Non habere domicilium eſt difficile, *l. poteſt autem.§.2.ff. de leg.1.*

Non habens dominium rei non poteſt tradendo eam alienare.*l.4.C.de uſufr.& habit.*

Non eſt neceſſe ab Electione invalidâ appellare. *l. nominationes.C.de appell.*

Non licet in Eccleſiis exclamare. *l. denunciamus. C.de his qui ad Eccleſ.confug.*

Non ſunt reducenda bene excluſa.*Nov.89.c.11.§.2.*

490. Non debet fieri excommunicatio, niſi magnis de cauſis.*l.Epiſcopus.C.de Epiſc.& cler.*

Non eſt puniendus,qui nil commiſit. *tot.tit.ff.de pœn.l.ſpurii.ff.de decur.*

Non intereſt, utrum in corpore totum quæratur, an in quantitate vel iure.*l.ſi quis.ff.de Excep.rei iud.*

Non omnia videntur admiſſa, niſi inveniantur prohibita.*l.nec non.ff.ex quib.cauſ.maior.*

Non quicquid iudicis poteſtati committitur, eius neceſſitati ſubiicitur. *l. non quicquid ff. de iud.*

Non eſt liberum iudicare de legibus, ſed oportet iudicare ſecundum eas. *c. erit. a. diſt* 4.

Non ſunt mutandæ aut diſtinguendæ leges à privatis, vel iis, quibus legum ferendarum poteſtas non eſt. *c. ne innitaris. de conſtit.*

Non omnia crimina eâdem pœnâ punienda ſunt. *de pœnit. diſt* 1. *l.* 9. *ff de pœn.*

Non cenſetur factum, quod non durat. *l. nam etſi. §.* 1 *ff. de inoff. teſt.*

Non expectatur id, cuius eventus nil operatur. *l. cùm hæres. §.* 1. *ff. de acq. hær.*

500. Non ex verbis, ſed ex mente certiſſima ſcientia comparatur. *l. ſcire leges. ff. de LL.*

Non debent multa ſpecialia circa idem concurrere. *l.* 1. *C. de dot. promiſſ.*

Non ſolùm in quantitate, ſed etiam in tempore plus aut minus intelligendum eſt. *Theoph. inſt. lib.* 3. *tit.* 20. *§ pen.*

Non omnis debiti ſolutio valida & utilis eſt per ſe, niſi ſecundùm iura fiat. *Theoph. lib.* 3 *tit.* 13 *§. ult.*

Non præſumitur malum conſilium dari, ſed bonum. *leg. quo. §. qui dolo. ff. de probat.*

Non entis nullæ ſunt qualitates, nec differentiæ. *Alex. l. eius qui in provinciâ. ff. de reb. cred.*

Non debent calumniari verba, ſed animadverti, qua mente dicantur. *l. pen. ff. ad exhib.*

Non eſt novum in iure, ut unum & idem nomen deſerviat generi & ſpeciei. *l.* 1. *ff. de adopt.*

Non cenſetur quis, alienam familiam propriæ prætuliſſe. *l. cùm acutiſſimi. C. de fideicom.*

Non contractibus ſed traditionibus transfertur dominium *l. qui tibi. C. de iis, qui à non dom.*

510. Non debet calamitas matris nocere ei, qui eſt in utero. *§. ſufficit. Inſt. de ingen.*

Non

Non debet cuiquàm hominum ius ſuum detrahi. *l. in rē mandata. C.mand.*

Non verbis, ſed voluntatibus defunctorum favendum. *§. legatum.Inſt.de legat.*

Non poteſt argumentum ſumi à dominio ad poſſeſſionem, cùm nihil commune habeat. *l.naturaliter.§.nihil commune.ff.de acq poſſ.*

Non eſt veriſimile, quòd quis iactet res ſuas. *l. cùm de indebito.ff.de probat.*

Non præſumitur, patrem velle decipere filios ſuos. *l.pen. §.de uno.ff.de rit.nupt.*

Non debemus eſſe clementiores lege. *l.ſi hominem.ff.depoſ. c.non ſatis.86.diſt.*

Non ad diſtractum, ſed ad implementum contractûs eſt agendum. *l.eâ conditione.C.de reſcind.vend.*

Non eſt noſtrum, legem generalem reſtringere, niſi lex alia reſtringens proferatur. *Cravett.conſ 511.n.11.*

Non auditur volens perire. *l. 1. §. ſi quis ultrò. ff. de quaſt.*

520. Non tibi ius deficit, ſed probatio iuris. *l duo ſunt Titii.ff.de teſt.tut.*

Non videntur data, quæ ita dantur, ut accipientis non fiant. *l.non videntur.ff.de reg.iur.*

Non debet in facinoribus ſervus dicto domini obediens eſſe. *l.ſi mulier.§ ff.de act.rer.amot.*

Non conſenſus eos ad ſocietatem coniungit, ſed dos. *l.hæredes.§.eadem ſunt.ff.fam.herc.*

Non eſt in morâ is, à quo pecunia propter exceptionem peti nequit. *l.lecta.§.fin.ff ſi cert.pet.*

Non dicitur ſine liberis deceſſiſſe, qui filias reliquit. *l.1.C. de cond.inſer.*

Non purificatâ conditione non eſt locus ſubſtitutioni. *l. legata.ff. de cond.& dem.*

Non debet aliquis impugnare eum, quem tenetur defendere. *l.vendicantem.ff.de Evict.*

Non videtur moram facere, qui iudicium accipere paratus eſt. *l.paratum.ff.de uſur.*

Non teneri ex eo, quod ſcriptum eſt, colligendum id, quod non ſcriptum eſt. *Beuſt. de matr. cap. 81, alleg. Baſil.*

530. Non ipſa ſervitus, ſed prædium, cui debetur, obſervari ſolet. *l. 1. ff. de ſerv. ruſt. præd.*

Non locus, ſed materia facit prædium ruſticum vel urbanum. *l. locus ff. de V. ſig.*

Non verbis, ſed voluntatibus teſtantium favent legumlatores. *§. noſtra a. Inſt. de leg.*

Non debet quis id, quod ignorans facit, affirmare. *l. Iulianus ff. de act. empt.*

Non ſolùm ratio tuendæ dignitàtis, ſed & decoris habenda eſt. *l. 1. ff. de poſtul.*

Non probris, ſed rationibus certandum eſt. *l. quisquis. ff. eod.*

Non curamus de modo, quando habemus effectum. *leg. conſtitutum. ff. ad municip.*

Non in multitudine ſermonis, ſed in ponderoſitate verborum & ſententiarum vis ac virtus facundiæ conſiſtit. *l. tantùm. C. de vet. iur. enucl.*

Non eſt melior demonſtratio, quàm ad oculum. *l. ſi irruptione ff. fin. reg.*

Non eſt conſtantis iudicis, pro modico motum animi ſui detegere. *l. iubemus. C. de ædil. act.*

540. Non ſunt ignota novercalia delinimenta, & perfidia matrum in liberos propter novos maritos. *l. non eſt. ff. de inoff. teſt.*

Non eſt novum, quòd ex ſequentibus præcedentia declarentur & reſtringantur. *Abb. conſ. 37. vol. 1.*

Non eſt ferendus, qui rem claram controvertere pergit. *l. quicquid. ff. de V. O.*

Non ſemper narranda ſunt, quæ omitti poterant. *l. ampliorem. C. de appell.*

Non debet fieri per plura, quod poteſt fieri per pauciora. *ib.*

Non eſt quærere rationem eorum, quæ ſenſu patent. *Bal. l. teſtium. C. de teſt. Ang. conſ. 276. col. ult.*

Non ſunt mutanda, quæ certam interpretationem ſemper habuerunt. *l. minimè ff. de LL.*

Non

Digitized by Google

Non ſufficit quid ſciri à parte, niſi etiam conſtet iudici. *Dec.conſ.295.num.8.*

Non omnia, quæ prohibentur, habent pœnam conſtitutam. *l.at ſi quis.§.Divus.ff.de relig.*

Non ſolent nova vectigalia inſtitui inconſultis Principib. *l.non ſolent. C.vectig nov.inſtit.*

550. Non ſufficit dicere, niſi probes. *l. qui accuſare. C.de Edend.c.plerumq.2.q.7.*

Non ſatis eſt allegare, ſed probare quæque neceſſe eſt. *gl.l.4 in pr.ff.de vi bon.rapt.*

Non verbis, ſed ſenſibus legem imponimus. *l.1. C. Com. de leg.*

Non omne conſuetum ſtatum pro iure habendum. *leg. quod non ratione.ff.de LL.c.veritate.8.diſt.*

Non de iure, ſed de eius obligatione diſceptandum. *Lag. method.iur.civ.part.1.cap.7.n.8.*

Non eſt neceſſarium officium iudicis, ubi lex producit ipſa effectum. *l.minorib.C.in quib.cauſ.*

Non quod ab initio fit, ſed an cum effectu fiat, inſpiciendum eſt. *l.3.C.de Inſtit.*

Non competit omnibus quæ ſub definito continentur. *l.1.§.dolum.ff.de dol.mal.*

Non iiſdem rebus ubique pietas læditur. *Bologn.de LL.& æq.cap.26.num.6.*

Non ſeveritati, ſed ſtricto iuri æquitas opponitur. *l.placuit. C.de iud.*

560. Non facile deferendum eſt iuramentum. *cap.ille qui hominem.22.q.5.*

Non valet pactum, de re meâ non alienandâ. *l. nemo.ff.de pact.*

Non eſt rationabile, nolentibus dominis nos in alienis agris aucupari. *l.divus.ff.de ſerv.ruſt.præd.*

Non utens privilegio, per decennium illud amittit. *l.1.ff. de nund.*

Non ſubvenitur ei, qui ſe in neceſſitate poſuit. *l.ſi mulier. ff.quod mit.caut.*

Non debet quis poſtulare, cuius contrarium non eſſet poſtulaturus. *l.pen.C.de ſolut.*

Digitized by Google

Non poteſt nolle, qui non poteſt velle. *l. pater Severinam. ff de cond. & demonſt*

Non eſt veriſimile, quòd quis incontinenti voluerit ſe corrigere. *l. non ad ea. ff. eod.*

Non quicquid iudicis poteſtati permittitur, iuris neceſſitati ſubiicitur. *l non quicquid. ff. de iud.*

Non debet aſſumi in magiſtrum, qui priùs non fuit aſſumptus in diſcipulū. *c. cùm in magiſtrum. Ext. de Elect.*

570. Non coinquinatur corpus, niſi de conſenſu mentis, *l. ſi uxor. § ſi quis planè ff ad l. Iul. de adult.*

Non ſolet exceptio doli nocere his, quibus voluntas teſtatoris non refragatur. *l. non ſolet. ff. de reg. iur.*

Non poteſt lucrum cum damno compenſari, niſi utrumque ſit acceptū. *Muda. l. ſi duorum. n. 19 ff de act. Empt.*

Non cenſetur factum, quod non durat. *l. nam et ſi. §. 1. ff. de inoff. teſt.*

Non iudicatur idem de numero, quod de principio numeri. *DD. l. 2. §. mutui datio. ff. ſi cert. pet.*

Non debet quis repetere id, quod dare tenetur. *leg. 1. ff. de compenſ.*

Non dicitur propriè feciſſe, qui per alium facit. *l. 1. §. deieciſſe. ff. de vi & vi arm.*

Non poteſt eſſe in lege, quin ratio inveniatur. *Auth. Maſſa lib. de Exercit. Iuriſprud. n. 45.*

Non eſt dolus ignorare leges. *Alciat. de præſump. reg. 3.*

Non exiſtentia rectè in ſtipulatione poſſunt deduci. *l. interdum. ff. de V. O.*

580. Non eſt uni indulgendum, quod alteri noceat. *Bolognet. de LL. & æquit. cap. 34. n. 13.*

Non eſt aliquid rapiendum divitibus ut egenis detur. *cap. forte. 14. q 5.*

Non ſolùm à malo, ſed ab omni ſpecie mali eſt abſtinendum. *c. audivimus. Ext. de Simon.*

Non urbium claritas, ſed fidei puritas aliquem commendat. *c. nos qui. diſt. 40.*

Non generis dignitas, ſed morum nobilitas aliquem commendat. *ibid.*

Non

Non omnis, qui ignorat, immunis eſt à pœnâ. *cap. fin. diſt. 37.*

Non debet percipere beneficium, qui negligit officium. *c. diverſis Ext. de cler. coniug.*

Non locus conſuetudinem, ſed conſuetudo locum commendat. *c. novit. Ext. de conſuet.*

Non ſuperædificatur opus bonum, ubi Chriſtus non eſt fundamentum. *c. cùm Paulus. 1. q. 1.*

Non conſuetudinem hominum, ſed veritatem ipſam ſequi oportet. *c. ſi ſolus. diſt 8.*

590. Non iure divino, ſed humano rerum dominia ſunt diſtincta. *c. quo iure. diſt.* 8.

Non poteſt quis de una eademque re ſub pluribus iudicibus conveniri. *c. ſuper literis. Ex. de reſcript.*

Non eſt ſequenda cuiuſque immoderata luxuria. *leg. ex damno. ff. de dam infect.*

Non debemus inſpicere tantùm, quid factum ſit, ſed quid ſit faciendum. *c. cùm cauſam. de Elect.*

Non contemnit diſciplinam militarem, qui ignoravit militem, nec Eccleſiaſticam, qui ignoravit clericum. *l. ſi ignorans. ff Loc.*

Non omnes per omnia, ſed certi per certa perfectiores vel deteriores ſunt. *l. 2. C. de vet. iu. enucl.*

Non debet quis facile aſſerere, quod ignorat. *l. Iulianus. ff. de act. empt.*

Non eſt veriſimile, quemquàm in ſuum nomen erraſſe. *l. fin. C. de hær. inſtit.*

Non poteſt quis continuare honores. *l. nemo. C. de Aſſeſſ.*

Non debet quis commodum ex eo, quod impugnavit. *l. Papinianus. §. meminiſſe. ff. de inoff. teſt.*

600. Non minùs ardebunt, qui cum multis ardebunt. *c. multi. in fi. 2. q. 1.*

Non prodeſt ſuo errore non pollui, qui alieno conſentit. *c. quid enim. 83. diſt.*

Non ſatis eſt bene velle, ſed bene facere. *c. non ſatis. 86. diſt.*

Non eſt maius per Evangelium, quàm per DEUM iurare. *c. ſi aliqua cauſa. 21. q. 1.*

Digitized by Google

Non eſt mentiri, dicere falſum, quod putat verum. *c. is autem. 1. q. 2.*

Non omne mēdacium æquè peccatum eſt. *c. mihi a. 2. q. 2.*

Non habet quis per alium, quod per ſe habere non poteſt. *Bar l. hereditaria. ff de furt.*

Non eſt aliquo modo quilibet decipiendus. *c. nec artificioſo. 21. q. 2.*

Non reputantur mendacia, quæ ioco dicuntur. *c. quod autem ait. 21. q. 2.*

Non videtur poſſidere, qui ſe ignorat poſſidere. *l. ſi ad dominum. ff. de furt.*

610\. Non omnia promiſſa ſunt ſolvenda. *c. non ſemper. 22. q. 4.*

Non ſunt immunes à ſcelere, qui liberant eos, quos poſſunt à facto liberare. *c. oſtendit. 23. q. 3.*

Non te maculat malus, ſi ei nō conſentis. *c. à malis. 23. q. 4.*

Non eſt ceſſandum à correctione. *c. ſicut. 23. q. 4.*

Non ſemper in eos, qui peccant, vindicta eſt exercenda. *c. ipſa pietas. 23. q. 4.*

Non debemus in malâ causâ pauperis miſereri. *c. ne amiſſo. 23. q. 4.*

Non eſt crudelis, qui crudelem iugulat. *c. non eſt crudelis. 23 quæſt. 5.*

Non ſunt martyres, qui ſibi collum ligaverunt. *c. tu dixiſti. 23 q 5.*

Non effundit ſanguinem, qui homicidas & ſacrilegos punit. *23. q. 5 c. homicidas.*

Non à cibis, ſed ab iniquitatibus abſtinere generale eſt ieiunium. *c. ieiunium. diſt 5 de conſecr.*

620\. Non ſufficit ab initio intereſſe, quando ex poſt facto deſinit. *l. fin. §. 1. ff. ad l. Rhod. de iact.*

Non eſt in morâ, qui ad iudicium provocat. *gl. l. qui ſolutioni. ff. de uſucap.*

Non poſſidetur, ergò non præſcribitur. *Caſar. Lambert. de iur. patron. lib. 1 part. 2. q. 11. n. 2.*

Non omnia poſſumus omnes. *Id. ibid. q. 1. art. 17. n. 15.*

Non natus non poteſt deficere. *Burſat. conſ. 19. n. 15. vol. 1.*

Digitized by Google

Non alienat, qui tantùm amittit poſſeſſionem. *l. Item. §. poteſt. ff. de alien. iud mut. cauſ. fact.*

Non minùs peccat, qui illicitè docet, quàm qui addiſcit. *l. 2. C. de hæred.*

Non videtur res reddita, quæ deterior fuit reddita. *l. 3. §. fin. ff. Commod.*

Non eſt ſtandum omninò præſumptioni. *gl. l. res hæreditarias. ff. de crim. expil. hæred.*

Non faciũt molles ad fera bella manus. *gl. l. 3. C. de Except.*

630. Non debet immutari ius obligationis ex perſonâ hæredum. *l. 2. §. ex his igitur. ff. de V. O.*

Non deſinit eſſe, quod nunquàm fuit. *l. Titio. ff. de cond. & dem.*

Non meritis hominum, ſed virtute Spiritûs ſancti remittuntur peccata *c. ut evidenter. 1. q. 1.*

Non eſt ferenda ſententia in abſentem *c. abſens. 3. q. 9.*

Non odio habetur, ſed diligitur, qui caſtigatur. *c. non oſculatur. 5. q. 5.*

Non præſumitur, quòd vir probatę vitæ faciat aliquid deteſtatione dignum. *Hoſt. c. finem. de dol.*

Non eſt defendendus, qui viventis locum invadit. *cap. non furem. 7. q. 1.*

Non ſunt audiendi, qui contra DEVM aliquid iubent. *c. Iulianus. 11. q. 3.*

Non ſunt peccata nolentium, niſi neſcientium. *c. meritò. 15. q. 1.*

Non competit omnibus quod uni ſigillatim conceditur. *c. hinc eſt. 16. q. 1.*

640. Non eſt peccatum verum iurare in neceſſariis. *c. ut noveritis. 21. q. 1.*

Non eſt dare honorem ſine onere. *§. ſed & quod. Inſt. de iur. nat. gent. & civ.*

Non poſſum alienare, quod meum nõ eſt. *l. Eius. ff. ſi cert. (pet.*

Non refert, an quis voluntatem ſuam declaret verbis an rebus ipſis vel factis *l. de quib. ff. de LL.*

Non refert, an aliquid non fiat, vel non bene fiat; *l. quoties. ff. qui ſat. cog.*

Digitized by Google

Non videor amittere, quod habeo, quod tamen non credo me habere. *l. mater decedens. ff. de inoff test.*

Non poteſt nolenti acquiri liberalitas. *l. hoc iure. § non poteſt. ff de donat.*

Non videtur perfecta mortis causâ donatio, antequàm mors ſequatur. *l. non videtur. ff. de mort. cauſ. donat.*

Non debet pœna diſtrahere coniugia. *§ quod autem. Authent de nupt.*

Non oportet calumniâ facultatem ex Principali maieſtate capi. *l. Imperatorem ff. de har. inſtit.*

650. Non contradicens in iudicio videtur conſentire. *l. cùm oſtendimus. § fideiuſſores. ff. de fideiuſſ.*

Non tam abſentium, quàm præſentium negotia geruntur. *l. 1. ff de neg geſt.*

Non omne, quod differendi causâ optimâ ratione fit, moræ eſt annumerandum. *l ſciendum. ff de uſur.*

Non plus eſt in promiſſione bonorum, quàm quod deducto ære alieno ſupereſt. *l. mulier ff. de iur dot.*

Non precii numeratio, ſed conventio perficit ſine ſcriptis habitum emptionem. *l. inter patrem ff. de cont. empt.*

Non videtur in iudicem conſenſiſſe, qui edi ſibi genus actionis deſiderat apud eundem iudicem. *l. non videtur. ff. de iud.*

Non intelligitur traditum, quod iure poteſt revocari. *l. ratio. in pr. ff. de act empt.*

Non debet certiorari, qui non ignoravit. *l. 1. ff. eod.*

Non eſt ludus, ex quo crimen oritur. *l. non ludus. ff. ad l. Aquil.*

Non eſt pax inter malos procuranda, ſed diviſio diſſenſio. *Oldr. conſ. 71.*

660. Non videtur eſſe factum, quod non eſt legitimè factum. *l. etiam omnes. C. de his, qui ven. at. impet.*

Non videtur rem perdidiſſe, qui ad eam poteſt reſtitui. *l. nemo. ff. de reſt. in int.*

Non eſt in culpâ, ſi quis utatur re ad eum uſum, ad quem eſt deſtinata. *l. non quicquid. ff. de iud.*

Non debet quis attentare id, quod eſt inſufficiens. *Bald. l. idem iuris eſt. § mulionem. ff. ad l. Aquil.*

Non

Non videtur reſpondere, qui ad interrogata non reſpondet. *Bar. l. de ætate. § quod a. ff. de interrog. act.*

Non cogitur quis iurare, ubi non poteſt conveniri. *Bart. l. tutor. §. qui non compelluntur. ff. de iureiur.*

Non licet appellare à iudicibus quos partes inter ſe elegerint. *c. à iudicib. 2. q. 6.*

Non omne delictum inducit ſeparationem matrimonii. *Abb. c. 2. de divort.*

Non facta latent, facta patent. *Abb cap. ipſi ſacerdotes. de præbend.*

Non nocet dictum, ſi non eſt permiſſum. *l. ſciendum. §. dictum. ff. de ædil. Edict.*

670. Non dicitur ius alicui quæſitum, ſi eſt revocabile. *l. non quacumq. in pr. ff. de leg. 1.*

Non notificare notificanda dolus eſt. *l. idemq. §. ſi ignoranter. ff. mand.*

Non eſt veriſimile, teſtatorem voluiſſe hæredem gravare duplici præſtatione. *Bar. l. uxorem. ff. de leg. 3.*

Non valet pactum, quòd maritus non teneatur, de culpâ, ſed de caſu. *Bal. l. Pomponius. ff. de pact. dot.*

Non eſt virtus, quod ex neceſſitate fit. *de pœn. diſt. 2. §. Item opponitur.*

Non tantùm ſufficit, oculos caſtos cuſtodire, ſed etiam linguam. *c. ex merito. in fi. 6. q. 1.*

Non neceſſitas, ſed voluntas facit perſeverantiam. *c. quicquid. n. de conſecr. diſt. 5.*

Non eſt miſericors, qui vitiis nutriendis parcit. *c. qui vitiis. 23. q. 5.* (*Paulus. 22. q. 2.*

Non mentitur, qui animum fallendi non habet. *c. beatus*

Non eſt obediendum, quod contra DEUM præcipitur. *c. ſi is qui præeſt. 11. q. 3.*

680. Non eſt iuſtum, quod claudicat. *Bal. conſ. 18. vol. 1.*

Non præſumitur, Principem imponere pœnam non merenti. *l. ex facto. in pr. ff. de vulg. & pup.*

Non eſt omnis vox iudicis ſententia. *Aldobr. §. ſed & quod Principi. n. 2. Inſt. de iu. N. G & civ.*

Non apparens præſumitur non eſſe. *Anchar. conſ. 330. n. 13.*

Non

Non neceſſaria expreſſio, licet incepta, actum non viciat. *in pr. C. de rei uxor. act.*

Non eſt inconveniens, quòd duo remedia extraordinaria concedantur circa idem. *l. cùm filiusfam. ff ſi cert. pet.*

Non perfecta non probant. *c. conſideret. de pœn.*

Non poteſt cauſa finita producere effectum infinitum. *Gail lib. 2. obſ. 124. n. 6.*

Non valet chirographum cauſam non continens. *Ibidem. obſ. 132. n 5.*

Non eſt de ſubſtantiâ proceſsûs concluſio cauſæ. *Gail. lib. 1. obſ 107. num. 1.*

690. Non admittuntur probationes factâ concluſione. *ibid. n. 4.*

Non conatus, ſed effectus meretur præmium. *Royz. deciſ. Lit. 2. n. 15. & ſeqq.*

Non ſunt defunctorum voluntates ſtrictè interpretandæ. *l. plenum. ff. de uſu & habit.*

Non favet ius delicatorum votis. *l. ut pomum ff. de ſervit.*

Non eſt idem iuris de parte quoad partem, & de toto, quoad totum. *l. per fundum. ff. de ſervit. urb. præd.*

Non ſtatur iudicio maioris partis. *ibid.*

Non debet admitti rei adverſus quemcumque profeſſio. *c. qui crimen. 6. q. 1.*

Non factum, ſed ius in ſtipulatione vertitur. *l. ſtipulatio. § hi qui ſunt. ff. de V. O.*

Non ordo ſcripturæ ſpectatur, ſed potius ex iure punitur id, quod agi videtur. *l. nec enim ff. de ſolut.*

Non tantum verbis ratum haberi, ſed etiam actu poteſt. *l. non tantum. ff. rem rat. hab.*

700. Non utique melius pronunciat, qui noviſſimus ſententiam laturus eſt. *l. 1. ff. de appell.*

Non habens poſſeſſionem habens rei vendicationem. *leg. ult. C. de SS. Eccleſ.*

Non videtur ablatum, quod alteri oblatum non eſt. *l. nec utilem. ff. de reſt. mai.*

Non licet nobis definire, quod definitum eſt. *c. conſulviſti. 2. q. 4.*

Non eſt impedienda dignitas eius, qui nihil admiſit. *l. ſpurii. ff. de decur.*

Non

Non tranſeunt ad alios, quæ facti ſunt. *l. inter artifices. ff. de ſolut.*

Non requiritur, quid à quoquàm factum ſit, ſed an factum ſit. *l. 3. C. de inſt. & ſubſt.*

Non tranſmittuntur diſpoſitiones conditionales. *Gail. lib. 2. obſ. 136. num 9.*

Non poſſunt duæ deductiones eodem tempore fieri. *Gail. lib. 2. obſ. 121. n. 4.*

Non eſt officioſum, amicum in neceſſitatibus deſerere. *Gail. de pac. publ. lib. 2. cap. 10. n. 29.*

710. Non eſt ſtatus Imperii capitulum. *Gail. de pignor. obſ. 7. n. 2.*

Non nocet vaſallo delictum domini. *Gail: de pace publ. lib. 2. cap. 15. n. 1.*

Non eſt obviandum abſurdo per abſurdum. *Mol. conſuet. Pariſ. tit. 1. mat feud. §. 31. n. 13.*

Non inducitur aditio ex actibus ambiguis. *Mant. de coniect. ult. vol. lib. 12. tit. 12. n. 6.*

Non conſideratur cauſa ad effectum non ordinata. *Idem lib. 5. tit* 12. *n.* 35. & 94.

Non diſponit conditio. *Idem lib. 5. tit. 2. n. 3.*

Non habet locum in filio conditio, quæ intelligitur de extraneo. *Idem lib. 6. tit. 11 n. 4.*

Non ſubintelligitur regulariter conditio. *Idem lib. 10. tit. 5. num. 7.*

Non intelligitur repetita conditio, quæ viciaret. *ibid.*

Non facere id, quod quis tenetur, eſt facere adverſus id, ad quod tenetur. *Idem lib. 12. tit. 13. n. 9.*

720. Non poteſt videre deſiiſſe habere, qui nunquàm habuit. *l. non poteſt. ff. de reg. iur.*

Non fideliter facit, qui poteſtatem adimit reo ſuo iure uti. *l. Quintus ff. mand.*

Non figurâ literarum, ſed oratione, quam literæ exprimunt, obligamur. *l. non figura. ff. de act. & obl.*

Non eſt pauperibus induſtria, vel augmentum patrimonii, quod multis laboribus & cenſibus quæritur, interdicendum. *l. ſi defunctus. C. arb. tut.*

Non

Non oportet ius Civile calumniari, ſed qua mente aliquid dicatur, animadvertere. *l. pen. ff. ad exhib.*

Non poteſt quis excipere de iure tertii, quod non eſt excluſivum iuris agentis. *l. loci. ff. ſi ſerv. vend.*

Non eſt ſingulis concedendum, quod per magiſtratus fieri permittitur. *l. non eſt. ff. de reg. iur.*

Non eſt incongruum, ut multis enarratis ſpeciebus clauſula generalis ſubiciatur, quæ ad omnia ſuperiora referatur. *l. ſi ſervus ſervum ff. ad l. Aquil.*

Non oportet publicatione pompaque rerum familiarium paupertatis deregi vilitatem, & invidiæ patere divitias. *l. 2. C. quand. & quib. quart. pars deb. lib. 10.*

Non præſumitur quis in dubio renunciare ſuo iuri. *c. quia non eſt Ext. de præſ.*

730. Non tantùm valet genus, quoad ſuam ſpeciem, quantum ſpecies. *l. filiusfam. § 1. ff. de donat.*

Non pendet ex lucro, ſed ex animo ſolo honeſtus amor. *l. 3. ff. de iur. dot.*

Non decet à capite membra diſcedere. *cap. non decet. 12. diſt.*

Non implenti implendum non eſt. *Men. conſ. 611. n. 28.*

Non debet una eademque ſubſtantia diverſo iure conferri. *c. quia circa. Ext. de privil.*

Non alligabis os bovi trituranti in areâ fruges tuas, *c. Eccleſias. 13. q. 1.*

Non poteſt quis apud eundem pro eodem obligatus eſſe. *l. Uranius. ff. de fideiuſſ.*

Non poteſt accipi fideiuſſor maleficiorum. *l. ſi à reo. § id quod vulgò. ff. eod.*

Non debet de habilitate perſonæ diſputari ſeparatim ab aliâ lite. *l. non oportet, ff. de leg. 2.*

Non videntur adeſſe, quæ caſualiter adſunt. *l. quæſitum. § fin. ff. de leg. 3.*

740. Non curamus de iure petitoris, ſi conſtat de iure poſſeſſoris. *l. fin. C. de rei vend.*

Non videntur eſſe in loco, quæ ibi ſunt ad tempus. *l. ſi fundus. ff. de leg. 3.*

Non

Non dotibus ſed affectu matrimonia contrahuntur. *l. iubemus. C. de repud.*

Non numerus liberorum, ſed hęreditatis aditio portiones deſignat. *l. non pro numero. C ad Orfic.*

Non abundans cautela, ſed neceſſaria prætermiſſa teſtatoris officiunt voluntati. *l. teſtamentum. C. de teſt.*

Non eſt faciendum id, in quo plus expenditur, quàm de commoditate percipitur. *l. mediterranea. C. de annon. libr. 10.*

Non facile, quæ domi geruntur, per alienos poterunt confiteri. *l. conſenſu. C. de repud.*

Non negantur; quę conſuetudinis ſunt. *c. quemadmodum. 12. diſt.*

Non mutat ſedem, qui non mutat mentem. *c. ſcias 7. q. 1.*

Non minorem autoritatem habet tranſactio, quàm res iudicata. *l. non minorem. C. de tranſact.*

750. Non intelligitur amiſſum, quod oblatum alteri non eſt. *l nec utilem ff. ex quib cauſ. mai.*

930. Non Hieroſolymis fuiſſe, ſed ibi bene vixiſſe laudan-dum eſt. *12.q.2.c.gloria.*

Non ex eventu, ſed conſilio facta æſtimanda. *c.ſicut.§.fin. 47.diſt.*

Non debetur cenſus, cuius cauſa ignoratur. *cap. pervenit. de cenſib.*

Non

Digitized by Google

Non propter quæſtum ædificandæ ſunt Eccleſiæ. *de conſecrat. diſt. 1. c. ſi quis baſilicam.*

Non deductis expenſis decimæ perſolvendæ ſunt. *c. nullus. 16. q. 2. c. paſtoralis. de decim.*

Non alii, quàm cui debentur, ſunt decimæ perſolvendæ. *ibidem.*

Non cibus, ſed appetitus eſt in culpâ. *c. delitiæ & c. quod dicit. diſt. 41.*

Non ſolùm teſtes & Inſtrumenta, ſed alia indicia & argumenta vim probandi habent. *c. cùm cauſam. de probat.*

Non ſolum Principales perſonæ, ſed etiam Advocati utriuſque partis iurare compelluntur. *cap. cùm cauſam. de iur. cal.*

Non dicitur ſcriptum pro eo, qui venit contra ſcriptum. *Inn. c. mandatum. de reſcript.*

940. Non ſolùm de opinione, ſed & de veritate iuratur. *c. 1. § fin. de iur. Cal.*

Non niſi causâ cognitâ danda eſt dilatio. *c. ult. §. à iudice. 3. q. 3. l. 4. C. de dilat.*

Non niſi ſemel danda eſt dilatio. *ibid.*

Non niſi in ſuâ diœceſi, vel in qua appellatum eſt, iudicia exercenda. *c. ut litigantes. de off. ord.*

Non, niſi evidenter crimen fuerit probatum, reus eſt damnandus. *l. 25. C. de prob. c. literis. de præſumpt.*

Non, niſi causâ cognitâ, abſolutio eſt indulgenda. *c. Romana. de app. lib. 6.*

Non niſi peractâ pœnitentiâ eſt abſolutio indulgenda. *c. abſit. diſt. 50.*

Non, niſi læſo ſatisfactum, & ablatum reſtitutum ſit, abſolutio eſt indulgenda. *c. ea neſcitur. de ſent. excom.*

Non valet conſuetudo inducens pronitatem ad peccatum. *c. ex parte. de conſuet.*

Non valet conſuetudo contra utilitatem publicam. *l. fin. C. ſi cont. iur. Abb. c. fin. de conſuet.*

950. Non debent inferiores propriâ autoritate vel voluntate venire contra id, quod à Superiore ſtatutum eſt. *c. conſequens. diſt. 11.*

Digitized by Google

Non in publico examine, ſed in ſecreto iurandum eſt. *c. de crimine.15.q.5.*

Non intelligitur poſſe fieri, quod de iure fieri nequit. *l. filius.ff.de cond.inſt.c.1.2 q.1.*

Non poteſt quis ad factum compelli. *leg. ſi quis ab alio.ff. de iud.*

Non ſufficit ſemel voluiſſe vel feciſſe, niſi duret. *l.prætor. ff ex quib.cauſ.in poſſ.eat.*

Non eſt redditum, quod eſt deterius redditum, ubi haberi non poſſit. *l.3.§.1.ff.Commod.*

Non ſequitur ex facto id, quod ſequi videtur. *l. non videtur.ff.de iud.*

Non facit lex, quòd ea, quæ ſunt, non ſint, ſed interim fingit. *l.2. ff.de uſu ear.rer.*

Non quid alibi factum eſt, ſed quid fieri debeat, conſiderandum. *l.ſed licet is.ff.de off.præſ.*

Non facit concubinatus, ut libera fiat ſerva. *l. libera. C. de lib. cauſ.*

960. Non licet altero colore præſumere, quod lege denegatum eſt. *l legem.C.de nat.lib.*

Non ſunt deneganda legitima adminicula. *§. Et hoc quidem. Auth.de nupt.22.*

Non retractatur legitimè factum. *Abb. c.2 de eo, qui dux. in matr.*

Non minuenda, ſed amplianda eſt Civitas. *l.ſicut.ff.quod cuiuſq.Vniverſ.nom.*

Non nocet debitori colluſio creditoris. *l. & qui. C.de diſtract.pign.*

Non entia perire non poſſunt. *l.Sempronius ff.de Vſu.*

Non utendo habitatio non amittitur. *l.habitatio.ff.de uſu & habitat.*

Non eſt augendus cenſus, licet poſſeſſio efficiatur fertilior. *l.3.C.de alluvionib.*

Non nocet debitori amiſſio pignoris ſimulata. *l. ſi nulla. C.de pign.act.*

Non de poſſeſſione, ſed de finibus cognoſcit agrimenſor. *l.8.C.fin.regund.*

970. Non

970. Non ſufficit proponere cauſam alienationis, ſed oportet probare. *l. etſi præſes. C. de præd.*

Non debet admitti voluntatis quæſtio, ubi nulla eſt ambiguitas. *l. ille aut ille. § 1. ff. de leg. 3.*

Non diſponit conditio. *Mant. de coniect. ult. vol. lib. 5. tit. 2. num. 3.*

Non debet in ullo teſtamento actus extraneus intervenire. *l. cum antiquitas. C. de teſtam.*

Non conſumitur actio altera per alteram. *l. in duob. reis §. 4. ff. de iureiur.*

Non ſequitur debitorem debitoris actio. *l. non adverſus. C. ſi cert. pet.*

Non ſequitur ſingularem ſucceſſorem actio. *l. ſi abducta. C. de furt.*

Non eſt pupillus, qui in utero eſt. *l. non eſt. ff. de V. ſig.*

Non poteſt videri minus ſolviſſe is, adverſus quem amplioris ſummæ actio non competit. *l. non poteſt. ff. eod.*

Non videtur quis capere, quod eſt reſtituturus. *leg. aliud. ff. eod.*

980. Non capit filius legitimam de bonis legatis. *Mar. Soci. l. in quartam n. 145. ff. ad l. Falcid.*

Non poteſt fieri, ut intelligantur accidentia extra ſubiectum. *Bal. l. omnium. C. de teſtam.*

Non præſumitur accidens in dubio. *Men. conſ. 1. n. 121.*

Non proferunt ſe ulterius actus noſtri, qui à voluntate pendent, quàm ex eis colligi poſſit. *Bart. l. 1. ff. de itin. actuq. priv.*

Non committitur falſum, niſi mentiatur animus. *Ioan. de Amic. conſ. 138. num 10.*

Non æſtimatur derelictum ex poſt facto. *l. omnis hæreditas. ff. de. reg. iur.*

Non prodeſt dementiam fingere. *l. obſervare. ff. de cur. fur.*

Non nocet alteri crimen alienum. *l. res uxoris. C. de don. int. vir. & uxor.*

Non poſſunt commodè univerſi conſentire. *l. 1. § fin. ff. de uſucap.*

Non tranſactionibus ſed concuſſionibus interdictum eſt, *l. 1. §. 3. ff. de calumniat.*

Non

Digitized by Google

990. Non tollit ſemper privilegium contrarius actus. *leg. voluntariæ. C. de excuſat. tut.*

Non poteſt actor variare electa una ex contrariis actionibus *l. 1. C. de furt.*

Non auditur actor, ſi eius nòn interſit. *l. cùm antiquitas. C. de uſufr. & habit.*

Non debet fieri actionum coacervatio, ut impediatur iuriſdictio. *l. ſi idem. ff. de iur. om. iud.*

Non poteſt actionis executor tranſigere. *l. tranſactionis. C. de tranſact.*

Non quæritur actio pupillis per tutorem, niſi ex certis cauſis. *l. 5. C. quand. ex fact. tut.*

Non datur actio, niſi ex honeſtâ causâ. *l. cùm per delictum. ff. de reg. iur.*

Non eſt loco taciti pacti acceptilatio. *l. 3. C. de repud. vel abſtin. hæred.*

Non eſt acceſſionis acceſſio. *l. ut nullo modo. C. de uſur.*

Non tollitur acceſſorium, licet principale tollatur ex causâ. *l. & ſi is. C. de præd.*

1000. Non ſequitur acceſſorium ſui principalis naturam, cùm non eſt eadem ratio. *ibid.*

Non poteſt eſſe acceſſorius, qui prohibetur eſſe principalis. *l. curialis. C. de loc. & cond.*

Non ſeparat lepra coniugatos. *c. quia. de coniug. lepros.*

Non nocet accuſatio Advocato accuſanti alieno nomine. *l. cùm quædam. C. de adm. tut.*

Non tollit accuſatio criminalis civilem, nec è contrà. *l. 1. C. de abolit.*

Non poteſt repeti deſerta accuſatio. *l. 4. C. ad Turpill.*

Non poteſt aliena actio deduci invito cohærede in invitùm. *l. ſi petitor. ff. de iud.*

Non computantur fructus in legitimam. *l. in fideicommiſſoriam. ff. ad SC. Trebell.*

Non poteſt rumpi id, quod non valet. *Ang. Aret. §. alio quoq. Inſt. quib. mod. teſt. infir. n. 3.*

Non tranſit ad hæredem habitatio relicta. *Ang. Aret. §. ſed ſi cui habitatio, n. 1. Inſt. de uſu. & hab.*

1010. Non

1010. Non eſt probabile ab alterius conſcientiâ dependens. *l.1.ff.de acq.poſſ.*

Non cogitur teſtificari Doctor. *l.fin.C.de Profeſſ.*

Non accipitur, de quibus non eſt cogitatum tranſactum. *l. cum Aquiliana ff.de tranſact.*

Non debet torqueri tranſactio ad inæqualitatem. *l.litigatores.§.fin.ff.de arb.*

Non oportet ſuſcitari cauſas & lites tranſactionibus legitimè finitas Imperiali reſcripto. *l.cauſas.C.de tranſact.*

Non videtur omninò falſum, quod iuvatur primordio veritatis. *l.cùm filius.§.hæres.ff.de leg.2.*

Non eſt de futuris contingentibus determinata veritas. *l. ſi putator.ff.ad l.Aquil.*

Non tenetur creditor de Evictione. *l.etſi is.ff. de diſtract. pign.*

Non eſt idoneus teſtis familiaris. *c.in literis.de teſtib.*

Non poſſunt teſtes examinari poſt didicita teſtificata ſuper iiſdem capitulis vel directè contrariis. *c.fraternitatis.de teſtib.*

1020. Non operatur confeſſio abſente parte. *l. certum.§.ſi quis abſente.ff.de confeſſ.*

Non eſt dominus ante diem legatarius. *l.Sempronius.ff.de uſufr. leg.*

Non tollitur legitima per generalem renunciationem. *Dec.conſ.392.n.5.*

Non debet legis proviſio eſſe fruſtranea. *l. fin.C.de uſu.*

Non operatur compromiſſum ante acceptationem. *gl.& Bal.l.ſi cùm dies.ff.de arbit.*

Non debet certum revocari in dubium. *Cantiuncul.conſil.23.num.16.*

Non præſumitur eruditio. *Fel.c.ult.de præſumpt.*

Non vexat diabolus diabolum. *Archid.c.clerici diſt.33.*

Non admittitur teſtis, qui non ſit notus parti & iudici, *c. cùm cauſam.de teſtib.*

Non creditur teſti levis opinionis. *c.in omnib.2.q.5.*

1030. Non poteſt eſſe teſtis, cui bonis interdictum eſt. *Bal.l.is cui bonis.ff.de teſtib.*

Non

Non poteſt eſſe teſtis accuſator. *l.divi.ff.de accuſat.c.praeterea.de teſt.cog.*

Non poteſt eſſe teſtis denunciator in cauſâ, in qua denunciavit. *DD.l.ea quidem C.de accuſat.*

Non poteſt eſſe teſtis creditor vel debitor. *Innoc. de repr. teſt. col.5.*

Non poteſt eſſe teſtis conſors. *Sal.l.omnib.C.de teſtibus.*

Non poteſt unus de Vniverſitate ſeu Collegio eſſe teſtis in cauſâ ſuæ Vniverſitatis vel Collegii. *Nell. de S.Gemin. de teſt.n.13.*

Non poteſt conſocius eſſe teſtis in cauſâ civili. *l. quoniam. C.de teſtibus.*

Non poteſt eſſe teſtis executor, quando de ſuo facto venit conſulendus. *Abb.c.cùm à nobis.de teſt.*

Non poteſt teſtificari actor in ſuis cauſis officii ſui. *l. fin. ff. de teſtib.*

Non poteſt eſſe teſtis correus in cauſâ correi. *Campeg.de teſtib.reg.75.*

1040. Non poteſt eſſe teſtis fideiuſſor ſuper cauſâ, in qua fideiuſſit. *Ioan. And.de teſtib.§.1.V.quid de fideiuſſ.*

Non poteſt eſſe teſtis cedens in re ceſsâ. *Bald. & DD. l. omnib.C.de teſt.*

Non poteſt appellari ante ſententiam. *leg. 2.ff. de appellat. recip.*

Non quæri oportet, eum quo de ſupremis, ſed in quem voluntatis intentio dirigatur. *l.cùm pater.§.donationis. ff.de leg.2.*

Non mutat ſubſtantiam veritatis curſus temporis. *l. ſicut. C.ad l.Corn.de ſic.*

Non factum ipſum, ſed cauſa faciendi in delictis quæritur. *l.verum eſt.ff.de furt.*

Non ſufficit ad præſcribendum titulus conditionalis. *Vaſq.cont.illuſt.lib.2.cap.67.n.3.*

Non eſt opus in poſſeſſorio cauſam allegare. *Tib.Dec.conſ. 663.num.5.*

Non probatur alterum uno probato in penitus ſeparatis. *Bertrand.conſ.82.num.4.Vol.1.*

Non

Non tenetur fideiuſſor in pœnis. *l. libertus. in fi ff. ad municipal.*

1050. Non poteſt homo divinare. *c. ut noſtrum. §. 1, ut Ecc leſ. benef. ſine dim. confer.*

Non alienat, qui occaſione acquirendi non utitur. *Gœdd. l. alienationis. n. 12. ff. de V. ſign.*

Non eſt alienationis proprium, ut alter fiat locupletior. *l. 2. C. de reſcind. vendit.*

Non omne, quo homo veſcitur, frugem dicimus. *Gædd. l. frugem. num. 4. ff. de V. ſignif.*

Non omnis, qui pro poſſeſſore poſſidet, prædo eſt. *Id. l. bonæ fidei. emptor. n. 8. ff. eod.*

Non tenetur pars ius alterius partis dicere. *Innoc. c. ſi duobus. n. 2. de appell.*

Non relevat interdictum appellatio. *Inn. c. ad hæc. num. 1. de appell.*

Non admittitur criminoſus ad accuſandum. *c. ſi legitimæ. ff. de accuſat.*

Non poteſt eſſe teſtis emphyteuta, vel dominus in re Emphyteuticâ *Butr. c. inſuper. de teſt.*

Non teſtificatur donans ſuper re donatâ. *Cyn. l. omnib. C. de teſt. Alex. conſ. 1. Vol. 1.*

1060. Non poteſt eſſe teſtis aſſeſſor. *Abb. c. cùm à nobis. 3. col. de teſt.*

Non poteſt eſſe teſtis arbiter in causâ, in qua intervenit cognoſcendo, ut arbiter. *DD. l. ne in arbitris. C. de arb.*

Non dicitur ſponte ſolvere, qui per iniuriam iudicis ſolvere compellitur. *Rip. conſ. 107. n. 12.*

Non eſt par ratio amittere debita, & lucra non capere. *Rip. conſ. 117. num. 9.*

Non creditur falſario teſti. *c. licet. de prob. l. nullum. C. de teſtib.*

Non poteſt eſſe teſtis adulter, maximè, quando eſt condemnatus de adulterio. *l. ſcio quidem. ff. eod.* (*teſtib.*

Non poteſt eſſe teſtis proditor. *Bal. l. licet univerſis Ext. de*

Non oritur obligatio inter eos, inter quos nil geſtum fuit. *Menoch. de adipiſc. poſſ. remed. 4. num. 494.*

Non

Non renunciatur defenſionibus redolentibus innocentiam in criminalibus. *Claud. Buttand. pract. crim. reg. 22.*

Non eſt inſtrumentum falſum, inſtrumentum. *Bald. l. ſi non ſortem. §. 1. ff. de cond. indeb.*

1070. Normam, quam quis aliis ſtatuit, ipſe tenetur ſervare. *l. iuſiurandum. ff. de iureiur.*

Nos omnes alit agricultura. *Coler. de proceſſ. exec. li. 1. part. 2. cap. 3. nu. 182.*

Noſtrum eſt ſolum id, quod poſſumus vendicare, non quod nob. debetur. *Spec. de fruct. & int. § 1. V. 2.*

Noſtrum amplius noſtrum fieri nequit. *§. 24. Inſt. de actionib.*

Noſtrum quandoque alienari nequit. *l. plerumque. ff. de reg iur.*

Noſtrum ſine facto noſtro non transfertur. *l. id quod noſtrum eſt. ff. eod.*

Noſtrum quod non eſt ignorare hoc alienum eſſe ridiculum eſt. *l. fin. C. unde vi.*

Noſtrum fit ratihabitione, quod alienum erat. *l. ei qui ſervo. §. 1. C. quod cum eo qui in alien. poſſ.*

Noſtrum dicitur, quod re & ſpe habemus. *leg. ſi quis. ff. de V. O.*

Noſtrum eſt ſervare legem, non extendere. *l. ſi verò. §. de viro. ff. ſol. mat.*

1080. Noſtrum eſſe, aliud eſt, quam in bonis noſtris eſſe. *Gail lib. 2. obſ. 26. n. 3.*

Noſtro peccato alterius ſaluti conſulere non debemus. *c. faciat homo. 21. q. 2.*

Noſtra intereſt habere plures actiones. *Aſſiſſ. deciſ. 23. n. 18.*

Noſtrâ intereſt litibus & ſumptibus non vexari. *l. minorib. in fin. ff. de minor.*

Noſtrâ intereſt, amicos noſtros non offendi. *Hercules. de caut. cap. 7. n. 3.*

Nota minùs nocent. *l. 2. C. de temp. & X. repar. appell.*

Nota reddenda ſingula ſingulis. *§. pen. Inſt. de duob. reis ſtipul.*

Nota iudici & manifeſta non debent probari. *l. ſi verò. §. qui pro rei. ff. qui ſat. cog.* No-

Notabilia non generatim ſed ſigillatim ſemper exprimi debent. *l. item apud Labeonem. ff. de iniur.*

Notabiliter facta niſi notentur, videntur neglecta. *Spec. de off. om. iud. §. 1. in pr.*

1090. Notariatus eſt officium, non dignitas. *Zaſ. in præf. tit. ff de iuſt. & iur. n. 4.*

Notarius non interponit decretum, etiam de conſenſu partium. *Bal. l. repetita. C. de Epiſc. & cler.*

Notarius acquirit alteri ſine ceſſione. *Bar. & Alex. l ſi pupillus. ff. rem pup. ſalv. for.*

Notarius unus ſufficit in Inventario tutoris. *gl. & Bar. l. tutores. C. de admin. tut.*

Notarius poteſt reficere & renovare Inſtrumentum corroſum. *Bal. l. divi. C. de nat. lib.*

Notarius in Inſtrumento ſuo nihil poteſt de ſuâ voluntate immutare. *Bar. l. 2. ff. de appell.*

Notarius poteſt facere Inſtrumentum ex teſtium dictis. *Bal. l. de tabulis. ff. de tab. exhib.*

Notarius etiam ex intervallo poteſt interpretari & declarare ſcripturam ſuam dubiam. *Bald. add. Spec. de Inſt. edit. V. Notarius.*

Notarius debet regulariter per ſeipſum non per alium inſtrumenta ſcribere. *§. nos a. Auth. de tabell.*

Notarius repertus falſus in minimis, de rigore iuris puniri debet. *l. quid ergo. §. pœna. ff. de his qui not. inf.*

1100. Notarius ſuum errorem vel defectum regulariter corrigere non poteſt. *Imol c. inter dilectos. de fid. inſt.*

Notarius Ordinarii debet ſcribere acta delegati. *Bald. l. fin. C. ubi & ap. quos.*

Notarius non debet dare copiam actorum partibus niſi de mandato iudicis. *DD. & Bal. l. 2. C. de Edend.*

Notarius actorum ſuſpectus haberi poteſt, ſicut iudex. *Lanfr. c quoniam contra. 11. col. de prob.*

Notarius iniuſtè recuſatur pro ſuſpecto, agit actione iniuriarum. *Bal. c. ſuper quæſtionum. de off. deleg.*

Notarius actorum debet ire ad domum egregiarum perſonarum ad eas examinandas. *l. ad egregias. ff. de iure iur*

Digitized by Google

Notarius actorum non poteſt recipere teſtes ſine iudice. *l. 2. C. de Edend.*

Notarius, qui cœpit ſcribere acta cauſæ, non debet mutari. *Bal. l. 2. C. quom. & quand. iud.*

Notarius debet copiam dare partibus toties, quoties volunt. *Caſt. l. veluti. §. hæc vox. ff. de Edend.*

Notarius clam rogari non debet de Inſtrumento in præiudicium tertii, aliàs punitur. *l. mandatum. ubi Bald. C. mand. Inn. c. 1. de fid. inſt.*

1110. Notarius non præſumitur rogatus, niſi conſtet ex Inſtrumento. *Bar. l. ſciendum. ff. de V. O.*

Notarius impeditus poteſt dictare Inſtrumentum alteri ſcribendum. *Caſt. l. quædam. ff. de falſ.*

Notarius non poteſt alteri delegare ſuum officium. *Bar. l. 1. § ne a. C. de cad. toll.* (*conſ. 80. vol. 2.*

Notarius ad tribunal iudicis eſſe non poteſt ſpurius. *Alex.*

Notarius non poteſt alteri vices ſuas committere. *Bal. add. Spec. de Inſt. edit. V. tabellio.*

Notarius ſemel ab officio depoſitus non poteſt ampliùs creari Notarius. *Bal. l. nihil. C. man. vind.*

Notarius præſumitur eſſe de loco, ubi actum eſt Inſtrumentum, ſi aliter non appareat. *Fr. Tigrin. conſ. incip. Factum tale eſt.*

Notarius nemo eſt, niſi qui ſit creatus à Superiore. *Inn. c. cùm P. tabellio. de fid. inſt.*

Notarius creatus à Rege non poteſt conficere Inſtrumenta extra regnum. *Bar. l. 1. ff. de off. proconſ.*

Notarius creari poteſt à Principe. *Innoc. c. cùm P. tabellio. de fid. inſtrum.*

1120. Notarius poteſt in iudicio paciſci pro altero cum autoritate iudicis. *Inn. c. dudum. de converſ. coniug.*

Notarius poteſt facere ſcripturam privatam. *Ang. l. ſi ex precio. ff. ſi cert. pet.*

Notarius debet iurare exercere ſuum officium fideliter. *DD. c. ad audientiam. de praſcript.*

Notarius non poteſt conficere Inſtrumentum extra territorium illius, à quo authoritatem accipit. *Prapoſ. c. per venerabilem. qui ſint fil. leg.*

No-

Digitized by Google

Notarius tenetur apponere ſignum ſuum ſolitum, aliàs inſtrumētum redditur ſuſpectum. *Bar. & Bal. proëm. ff.*

Notarius à partibus debet rogari, aliàs non valet Inſtrum. *Abb. c. 1. V. 13. de fid. inſtr.*

Notarius tenetur de dolo & imperitia. *l. fin. C. de magiſt. conven.*

Notarius ſibi nomen mutare nequit. *Franc. Padudn. 1. Cond. Cod. Fel. c. Ea quæ. de Simon.*

Notarius omittens Indictionem in Inſtrumento tenetur parti ad intereſſe. *Bal. l. fin. C. de mag. conven.*

Notarius excuſatur à dolo propter aſſertionem partium. *Bal. rub. C. de fid. Inſt.*

1130. Notarius non præſumitur falſo addidiſſe in margine contractus. *Caſt. conſ. 36. Bal. l. noſtram. C. de teſtam.*

Notarius tenetur ſolum de dolo, & latâ culpâ ad intereſſe. *DD. l. ubi exigere. ff. de Edend.*

Notarius de falſo non tenetur, ſi teſtes dicunt aliud, quam Inſtrumentum. *Bar. l. prædia. ff. de acq. poſſ.*

Notarius alteri actionem quærere poteſt. *l. quoties. C. de rei vendic.*

Notarius alteri ſtipulari poteſt. *l non aliter. ff. de adopt.*

Notarius non requiritur in donatione maritis causâ. *l. 4. C. de don. mort. cauſ.*

Notarius præſens eſſe debet in confectione Inventarii. *leg. fin. C. de iur. delib.*

Notarius refert primò contractum in ſchedam, poſtea in mundum. *l. contractus. C. de fid. inſtr.*

Notarius ſubſcribere poteſt pro literarum imperito. *ibid.*

Notarius per ſubſtitutum poteſt ſubſcribere. *Novell conſt. 73. cap. 7. §. 1.*

1140. Notarius tenetur ſi contractum malè ſcripſerit. *leg. mulier. C. de iur. dot.*

Notarius fraudulentus cavere idoneè nequit. *l. 3. C. de ver. ſignif.*

Notarius inſtrumentum conficiens non videtur fideiubere. *l. ſi pater tuus. C. de fideiuſſ.*

Notarius non poteſt publicare teſtamentum vivo teſtatore, niſi teſtator velit. *Bar. l. 2. ff. quemad. teſt. aper.*

Digitized by Google

Notarius ſi eſt mortuus, præſumitur pro ſuis Inſtrumentis. *Inn.c.veniens.de V.ſign.*

Notarius habet præſumptionem pro ſe. *Spec.de teſt.§.1.V.quid ergo.*

Notarius dicitur publica perſona. *c. 2.de uſur.lib.6.*

Notarius debet aſſerere per ſenſum visûs vel auditûs, ſicut teſtis. *Bal.Auth.ſed novo.C.ſi cert.pet.*

Notarius non debet ſcribere, niſi quatenus rogatur à partibus. *Auth.de tabell.§.nos a.*

Notarius non debet ſcribere, niſi quod vidit & audivit. *Inn.c.fraternitatis.de hær.*

1150. Notarius non debet rogari, niſi de his, quæ fiunt in præſentiâ ſuâ. *Inn.c.1.de fid.inſt.Caſt. conſ.40.*

Notarius debet ſcribere ſecundùm naturam contractûs, licet non omnia à partibus exprimuntur. *l. fin. C. de fideiuſſ.*

Notarius ſemper debet uti uno ſigno. *Bald.l.comparationes.ult.col.C.de fid.inſtr.*

Notarius ſignum ſuum mutare non debet, aliàs de falſo tenetur. *ibid.*

Notarius debet relegere dicta teſtibus examinatis. *Bal, & Fr.Paduan.*1. *Conſt.Cod.*

Notarius non habet neceſſe cognoſcere contrahentes. *Bal.l.fin.9.col.§.1.C.de iur.delib.*

Notarius officium renunciare non poteſt, niſi in manibus Superioris. *Bal.l.falſus.13.col.C.de furt.*

Notarius non præſumitur ſubornari, ſicut teſtis. *Bal.l.nolumus.C.de teſtam.*

Notarius ſi perdat Protocollum, tenetur pœnâ extraordinariâ. *Bal.rub.C.de fid.inſtr.*

Notarius poteſt citare. *Spec.de Citat.§.4.poſt pr.*

1160. Notarius non poteſt rogari de prohibitis à iure. *Bal.rub.C.de fid.inſtr.5.col.*

Notarius ſcribens illicitum, teſtamentum non tenetur de falſo. *Bar.l.omnes.C.de pet.bon.ſubla.lib.10.*

Notarius malè facit, ſi conficit inſtrumentum ſine mandato eius, cuius intereſt. *Inn.c.1.de fid.inſtr.*

No-

Digitized by Google

Notarius acceptâ mercede cogitur rogari. *Bart. l. 1. ff. de furt. adv. naut.*

Notarius conficiens falſum Inſtrumentum immunitatis, tenetur ad pœnam ignis. *Bar. l. 1. C. de immun. lib. 10.*

Notarius credens Schedulæ excuſatur. *Alex. l. ſi quis obrepſerit. ff. de falſ.*

Notarius infamis non poteſt Inſtrumenta conficere. *Inn. c. fraternitatis. de teſtib.* (*vol. 2.*

Notarius actorum non poteſt eſſe infamis. *Alex. conſ. 80.*

Notarius de falſo convictus regulariter amplius inſtrumenta conficere non poteſt. *l. argentum. §. 1. ff. de edend.*

Notarius non committens falſum, ſed aliter delinquens, ex quo eſt effectus infamis, valebunt inſtrumenta per eum confecta. *Abb. & Anch. c. fraternitatis. de hær.*

1170. Notarius excommunicatus poteſt facere inſtrumenta. *Bal. l. in exercendis. de fid. inſtr.*

Notarius declaratus falſus, quia confecerit falſum inſtrumentum, non præiudicat partibus. *Alex. l. ſæpè nu. 39. ff. de re iud.*

Notarius eſt maioris auctoritatis quàm teſtis. B*ald. l. militib. C. de teſt. milit.* (*fid. inſtrum.*

Notarius cogitur exercere ſuum officium. B*ald. rub. C. de*

Notarius eſſe nequit, niſi ſit perſona libera. *l. generaliter, in pr. C. de tab. & ſcrin. lib. 10.*

Notarius debet eſſe peritus, aliàs tenetur parti ad intereſſe. *gl. l. fin. C. de fideicom.*

Notarius non poteſt eſſe de prioribus. B*art. l. ſi quis. C. de decur. lib. 10.*

Notarius dicitur fieri iudex ordinarius, ſtatim ut creatur Notarius. *gl. & Caſt. l. 1. ff. de iud.*

Notarius ex vi tabellionatûs non habet aliquam iuriſdictionem. *l. adoptio. C. de adopt.*

Notarius non teſtificatur de ſingulis in Inſtrumento contentis, ſed de his, quæ principaliter continentur. *Spec. de Inſt. edit. §. 2.*

1180. Notarius poteſt ſibi ipſi proprium teſtamentum conficere, *Abb. c. 1. 9. col. 3. de fid. inſtr.*

Digitized by Google

Notarius debet inſtrumentum conficere his, quæ ſibi mandantur. *Abb.c.1.col.3.de cont.util.* (48. *vol 5.*

Notarius nihil agit, ſi iuris formam omittat. *Alex. conſ.*

Notarius eſt ſervus publicus. *l.2.V.ſervo.C.de adopt.*

Notarius à partibus debet rogari, aliàs non valet Inſtrum. *Abb.c.1.V.13.de fid.inſtr.*

Notarii ſcripturis magis creditur, quàm Epiſcopi vel iudicis. *Spec.ibid.§.8.*

Notarii non veri ſed putativi Inſtrumenta non valent. *Bar.l.Barbarius.ff.de.off.prat.*

Notarii merces relinquitur arbitrio iudicis ſecundum loci conſuetudinem. *Bal.l.fin.8.col.C.de Edend.*

Notarii error non nocet parti. *l.ſi librarius.ff.de re iud.*

Notarii fides maior eſt, quam unius teſtis. *Alex. conſ.93. vol.5.*

1190. Notarii ex lege tenentur dare copiam actorum partibus & ſi denegāt, poſſunt cogi. *Alex.conſ.65.n.1.vol.1.*

Notarii lucrum dicitur q. Caſtrenſe, *gl. & DD. l.fin.C.de inoff.teſt.* (*aſſeſſor.*

Notarii abbreviatura non publicata non probat. *gl. l.1. de*

Notarii verba relativa dicuntur, verba partium. *Roland. à valle.conſ.34.n.96.vol.4.*

Notarii verbis nudis non creditur. *l.2.C.de Edend.*

Notarii vitium non præiudicat veritati. *l.fin.C.de magiſtrat.Conven.*

Notarii verba præſumuntur prolata à contrahentibus vel à teſtatore. *Bal.l.1.C.de prad.dotal.*

Notario infami ſunt auferendi libri Protocollorum. *Bal. l.3 C.ad l.Falcid.*

Notario uni, fides teſtamenti credenda non eſt. *l.hac conſultiſſima.in pr.C.de teſtam.*

Notario multum confidit lex. *Port.conſ.21.n.38.*

1200. Notario creditur circa officium ſuum. *Spec.de prob. §.3.V.hoc quoq.Alex.conſ.213.vol.2.*

Notario publico in ſcriptura ſua ſolet credi. *c.ad audientiam.ext.de praſ.*

Notario Officiali creditur de delicto. *Alex.l.Senatus.in pr. ff.ad Turpill.*

No-

Digitized by Google

Notariis iura confidunt. *l.iubemus.C.de teſtam.*

Notariis in iis tantum creditur, in quibus rogatus eſt. *Auth. ſi quis.C.de Edend.*

Notariis ignotis & forenſibus non eſt credendum, ut nec teſtibus ignotis. *Inn.c.1.de cler.peregr.*

Nothus ſuccedere non poteſt ab inteſtato. *l fin.C.de natural. liber.*

Notus à Calumnia noti delinquentis abeſſe debet. *l. Sancimus.C.de pœn.*

Notis teſtari nequit pater inter liberos. *Auth. quod. C. de teſtam.*

Notiones numerorum & temporum Iuſtinianus eſſe voluit. *Nov.conſt.47.cap.2.*

1210. Notificatio litis in re facta per colonum domino interrumpit præſcriptionem. *Bal.l.2.C.ubi in rem act.*

Notificatio niſi fiat, nihil operatur revocatio. *Card.in proëm.Clem.§.fin.*

Notificatio revocati mandati debet fieri procuratori revocato. *gl.& Bar.l ſi pecuniam.ff.de cond.ob cauſ.*

Notificatio in dubio requiritur ad certificandum. *Io.And. c.fin.de empt.& vend.*

Notificatio fieri poteſt à quocumque, nec refert à quo fiat. *l.item veniunt.§ à quo.ff.de pet.hær.*

Notificatio fieri poteſt per procuratorem cum ſpeciali mandato *gl.& Bar.l.1.§.1.ff.de lib.agnoſ.*

Notificatio domi fieri poteſt. *ibid.*

Notificatio revocati mandati ſi non fiat, iudicium non impedit. *Bar.l.1.C.de ſatis.*

Notificari debet onus iniunctum ei, cui delatum eſt. *Bar.l. ſcire.§ oportet.ff.de excuſ.tut.*

Notitia antiquitatis eſt neceſſaria. *c fuerunt.7.diſt.*

1220. Notitia alicuius rei duplex eſt, alia per converſationem, alia per famam. *Bal.conſ.447 n.16.*

Notitia undecumque ſufficit, quando non præiudicatur parti. *Clem.cauſa.de elect.*

Notitia veritatis infallibilis eſt ſcientia. *Bal.l.ius ſingulare. ff.de LL.*

Notitia præſumitur ex frequentia actus *Corneus conſ.268. vol.4.*

Digitized by Google

Notitiæ in animis hominum à naturæ inſitæ. *Mynſ. rubr. & pr.inſt.de Iuſt.& iur.n.11.*

Notorium diffamat, ſicut ſententia. *Port. l.is cui bonis. ff. de verb.oblig.*

Notorium operatur, quantum legitima probatio in iudicio. *Bald.Marg.V.Citatio.verſ.38.*

Notorium ex actis facit, quod iudex poſſit procedere, etiam parte abſente. *Inn.c.ex parte.de V.ſign.*

Notorium eſt, quod tollit neceſſitatem. *l.fin.ff.ſi cert.pet.*

Notorium poteſt eſſe quid in occulto. *Mil. repert.reg.lit. N.num.7.*

1230. Notorium eſt probatio probata. *ibid.*

Notorium eſt quoddam adiectum qualitatis, per quam rei, cui additur, valdè plena notitia habetur. *ibid.*.

Notorium non exigit teſtes de neceſſitate. *Specul.de Iud.*

Notorium non requirit ordinem iuris. *Spec. de expenſ. §. fin.in fin.*

Notorium eſt tale, quod in eo proceditur ad famam ſecundum ordinem iudiciorum. *Inn.c.bonæ.de Elect.*

Notorium requirit ſententiam ferri. *c.cum ſit Rom.§.1.de appellationib.*

Notorium dicitur, quod omnes continuo videre poſſunt: *Bald. Auth.quod locum ult.C.de collat.*

Notorium plus in ſe habet, quam publicum. *Corn. conſ. 44.lit.F:vol. 4.*

Notorium dicitur quod omnes ſui natura ſciunt vel ſciere veriſimile eſt. *Bal.l.cum.fratrem.C.ad Syllan.*

Notorium eſſe non poteſt quod de nocte fit. *ibidem.*

1240. Notorium propriè dicitur, ſuper facto permanente. *ibid.*

Notorium eſt, quod omnibus liquet. *Innoc. c. ſicut de cohab.cleric. & mul.*

Notorium dicitur coram populo. *Bal.Marg.v.3.*

Notorium inducit ſcientiam. *Pariſ.conſ.23.n.220.V.1.*

Notorium verum eſt poſſeſſio facti. *ibidem.*

Notorium pręſumptum eſt dominium, quod ex poſſeſſione præſumitur. *ibidem.*

Notorium de quælibet eſſe poteſt. *ib.* No-

Digitized by Google

Notorium cauſatur ex confeſſione iudiciali. *l. ictus. fuſtium. ff. de infamib.*

Notorium facit maior pars populi, ſed manifeſtum faciunt homines decem. *l. ea quidem. C. de accuſat.*

Notorium probetur per teſtes. *Specul. de not. crim. §. cum de notorio. V. & hoc notorium.*

Notorium præſumitur ex ipſo, quod decem teſtes aliquid probant. B*ald. Auth. quod locum. C. de collat.*

1250. Notorium non probatur per eum, qui non vidit tactum. B*al. l. omnium. C. de teſtam.*

Notorium operatur ut poſſit fieri executio, etiam non præcedente ſententia. *Bart. l. ictus. ff. de infam.*

Notorium facti operatur idem, quod expreſſio iuris in ſententia *Inn. c. 2. de dilat.*

Notorium facti operatur plus, quam notorium iuris. *gloſſ. Clemen. l. de ſepul.*

Notorium relevat ab onere probandi. *l. eo quidem. C. de accuſat. & inſcript.*

Notorium dicitur notiſſima probatio, quoad effectum. *Bal. l. actor. C. de prob. Dec. rub. Ex.*

Notorium tribus modis dicitur, per ſententiam, confeſſionem & evidentiam rei. *c. fin. de cohab. cler.*

Notorium eſſe nequit, quod non eſt. *Gram. Neapol. deciſ. 65. num. 13.*

Notorium ſi eſt crimen non habet locum tortura. B*ald. l. milites. C. de quæſt.*

Notorium in vicinia facit præſumi ſcientiam. B*ar. l. 1. ff. de recept.*

1260. Notorium non allegatum non prodeſt. *Clem. appellanti. de appell.*

Notoriũ habet vim ſententiæ. *l. emptorem. ff. de act. empt.*

Notorium regulariter eſt excuſabile. *Abb. c. veſtra. in fin. de cohab. cle. & mul.*

Notorium probari debet ordine ſervato, *Aret. conſ. antepen. col. 7.*

Notorium eſt, quod fit coram Principe. B*al. l. omnium. nu. 1. C. de. teſt am.*

Digitized by Google

Notorium id dicitur, quod conſtat ex tenore literarum. *Abb.c.1.col.3.de conf util.*

Notorii ratione iudex aliàs incompetens non fit competens.*c.at ſi clerici.de iud.*

Notorii declaratio utilis eſt non neceſſaria. *Card.clem.V.17.not.de re iud.*

Notoria evidens paupertas à mora & præſtatione debiti excuſat.*c.Oduardus de ſol.*

Notoria regulis iuris non ſubiacent. *Bertaz. conſ. 151. num.15.*

1270. Notoria non indigent probatione. *Bart.l.ſi verò. n.1.ff.qui ſat.cog.*

Notoria nemo præſumitur ignorare. *l. ſed etſi pupillus. §. praſcribere.ff.de inſt act.*

Notoria non in iudicium deducenda. *c. quoniam. de fil. preſbyt.*

Notoria requirunt unicam, non trinam citationem. *Io. And.c.cum ſit Romana de fur.compel.*

Notoriæ apparitorum vel aliarum publicarum perſonarum inſcriptionē non requirunt.*l ea quidem.C.de accuſ.*

Notoriis non requiritur conſilium capituli. *Abb.c.non videt,de his quæ fiunt à Prælat.*

Notoriè locuples non debet ſatiſdare. *Bald.Auth.cui relictum.4.coll.C.de ind.vid.toll.*

Notoriè criminoſus non poteſt ſe tueri exceptione ſpoliationis,quæ eſt dilatoria. *Franc.c.propoſuit.de opp.*

Notorietas dominii nō excludit poſſeſſionē prius ortam. *Card.clem.1.qui.3.de cauſ.poſſeſſ & prop.*

Notorietas eſt plus quam lit.cont. *Spec.de petit & poſſeſſ. §.2.V.1.*

1280. Nova cauſa mutationi locum dare poteſt. *Vaſq.de ſucceſſ.lib.1.§.1.*

Nova cauſa iniuſta non præſumitur. *Ceph. conſ.34.*

Novale eſt ager de novo redactus ad culturam. *Lancellot. Inſt.iur.Can.lib.2.§.de monach.*

Novale dicitur terra, quæ ſemper fuit inculta vel nemoroſa, de qua Eccleſia aliquid percipit. *Card. clem. 1. 5. q. de decim.* No-

Digitized by Google

Novale non dicitur pratum reductum ad culturam. *Card. ibid. q. 6.*

Novare vel mutare debitorem creditor non poteſt, nec cogitur. *l. ſi mandato ff. mand.*

Novari nihil debet appellatione pendente. *l. 3. C. de Appell.*

Novoandi animus in defenſore non præſumitur. *Bald. l. non ſolum in pr. ff. de procur.*

Novatio fit per diverſitatem perſonarum. *Cephal. conſ. 202. num. 3.*

Novatio impedit curſum uſurarum. *Iaſ. l. iudicio num. 14. C. de iud.*

Novatio eſſe nequit, ubi nullum obligationis debitum intervenit. *l. 1. ff. de novat.*

1290. Novatio non fit per conſtitutum generale. *Bart. l. ubi quis. ff. de conſt. pec.*

Novatio nulla redditur, eius formâ non ſervatâ. *l. obligationum. ff. de act. & oblig.*

Novatio primæ actionis non fit per ſententiam, quæ non tollit primam actionem. *Bart. l. nepoti. ff. de fund. inſtr.*

Novatio fit per lit. cont. *l. 1. C. de iud.*

Novatio per pœnalem ſtipulationem iuratam non fit. *Alex. l. ita ſtipulatus. in fi. ff. de V. O.*

Novatio non fit niſi utraque parte volente. *Spec. de procur. §. 1. V. ſed nunquid defenſor.*

Novatio fieri poteſt per alium contractum, quam ſtipulationis. *Bar. l. 1. ff. de novat.*

Novatio in iudiciis non eſt neceſſaria. *Spec. de confeſſ. §. 3. in fi.*

Novatio videtur eſſe facta interpoſito decreto. *Spec. de Inſt. edit. §. 3. V. ex his.*

Novatio ſi facta eſt de actione rei iudicatæ, retardatur executio. *Spec. de ſent. exec. §. 6. V. 3.*

1300. Novatio nihil novi tribuit. *Spec. de appell. §. 1. in fi.*

Novatio primæ obligationis non fit neceſſario in præiudicium creditoris. *Alex. l. delegare. ff. de don.*

Novatio non fit hodie, etiam interventu novæ perſonæ, niſi agatur expreſsè. *l. fin. C. de novat.*

No-

Digitized by Google

Novatio fit per pœnæ adiectionem. B*ald.l.1.C.de his, quæ pœn.nom.*

Novatio in ultimis voluntatibus non præſumitur. B*ald.l.1.col.15.C.eod.tit.*

Novatio invalida non tollit veterem actionem creditori. B*al.l.ſi paternum.C.ad Vell.*

Novatio fit invito creditore in contractibus ex cauſa lucrativa, non oneroſa. B*al.l.1.C.de his, quæ pœn.nom.*

Novatio non fit per conſtitutum, niſi expreſsè agatur. B*ar.l.ubi quis.ff.de conſt.pec.*

Novatio extinguit priorem promiſſionem. *Zaſ.l.eam qui.§ ſi hominem.num.23.ff.de V.O.*

Novatio eſt prioris obligationis in poſteriorem transfuſio. *Cling Inſt.quib.mod.toll.oblig.n.7.*

1310. Novatio præſupponit rē, quæ extat. *l.1.ff.de novat.*

Novatio purgat moram præcedentem. *Zaſ. l. ſi ſervum.§. ſequitur num.22.ff.de V.O.*

Novatio eſt prioris debiti in aliam obligationem mutatio *l.1.in pr.ff.de novat.*

Novatio obligationis fit, quando idem deducitur in ſecundâ, quod debetur ex prima obligatione. *l.prædia.ff.de act.empt.*

Novatio non præſumitur, quando ſtipulatio interponitur in continenti. *l ſingularia.ff.ſi cert.pet.*

Novatio non eſt præſumenda, ubi non apparet. *l.fin.C.eod.*

Novatio in dubio non præſumitur, ſed potiùs continuatio. *Decian.conſ.11.num.34.& ſeqq.vol.1.*

Novatio fit, quando unus promittit pro altero. B*al. l.2.C.de except.vi ludic.*

Novatio hodie non inducitur, niſi expreſsè agatur. *l. fin. C.de novat.*

Novatio maior præſumitur, ſi fiat ex intervallo. *l. non ad ea.ff.de cond.& dem.*

1320. Novatio neceſſaria pignus non perimit, ſed voluntaria. *l.ſolutum ubi* Bar.*ff.de pignor.*

Novatio non fit ſine ſtipulatione. *l.5.§. ſatis acceptio. ff. de V.O.*

Novatio eſt ſpecies ſolutionis. *l ſi rem.§.fin.ff.de novat.*

No-

Digitized by Google

Novatio non poteſt fieri, niſi per ſtipulationem. *l. ſi ex precio. ff. ſi cert. pet.*

Novatio non præſumitur. *Alex. conſ. 13. vol. 2.*

Novationis effectus conſenſu partium reſtringitur, ut quod non ipſo iure *Alex. l. pen. ff. de prætor. ſtip.*

Novatione tollitur obligatio. *l. novatione. C. de fideiuſſ.*

Novatione factâ liberatur fideiuſſor. *Capolbec. de pact. & ff. de pignor.*

Novata pro novis ſunt habenda. *c. paſtoralis. de except.*

1330. Novella uxor dicitur per annum à die conſummati matrimonii. *35. q. 7. c. 1.*

Noverca inimica privigni. B*ertrand. conſ. 22. n. 4. vol. 3.*

Noverca privignis eſt ſuſpectiſſima. *Decian. conſ. 93. num. 1. vol. 2.*

Noverca non poteſt eſſe tutrix privigni. *Bald. l. 2. C. de neg. geſt.*

Noverca poteſt defendere privignum. *ibid.*

Noverca tenetur actione furti, ſi expilaverit viri hæreditatem ad privignos pertinentem. *ibid.*

Noverca poteſt petere dari tutorem privigno. *Bal. l. 2. C. de neg. geſt.*

Noverca poteſt vocari in ius ſine veniâ. *DD. & Alex. l. generaliter. ff. de in ius voc.*

Noverca non cogitur habitare cum privigno. B*ald. Auth. hoc lucrum. C. ſi ſecundò nup. mul.*

Noverca dicitur quaſi nocens arcus. *Bertrand. conſ. 336. Cavalc. de uſufr. mul. rel. n. 138.*

1340. Noverca iuſticię eſt pręcipitatio. *l. Et quia. ff. de inter.*

Noverca potiùs inter affines quàm aſcendentes numeratur. *§. affinitatis. Inſt. de nupt.*

Noverca quaſi non arca ſine fructu. *§. ſocrum. Inſt. de nupt.*

Noverca præſumitur male affecta in privignos, *Idem concluſ. 1112. num. 1.*

Novercæ appellatione non venit noverca magna, id eſt, ſecunda uxor avi. *Alex. l. 1. C. de ſucceſſ. Edict.*

Novercalia delinimenta plærumq; parentes inducunt ut indignè in ſanguinem ſuum inferant iudicium. *l. non eſt. ff. de inoff. teſt.*

No-

Digitized by Google

Novus Advocatus præſumitur ſubtilior. *Spec. de Advoc.* §. 9. *V. item cautus.*

Novus modus probandi dominium non eſt inveniendus, cum multi ſint & certi *Spec. de Locat.* §. 1. *V.* 53.

Novus dominus ſuperveniens debet ſubditos ſuos cõſervare in eo ſtatu, in quo reperit. *Plat. l. nomine. C. de decur. lib.* 10.

Nova creatio difficilior, quàm reditus *Vaſq. de ſucceſſ.* §. 15. *requiſit.* 15. *n.* 111. *lib.* 2. (*peregrè ff. de acq. poſſ.*

1350. Nova cauſa præſumitur ex diuturnitate temporis. *l.*

Nova cauſa affectata nõ prodeſt. *l. quæ omnia ff. de procurat.*

Nova lex poteſt extendi per legem antiquam. *l. ut tantum. ff. de ſerv. corrupt.*

Nova cauſa vel qualitas facit novum feudum. *Nic. Intrigliol. de feud. q.* 23. *n.* 9. (*proëm. V. ſanè.*

Nova litigia quotidiè generat humana cupiditas. *Spec.*

Nova cauſa novo op⁹ habet remedio. *Gail. li.* 1. *obſ.* 24. *n.* 4.

Nova & inſueta ſunt periculoſa. *l. ſi negotia. ff. de neg geſt.*

Nova omnia placent. *l.* 2. §. *mirabilis. ff. de vet. iu. enuc.*

Novæ hæreditates legitimæ capitis diminutione non pereunt. §. 2. *Inſt. de S C. Orfic.*

Novæ nuptiæ dicuntur infra annum. *Maſcard. de probat. concluſ.* 208. *num.* 10. *vol.* 1.

1360. Novæ dicuntur nuptiæ, quę per anni coronam nondum duraverint. *gl. c.* 1. 35. *q.* 8.

Novum feudum dicenti incumbit probatio, qua deficiente, defertur adverſario iuſiurandum. *c. ſi verò. de gradib. ſucced.*

Novum dicitur etiam id, quod noviter repertum eſt. *Curt. rep. l. admonendi. n.* 13. *vol.* 2. *ff. de iureiur.*

Novum non dicitur, quod prius deſtructum reparatur. *c. Acatius.* 22. *q.* 1.

Novum dicitur, quod nunquam fuit. *c. non a.* 7. *q.* 1.

Novum generaliter dictum ſeu diſpoſitum non extenditur ad ſupervenientia de novo, licet interceſſerit iuramentum. *l qui cum tutorib. ff. de tranſact.*

Novi operis nunciatio locum non habet contra facientem

Digitized by Google

tem foſſam, ut mortuus ſepeliatur. *l. de pupillo. §. ſi quis rivos. ff. de op. nov. nunc.*

Novi caſus deſiderant nova remedia. *l. 1. ff. de ven. inſp.*

Novis ex iudiciis inquiritur in abſolutum à proceſſu. *Bertazol. conſult. deciſ. lib. 1. conſ. 81. n. 14.*

Novis morbis nova ſemper antidota ſunt præparanda. *c. caterum. de iur. calum.*

1370. Noviſſima pacta ſervari oportet. *l. pacta noviſſ. C. de pact.*

Noviſſima faciliùs movent & retinentur. *c. liquido. de conſecr. diſt. 2.*

Noviſſima pacta in contrariis pactis prævalent. *Roſat. leg. emptor. in pr. ff. de pact.*

Noviſſima ſunt efficaciſſima. *l. ſi unus. §. pactus. ff. de pact.*

Noviſſimè factum prævalet. *l. ſi quis. ff. de acq. poſſ.*

Novit ille, qui nihil ignorat. *c. novit. de iud.*

Novitas tam periculoſa eſt, quàm ſuſpecta. *Tiraq. de iur. primogen. præfat. n. 107.*

Novitas eſt illicita poſſeſſio. *Damhoud. prax. civ. c. 33. nu. 3.*

Novitati anteponitur reducta antiquitas. *l. lege 12. tab. C. de legit. hær.*

Novitates ſunt fugiendæ, & non introducendæ. *gl. c. conſuetudine de conſuet.*

1380. Novitates arguunt fraudem. *Butrig. conſ. 42. col. 1.*

Novitates ſunt odioſæ, & producunt triſtes eventus. *Menoch. conſ. 52. n. 154. vol. 1.*

Novitius dicitur per annum. *Bar. l. fin. ff. de public.*

Novitii ſervi dociliores. *l. præcipiuntur. §. præſumptum. ff. de ædil. Edict.*

Novitii ſemper credunt, ſe decipi. *§. illud. proëm. ff.*

Novitii monaſteriorum debent habere magiſtros. *Card. clem. 1. §. pen. de ſtat. monach.*

Novitii ante factam profeſſionem intra annum ſunt liberi. *Alex. 46. Vol. 4.*

Nox eſt privatio lucis. *c. conſulvit. de off. de legat.*

Nox geminat cuſtodiam. *l. 1. C. de cuſtod. reor.*

Nox dicitur à tenebris. *Abb. c. perfodiens. de homicid.*

1390. Nox non eſt, niſi ubi adeſt obſcuritas. *Bald. l. C. de emend. Cod. Iuſtin.*

Nox & iuſtus dolor relevant factum, *l. quod calore. ff. de reg. iur.*

No-

Digitized by Google

Noxa eſt ipſum delictum commiſſum. *l.1.ff.ſi quadr.paup.*

Noxa omne delictum continet. *l.plebs.§.fin.ff.de V.ſignif.*

Noxa caput ſequitur. *l.rem mihi.ff.commodati.*

Noxæ deditio diviſionem non recipit. *l.ſi ſervus.ff.ad l.Aquil.*

Noxæ dedere, eſt animal tradere vivum *ibid.*

Noxam ſarcire tenetur, qui ædes caſu combuſſit. *l.qui ædes.ff.de incend.ruin.& nauf.*

Noxii abſolutio fieri non debet, ob acclamationem populi, *l.Decurionum.§.1.C.de pœn.*

Noxia eſt culpa ad caſum ordinata. *Gail.lib.2.obſ.100.num 25.*

1400. Noxale iudicium ſimplex. *l.4.C.de noxal.act.*

N v.

Nubere eſt honor. *Bar.l.Titio centum.§.Titio.ff.de condit.& demonſt.*

Nubere ſi non licet intra annum luctûs multò minus ſcortari. *Nov.conſt 39.cap.2.*

Nubens ſine dotalibus Inſtrumentis, non officit liberis ex ſe natis. *Nov.conſt.117.cap 3.*

Nudus dicitur, qui nihil habet circa ſe. *gl.c.cleros diſt.31.*

Nudus non dicitur, qui habet unum tantum filum in capite. *ibid.*

Nudus miniſter in legato nullum commodum ſentire debet. *l.Lucius Titius.§.2.ff.de leg.2.*

Nudi & inermes non debemus cum inimicis contendere. *Spec.de act.§.3.in pr.*

Nudo pacto Civitatibus debentur uſuræ rerum creditarum. *l.etiam.ff.de uſur.*

Nudo conventio & ſine causâ non valet. *l.2.ff.de dol.exc.*

10. Nudæ minæ ſunt impunitæ. *Royz decıſ. Lituan.3 nu.495 q.*

Nudum iudicis præceptum non ligat. *Cyn.l.quoties.ff.de (fideicom.*

Nudum pactum non parit efficacem obligationem ad agendum. *l.iurisgentium.ff.eod.*

Nudum præceptum teſtatoris non valet. *l, Lucius. ff. de leg.3.*

Nu-

Nuda voluntas dicitur ſive præſentia partis. *Bart. l. Pomponius. q. 1. ff. de neg. geſt.*

Nuda pacta duo circa idem faciunt unum veſtitum. *Cantiunc. conſil. 17. num. 22.*

Nudâ peractione poteſt effici, ne dolus malus præſtetur. *l. ſi unus. §. 3. ff. de pact.*

Nuda facta ad hæredem non tranſeunt. *l. qui hæredi. ff. de cond. & demonſt.* *(empt.*

Nuda & imaginaria venditio eſt nulla. *l. nuda. ff. de cont.*

Nuda promiſſio non valet. *l. ſi cautio. ff. de fid. Inſtrum.*

20. Nuda interrogatio non dicitur quæſtio. *leg. Item apud Labeonem. §. quæſtionem. ff. de quæſt.*

Nuda pactio parit exceptionem, non actionem. *l. 7. §. ſed cùm nulla. ff. de pact.*

Nuda exempla non interrumpunt conſuetudinem. *Gravet. conſ. 55. num. 6.*

Nuda profeſſio non inducit ius ſeu probationem. *l. non nudis. c. de probat.* *(menti. ff. de leg. 3.*

Nudâ voluntate fideicommiſſa infirmantur. *l. ſi iure teſta-*

Nudâ conventione non traditione tantum pignus contrahitur. *l. 1. ff. de pign. act.*

Nuda traditio ſine vero titulo non facit tranſire dominium, nec cauſam præſtat præſcribendi. *l. nunquàm. ff. de acq. rer. dom.* *(da. ff. de donat.*

Nuda donatio debitorem donantem non conſtituit. *l. nu-*

Nuda ratio non facit quem debitorem. *Spec. de confeſſ. §. 3. V. quid ſi ex certâ.*

Nuda detentio non transfertur per conſtitutionem precarii. *Mayner. l. in eo. n. 10. ff. de reg. iur.*

30. Nuda conventio non parit actionem, niſi veſtiatur traditione vel ſtipulatione. *l. diviſionis. ff. de pact.*

Nuda aſſeveratio non probat. *l. inſtrumento. C. de probat.*

Nudis pactis non transfertur dominium. *l. traditionibus. c. de pact.*

Nudis verbis actuarii non creditur. *l. 2. C. de Edend.*

Nuditas olim erat opprobrium. *c. olim. 8. q. 1.*

Nugatio reprobatur. *Clem. exivi. §. nos igitur de V. ſig.*

Nullus eſt affectus, qui vincat paternum. *l. cum furioſus in pr. C. decur.*

Nullus erit litium finis, ſi à tranſactionibus bona fide interpoſitis ceperit diſcedi. *l. fratris. C. de tranſact.*

Nullus actus perindè eſt, ac ſi nunquam fuiſſet factus. *Decian. conſ. 8. nu. 70. vol. 3.*

Nullus actus alicuius eſt teſtamento immiſcendus. *l. hâc conſultiſſimâ. C. de teſtam.*

40. Nullus propheta in patria acceptus. *gl. l. 2. ff. ex quib. cauſ. maior.*

Nullus regulariter excuſatur à collectis. *l. 2. C. de mun. patrim. lib. 10.*

Nullus præſcribit, qui alieno nomine poſſidet. *l. ſine poſſeſſione. ff. uſucap.*

Nullus qualibet prærogativa fultus à muneribus immunis habetur. *l. minus C. de decur.*

Nullus eſt conſenſus inter omnino, abſentes. *l. nec ignorans. ff. de donat.*

Nullius res occupatione acquirũtur. *c. feræ. inſt. de rer. div.*

Nullus ex pecunia fructus eſt. *88. diſt. c. eiiciens.*

Nullus poteſt eſſe ſui debitor vel creditor. *l. ab eo. ff. de neg. geſt. l. Vranius. C. de fideicom.*

Nullus cogitur contrahere ſocietatem. *l. ſi non ſortem. §. ſi centum. ff. de cond. indeb.*

Nullus cogitur emere, vendere, vel contrahere. *l. nec emere. C. de iur. delib.*

50. Nullus præſumitur ignorare vires patrimonii ſui & ſuorum. *gl. l. quisquis. C. de reſcind. vend.*

Nullus peccat in eo, quod vitare non poteſt. *l. 1. §. fin. ff. de autor. tut.*

Nullus eſt populus ſine legibus aut moribus. *Mynſ. §. Ius a. Civile. n. 2. Inſt. de iuſt. & iur.*

Nullus cenſetur exhæredatus in odium exhæredationis. *l. 1. & 2. ff. de lib. & poſthum.*

Nullus paſtor poteſt placere lupis & gregibus ovium. *cap. nihil. 83. diſt.*

Nullus omnia oculis mẽtis colluſtrare poteſt. *Ib. q. 7. n. 46.*

Nullus rei dominus eſt defunctus deinceps. *Auth. de nupt.*

Nul-

Nullus idoneus teſtis in re ſuâ. *l. nullus. ff. de teſtib.*

Nullius eſt momenti, quod contra ius vel utilitatem publicam profertur. *l. iubemus. C. de SS. Eccleſ.*

Nullius eſt momenti captura inordinata. *Ripa conſ. 90. num. 13.*

60. Nullius alterius iudicis, præterquàm ſui ſententiâ quis damnari debet. *c. primatus. diſt. 71.*

Nullius ponderis eſt conſulere, ubi non expedit. *Maſcard. de prob. vol. 1. q. 5. n. 56.*

Nullius eſſe dicuntur, quæ hominum dominio non permanent. *Bal. §. univerſitatis. n. 2. inſt. de rer. diviſ.*

Nullius quod eſſe poteſt, obligari nequit. *l. quod nullius. ff. de reg. iur.*

Nulli civitatem Romanam reſpuere licet aut permittitur. *Alciat. in praxi ſua.*

Nulli magis ſalutem reip. tueri creditum eſt, quàm Cæſari. *l. 3. ff. de off. præſ. vigil.*

Nulli res ſua ſervit. *l. in re communi. ff. de ſervit.*

Nulli auferendum beneficium eſt legis. *Bal. Auth. hoc locum. n. 1. C. de ſecund. nupt.*

Nullum fit, quicquid ſequitur, ex eo, quod nihil eſt. *Bald. conſ. 156. vol. 3.*

Nullum quod eſt, non reſcinditur. *Donellus. l. ſub prætextu. C. de tranſact.*

70. Nullum quod eſt, rumpi aut revocari non poteſt. *leg. nam et ſi. ff. de ini. irr. nupt. teſt.*

Nullum quod eſt, annullari non poteſt. *Spec. de appell. §. 1. verſ. quid ſi unus.*

Nullum funditus validari non poteſt. *Inn. c. prudentiam. de off. deleg. Bal. l. fin. C. de bon. quæ liber.*

Nullum obſcurum eſt ſpecies probationis. *c. in præſentia. ext. de probat.*

Nullum ipſo iure confirmari poteſt ratihabitione. *l. 1. C. ſi maior. fact. alien.*

Nullum reſtitutione non indiget. *l. 2. C. de præd.*

Nullum violentum perpetuò tolerandum. *l. 2. ff. de his, qui ſui vel al. iur.*

Nullum eſt ius mere poſitivum, quod conſuetudine immutari non poſſit. *Iaſ.l.de quib.n.35.ff.de LL.*

Nullum eſt tempus minus in tempore maiore. *Zaſ.l.1.§. ſi quis ſimpliciter.nu.11.ff.de V.O.*

Nullum prædium ſibi ipſi ſervire poteſt. *l.cum eſſent.§ fin. ff.de ſerv.ruſt præd.*

80. Nullum teſtamentum non eſt teſtamentum. *l.Paulus.ff de Verb.ſign.*

Nullum ſimile eſt idem. *c.innotuit.de Elect.ubi Abb.*

Nullum eſt delictum, ubi non eſt dolus. *Herculan. de caut.cap.ult.nu.27.*

Nullum verbum tam univerſale eſt, vel indiſtinctum, quod ex circumſtantiis non reſtringatur. *leg.ſi cui.C. de ſervit.*

Nullum quod eſt, fruſtra ſcinditur. *Cephal.conſ.61.nu.28.*

Nullum patris delictum innocenti filio pœnæ eſt. *l.2.§. nullum.ff.de decur.*

Nullum eſt commercium non magis, quam eorum, quæ dicuntur impoſſibilia. *l.generaliter.ff.de V.O.*

Nullum intereſſe iuſtius, quam fructuum. *Caball. de eo quod intereſt.nu 209.*

Nullum verbum cenſeri debet ocioſè appoſitum. *Bart. rub.ff.de contrah.empt.*

Nullum violentum durabile. *Neviſ.conſ feud.12.n.pen.*

90. Nullum quicquid eſt, ratificari non poteſt. *Spec. de iud.DD.§.8.Verſ.quid ſi committeres.*

Nullum ſervetur iudicium, niſi rationabiliter habitum. *2.q.1.c.inprimis.*

Nullum eſt maius mentis noſtræ teſtimonium, quam qualitas inſpecta verborum. *Bal.rub.ext.de teſtib.*

Nullum ſuffragium habet iuſticia. *c.nec mirum.26.q.5.*

Nullum & inefficax pro nihilo habetur. *l.1.in fin.ff.quod quis iur.Clem 2.§.fin.de iud.*

Nullum non dicitur ipſo iure nullum, ſed quia iuris remedio nullum. *l.ult.§.ult.C.de bon.quæ lib.* (*cap.7.n.5.*

Nullum homonymon poteſt definiri. *Borcholt.de V.O.*

Nullum non convalidatur. *Ceph.conſ.118.n.16.Vol.1.*

Nul-

Nullum eſt, quod nihil operatur, *Bal. l. ſicut proponis. nu. 5. C. ne de ſtat. defunct.*

Nullum eſt exilium, quod ab incompetente iudice indictum eſt. *l. 3. C. de pœn.*

100. Nullum dicitur, quicquid fit contra Statutum. *Grav. conſ. 170. num. 11.*

Nullum ex nullo fit. *l. non dubium. C. de LL.*

Nullo modo ſuſtinetur actus, qui càret formâ. *Mant. de coniect. ult. vol. lib. 12. tit. 12. n. 14.*

Nullo iure poſſidet conductor. *Rip. conſ. 154. num. 3.*

Nullorum nullus effectus. *l. 4. § cõdemnatum. ff. de re iud.*

Nulla firmior probatio, quam proprii oris confeſſio. *Corn. conſ. 261.*

Nulla fœmina poteſt legem condere. *l. 2. C. de LL. c. nova quadam. de pœn.*

Nulla valet ſtipulatio onerandæ libertatis cauſa facta. *l. 1. § quæ oneranda. ff. quar. rer. act.*

Nullâ curâ poſſumus vitare damnum. *l. ad eos. ff. commodat.*

Nulla victoria fit à pari. *l. non ſolum. §. de uno. ff. ritu nupt.*

110. Nulla emptio poteſt eſſe ſine precio. *§. precium. inſt. de Empt.*

Nulla utilior & brevior methodus, quam per contraria & oppoſitiones diſcutere veritatem. *Gribal. de rat. ſtud. lib. 1. §. 6.*

Nulla collatio non eſt collatio. *Dec. conſ. 126. col. fin. in pr.*

Nulla rerum turpium eſt obligatio. *leg. generaliter. ff. de Verb. Oblig.*

Nulla poteſt corporis æſtimatio in homine libero. *l. 1. & fin. ff. de his qui effud.*

Nulla lis nobis eſſe poteſt cum eo, quem in poteſtate habemus, niſi ex caſtrenſi peculio. *l. lis nulla. ff. de iud.*

Nulla fœmina habet ſuos hæredes. *l. nulla. ff. de leg. hær.*

Nulla differentia inter hæc, ſi quid fiat, perperam, vel prorſus non fiat. *l. nulla. ff. de aut. tut.*

Nullâ morâ contractâ à venditore periculum eſt emptoris. *l. lectos. ff. de peric. rei vend.*

Nulla iuris ratio aut ætatis benignitas patitur, ut, quæ ſalubriter pro hominum utilitate introducuntur, ea nos duriore interpretatione contra ipſorum commodum producamus ad ſeveritatem. *l. quod favore. C. de LL.*

120. Nulla eſt celeritas, quæ poſſit cum animi celeritate contendere, *Io. And. c. tua nos. de ſponſal.*

Nulla maior nullitas exiſtit, quàm in defectu Iuriſdictionis. *Ang. l. 1. C. quand. prov. non eſt nec.*

Nulla ætas ſera eſt ad diſcendum. *c. eſto. 35. diſt.*

Nulla maior eſt iniuſticia, quam nullitas. *Innoc. c. dilecto. de Appell.*

Nullum dicitur iniquum. *l. ſcire. §. fin. ff. de excuſ. tut.*

Nulla venditio eſt ſine precio & mercede. *l. inter patrem. ff. de contr. empt.*

Nulla debet denegari iuſticia. *Bart. l. 2. n. 1. ff. de his, qui ſui vel ali. iur.*

Nulla pœna eſſe debet, ubi nullum eſt delictum. *l. aliud eſt fraus. ff. de V. ſign.*

Nulla eſt lex, quæ non participet de lege æternâ. *c. quæ contra mores. 8. diſt.*

Nulla regula tam firma eſt, quę non patitur exceptionem. *Mauſer. proceſſ. iud. de probat.*

130. Nulla mora, ubi nulla petitio. *l. lecta. ff. ſi cert. pet.*

Nulla eſt adeò generalis regula, quæ non interdum patiatur exceptionem. *l. 1. ff. de reg. iur.*

Nulla eſt pars in ſervitutibus. *l. proprium. ff. com. præd.*

Nulla in iure vera antinomia. *l. 1. §. Nulla. C. de vet. iu. enuc.*

Nulla ſyllaba debet eſſe ſine effectu aliquid operandi. *Bald. rub. C. de contr. empt. q. 9.*

Nulla lex eſt, quæ ſuâ cauſâ ſuâque ratione careat. *Ant. Maſſa. de exercit. iuriſprud. lib. 2. n. 6.*

Nulla temporis præſcriptio nocet aditioni præpoſitæ. *Vigel. de iur. feud. cap. 5. q. 5. reg. 2.*

Nulla procedit recta operatio intellectus ſine ſcientiâ. *Bal. l. 1. n. 6. ff. de iuſt. & iur.*

Nulla ad incognitum affectio. *Ang. conſ. 78. n. 2.*

Nulla ſocietatis in æternum coitio eſt. *l. nulla. ff. pro Soc.*

140. Nul-

140. Nullâ lege prohibitum eſt, univerſa bona in dotem dare. *l. nullâ lege. C. de dot. promiſſ.*

Nullâ pactione effici poteſt, ne dolus præſtetur. *l. ſi unus. §. illud. ff. de pact.*

Nulla dignitas impedit nuptias, etiam cum ignobiliore matrimonium contrahere. *Auth. ſed nov. iur. C. de nupt.*

Nullitas tacitè venit in appellatione. *Bal. add. Spec. de app. tit. 2. V. dies.*

Nullitas teſtamenti debet probari per allegantem. *Bal. l. ſi ſcriptum. C. de probat.*

Nullitas ſententiæ bis vel tertiò proponi non poteſt. *Inn. & Bal. c. tenor. de re iud.*

Nullitas principaliter mota non patitur deſertionem. *Bertach. repert part. 3 fol. 155. col. 2 adfi.* (*deciſ. 340.*

Nullitas requirit libellum & lit: cont: niſi ſit notoria. *Rot.*

Nullitas ſententiæ proponitur officio iudicis. *Bart. l. 1. ff. quand. provoc. non eſt neceſſ.*

Nullitas contractûs ratione communis culpæ poteſt allegari per quemlibet ex contrahentibus. *Bal. l. acceptam. 22. q. C. de uſur.*

150. Nullitas teſtamenti poteſt proponi etiam per hæredem deliberantem. *Bal. l. ſuus. C. de rep. hared.*

Nullitas propoſita facit, quòd teſtamentum non reconvaleſcat *ibid.*

Nullitas ſententiæ poteſt proponi, etiam coram iudice, qui protulit eam. *l. ſi ut proponis. C. quom. & quand. iud.*

Nullitas unius partis unius Capituli viciat totum Capitulum. *c. cùm tempore. de arb.*

Nullitas perpetuò dici poteſt. *c. unde quæritur. 35. q. 9.*

Nullitas poteſt proponi per eum, qui de falſo accuſavit, & ſuccubuit. *Bar. l. Lucius. ff. de pet. hær.*

Nullitas ex defectu iuriſdictionis proficiſcens omnimodo attendenda. *Gail. lib. 1. obſ. 127. n. 8.*

Nullitas iuriſdictionis ſemper opponi poteſt. *ibid. nu. 8.*

Nullitas ex defectu Citationis Statuto tolli neq: *it. ib. n. 10.*

Nullitas notoria non requirit lit: cont: *ib. cent. obſ. 77. n. 1.*

160. Nullitas renunciatione omnium non tollitur. *ibid. num. 23.*

Nullitas in cauſâ appellationis incidenter venit. *ib. n. 6.*
Nullitas teſtamenti etiam incidenter proponi poteſt in petitione hæreditatis. *Bar. l. 2. C. de ord. iud.*
Nullitas ſententiæ vicarii poteſt proponi coram Epiſcopo & è contrà. *Bal. c. dilecti. Ex. de app.*
Nullitas ſi temerè intentetur, non eſt locus pœnæ arbitrariæ, ſicut, quando appellatur temerè. *Bald. l. eos. § nec temerè. C. de appell.*
Nullitas ſententiæ debet plenè probari, aliàs non impedit executionem. *DD. leg. 1. ff. quand. pro v. non nec.*
Nullitas devolvit reformationem ſententiæ. *Inn. & Bal. c. cùm contingat. de off. deleg.*
Nullitas proveniens ex defectu Citationis poteſt ſemper allegari, nec unquam cenſetur excluſa. *Dec. conſ. 38. col. 5. in fi.*
Nullitas devolvit cauſam principalem. *Gail. lib. 1. obſ. 127. num. 1.*
Nullitas devolvit iniquitatem. *Id. obſ. 13. num. 3.*
170. Nullitas & appellatio ſunt diuerſa remedia. *ib. num. 4.*
Nullitas non deſeritur deſertâ appellatione. *Ibid. n. 6.*
Nullitas actus dicitur pœna. *Caſt. conſ. 272. col. 1.*
Nullitas replicando poteſt intentari. *Bald. l. ſuus. C. de rep. hæred.*
Nullitas omnis tollitur conſenſu. *l. 2. C. commun. utriuſque iud.*
Nullitas non cenſetur remota appellatione remotâ. *Natta conſ. 27. n. 6.*
Nullitas ſententiæ ſine appellatione proponi poteſt. *l. abſentem. C. de accuſ.*
Nullitas ſuccedens loco querelæ dicitur querelæ. *Bald. l. ſi pater. C. de. inſt. & ſubſtit.*
Nullitatis exceptio, reſultans ex eiſdē actis impedit executionem rei iudicatæ ex trib. conformib. *Oldr. conſ. 106.*
Nullitatis causâ pendente attentata revocantur, ſicut appell. pendente. *Bal. l. 1. C. quand. provoc. non eſt nec.*
180. Nullitatis cauſa deſeritur eodem modo, quo appellatio. *Alex. conſ. 51. vol. 4.*

Nul-

Nullitatis pœna eſt afflictio intentionis. *Mant. de coniect. ult. vol. lib. 2. tit. 15. n. 4.*

Nullitatis quæſtio non impedit aditionem. *Bal. l. ſuus. C. de repud. hered.*

Nullitatis causâ deſertâ non remanet ſententia. *l. furti. §. 1. ubi Bal ff. de infam.*

Nullitatis exceptio impedit executionem. *Bart. l. ſi prætor. §. Marcellus. n. 4. ff. de iud.*

Nullitatis cauſa debet inſeri in libello. *Inn. c. cùm Bertholdus. in fi. de re iud.*

Nullitatis exceptio non eſt propriè exceptio, ſed defenſio. *l. 4. §. condemnatum. ff. de re iud.*

Nullitatem non tollit clauſula Remotâ. *app. ib. n. 7.*

Nullitatibus poſſunt partes expreſsè renunciare. *obſ. 135.*

Nullatenus auditur petens reſtitutionem uſurarum niſi prius uſuras reſtituerit, quas ab aliis noſcitur recepiſſe. *c. Michael. de uſur.*

190\. Nulliter contumax non poteſt dici contumax. *Dec. c. prudentiam. de off. deleg. Gram. deciſ. Neap. 29. n. 2.*

Nulliter geſtum non opus eſt revocare. *Turzan. Com. Opin. 158.*

Nulliter facta pro infectis habētur. *l non dubium. C. de LL.*

Numeralia nomina ſunt collectiva. *Bar. l. ſi ex toto. §. fin. ff. de legat. 1.*

Numerans precium alio emente non quærit ſibi dominium, niſi nomen emptoris fuerit ſimulatum. *Bal. l. 3. C. ſi quis alt. vel ſibi.*

Numeratio facit dotem, non cautio nuda, *l. 1. C. de dot. caut. non num.*

Numeratio pecuniæ uni correorum facta, omnibus facta videtur. *l. 4. C. de duob. reis ſtipul.*

Numeratio pecuniæ utilis non vitiatur per ſtipulationem inutilem. *l. fin. C. de inutil. ſtipul.*

Numeratio probatur per confeſſionem de recepto. *Bald. l. pecuniæ. C. de ſolut.*

Numeratio præſumitur, ſi pecunia fuit præſens. *Bald. l. ſi ex precio. C. ſi cert. pet.*

200. Numeratio nomine alterius fieri dicitur, ſi exprimatur. *Alex. Bal. & Ang. l. ſi ita ſtipulatus. ff. de V. O.*

Numeratio præſumitur facta tempore inſtrumenti continentis confeſſionem de recepto cum ſtipulatione. *Bart. & Alex. l. poſt dotem. ff. ſol. matr.*

Numeratio debet probari per allegantem ſive ſit actor, ſive reus. *Bal. l. 1. C. de probat.*

Numeratio uſurarum non præſumitur contra uſurariũ. *ib.*

Numeratio præſumitur ex lapſu biennii, niſi contra probetur. *Bal. l. ſi ex cautione. C. de non num. pec.*

Numeroſa multitudo nihil honeſti habet. *§. multitudo. Auth. de refer. ſac. pal.*

Numerus fluminum paradiſi eſt quaternus. *Spec. Verſ. in quarto.*

Numerus Evangeliſtarum quaternus eſt. *ibid.*

Numerus maior facit præſumi maiorem veritatem. *Spec. de teſte. §. 1. V. quid ſi omnes.*

Numerus unus quandoque excludit alium. *Spec. de poſit. §. 5. V. in ſecundo.*

210. Numerus maior facit præſumi maiorem zelum. *Specul. de Elect. §. 1. V. publicatione.*

Numerus ſingularis habetur pro genere. *gl. Rub. inſt. de act.*

Numerus ſingularis verificatur in duobus. *l. ubi numerus. ff. de teſtib.*

Numerus ſingularis verificatur etiam in pluribus. *l. qui filiabus. §. 1. ff. de legat. 1.*

Numerus præſidentium debet augeri numero ſubditorum creſcente. *Card. clem. dudum. de ſepult.*

Numerus canonicorum poteſt augeri, non numerus præbendarum. *Card. clem. 1. §. fin. 16. q. de præbend.*

Numerus filiorum excuſat à tutela. *l. 2. ff. de Excuſ. tut.*

Numerus pupillorum non conſideratur, ſed difficultas tutelæ. *l. ſi is qui tres §. fin. ff. de Excuſ. tut.*

Numerus teſtium ſupplet fidem, ubi de fide dubitatur. *Rip. conſ. 154. nu. 5.*

Numerus advocatorum debet eſſe certus in unoquoque foro. *l. cum advocatio. C. de advoc. diver. iud.*

220. Nu-

220. Numerus certus augeri vel minui non debet. *leg. ſi quis derogatis. C. eod.*

Numerus creditorum non obſervatur, ſed quantitas debiti. *l. fin. C. qui bon. ced. poſſ.*

Numerus teſtium quandoque non obſervatur. *l. ob carmen. ff. de teſtib.*

Numerus liberorum non ſupplet defectum ætatis. *l. de his. C. de admin. tut.*

Numerus maior creditorum trahit ad ſe minorem. *l. fin. C. qui bon. ced. poſſ.*

Numerus ſtatutus augeri non debet. *l. petitiones. C. de Advoc. div. iud.*

Numerus minor ineſt maiori. *l. 1. §. ſi ſtipulanti. ff. de Verb. Oblig.*

Numerus teſtium auget, non minuit. *Bal. l. de quibus. nu. ult. ff. de LL.*

Numerus pluralis pro ſingulari ſumitur. *l. non eſt ſine liberis. ff. de Verb. ſignif.*

Numerus actionum non eſt plenus. *l. quia. ff. de præſcript. Verb.*

230. Numiſmata tam veterum, quam novorum Principum, modo iuſti ponderis, probæque materiæ ſint, valent. *l. ex eo. ff. de teſta. milit.*

Nummus ex re furtiva redactus non eſt furtivus. *l. qui vas. §. qui furem. ff. de furt.*

Nummus eſt futuræ neceſſitatis fideiuſſor. *Curt. de ſequeſt. n. 4.*

Nummi eiuſdem qualitatis ſunt apud omnes. *Roſ. ſi hæreditatis. § ſi numerus. n. 12. ff. de legat. 1.*

Nummo uno conductio facta non valet. *l. ſi quis ante. ff. de acquir. poſſ.*

Nummorum æſtimatio certa eſt. *leg. 3. ff. de in litem iur.*

Nummularii rationes ex edicto reddere debent. *l. quadam. §. 4. ff. de Edendo.*

N v.

Nunciare cauſam fiſco nemo cogitur. *l. res quæ in controverſia. §. fin. ff. de iur. fiſc.*

Nun-

Nuncians alteri triſte aliquod dolo, tenetur. *l. 1. §. 1. ff. de eo per quem fact. erit.*

Nuncians novum opus, tenetur demonſtrare locum, in quo fit. *l. de pupillo. §. qui nunciat. ff. de oper. nov. nunc.*

240\. Nuncians, qui poſſidet, non habet neceſſe adire iudicem, nec in nunciatione, nec in proſecutione. *Ruin. l. 1. §. nunciatio. ff. de op. nov. nunc.*

Nuncians novum opus dicitur in poſſeſſione turbare. *Prat. l. non cogendum. ff. de procur.*

Nunciatio contra ædificantem in rebus eccleſiæ fit, ſicut contra ædificantem in publico. *Bart. l. 2. ff. eod.*

Nunciatio debet fieri in re præſenti. *l. de pupillo. eod.*

Nunciatio prætori fieri poteſt. *DD. ibid.*

Nunciatio novi operis poteſt fieri etiam à non poſſidente. *DD. ibid. §. meminiſſe.*

Nunciatio novi operis pertinet ad opera ſolo cohærentia, non ad alia. *Alex. l. 1. §. opus ff. eod.*

Nunciatio novi operis non poteſt fieri fulcienti opus antiquum. *DD. l. 1. §. ſi quis ædificium. ff. eod.*

Nunciatio novi operis poteſt iterum fieri & prima tollitur per ſecundum. *Bar. l. cum procurator. ff. eod.*

Nunciatio fit per iactum lapilli in ipſo opere. *Bart. l. 1. § in operis. ff. de op. nov. nunc.*

250\. Nunciatio novi operis per conductorem fieri nequit. *Alex. & DD. ibid.*

Nunciatio novi operis datur habenti ſervitutem contra ædificantem in præiudicium ſervitutis urbanæ vel ruſticæ. *Bar. ibid.*

Nunciatio novi operis fieri poteſt, etiam in refectionem operis. *Bar. l. 1. §. ſi quis ædificium. ff. eod.*

Nunciatio novi operis per rectorem Eccleſiæ fieri debet nomine Eccleſiæ, non ſuo. *ibid.*

Nunciatio novi operis interrumpit præſcriptionem, ſed non cauſat malam fidem. *Bar. l. aliena. ff. pro Emptor.*

Nunciatio fieri poteſt per forenſem contra ædificantem in via publica, non autem in loco publico. *Bar. l. 3. § fin. ff. de op. no. nunc.*

Nun.

Nunciatio novi operis extinguitur alienatione & nunciatione factâ *l. non ſolum. §. pen. & fin. ff. eod.*

Nunciatio novi operis extinguitur morte nunciantis. *ibid.*

Nunciatio novi operis extinguitur pacto privatorum. *ib.*

Nunciatio novi operis extinguitur prohibitione prætoris. *l. ſi opus novum. ff. eod.*

260. Nunciatio novi operis extinguitur ſatiſdatione. *l. 1. ff. eod.*

Nunciationis operis novi cautio interponitur à vicino ædificare volente. *l. ſtipulatio. ff. eod.*

Nunciatio novi operis, ſi prohibeatur non præiudicatur cæteris actionibus. *l. ſciendum. ff. eod.*

Nunciatio novi operis debet cauſam continere. *Bar. l. 1. ff. de op. nov. nunc.*

Nunciatio evidenter iniqua poteſt ſperni. *Abb. c. 1. eod. tit.*

Nunciatio novi operis præſupponit poſſeſſionem. *leg. qui viam. ff. de nov. op. nunc.*

Nunciatio novi operis facta per eum, qui non habet ius nunciandi, ligat, & nocet iuſtè ædificanti. *l. 1. §. ſed.*

Nunciationem operis novi poteſt remittere dominus. *l. cùm procurator. §. 1. ff. eod.*

Nunciator novi operis ſi ſit paratus ſtatim de iure ſuo probare, debet audiri, & de causâ cognoſci. *l. 1. C. eod.*

Nuncius cum generali mandato & literis generalibus poteſt contrahere conſtitutum. *Bal. Rub. C. de conſt. pec.*

270. Nuncius præſumitur in dubio, quando quis miſſus eſt ad acquirendum dominium vel poſſeſſionem. *Bald. l. ſi literas. C. mandat.*

Nuncius intrans domum alicuius per vim tenetur de vi. *Ang. l. plariq. ff. de in ius vocand.*

Nuncius non poteſt eſſe in iudicio. *c. ex parte de privil.*

Nuncius non obligatur. *gl. l. ſi pupilli. ff. de negat. geſt.*

Nuncius ex contractu non obligatur. *Bal. l. ſi ex contractu C. quod cum eo.*

Nuncius faciens falſam citationem vel relationem tenetur de falſo. *Bar. l. qui nomine. ff. falſ.*

Nuncius ad citandum non poteſt ingredi domum invito citato. *Spec. de citat. V. ſed quæritur.* Nun-

Nuncius mittendus ad abſentem iuraturum debet mitti ſumptibus abſentis. *Bar. l. 1. ff ex quib. cauſ. in poſſ.*

Nuncius debet eſſe publicus & iuratus. *Ang. Auth. de iud.*

Nuncius dicitur cum & non ſine mandato. *gl. l. 1. ff. contr. empt.*

280. Nuncius de leuiſſimâ culpa non tenetur. *Alex. quod Nerva. ff. de pol.*

Nuncius dicitur etiam ad incertam perſonam, *D D. l. ſi quis ſervo. C. quod cum eo.*

Nuncius dicitur ad unam ſpeciem conſtitutus. *Bart. l. 1. §. ſi procurator. ff. de procurat.*

Nuncius dicitur pica & organũ. *l. multum. §. fin. ff. ſi quis alt. vel ſibi.*

Nuncius præſumitur citaſſe ad domũ & non perſonaliter. *Bal. l. properandum. §. fin. aut. C. de iud.*

Nuncius delinquens in officio, poteſt ab officio removeri. *Bal. l. 2. C. de ſport.*

Nuncius ſolennis debet mitti pro re arduâ. *Card. Clem. 1. §. 2. de iureiur.*

Nuncius portans triſtia nova tenetur ad intereſſe. *Alex. l. 1. ff. de eo per quem fact. erit.*

Nuncius portans literas homicidii ſcienter, punitur pœna homicidii. *Marſ. ſing. 171.*

Nuncius eſſe poteſt quis in cauſa propria ad citandum adverſarium, *Bar. l. eum qui. §. fin. ff. de furt.*

290. Nuncius non admittitur in cauſa criminali ad allegandum cauſas abſentiæ. *Bal. l. fin. C. de procur.*

Nuncius poteſt facere relationem citationis etiam Notario actionum, ſine iudice. *Bald. l. præcipimus. C. de appell.*

Nuucius poteſt referre etiam abſente parte. *Bar. l. Theopompus. ff. de dot. præleg.*

Nuncius poteſt eſſe iudex delegatus. *gl. & Alex. l. nonnunquam. ff. de iudic.*

Nuncius generalis conſtitui nequit. *Alex. poſt. Bart. l. ſi pupilli. ff. de neg. geſt.*

Nuncius etiam infamis eſſe poteſt. *l. nec infames. C. de decur. lib. 10.*

Nun-

Nuncius publicus non poteſt eſſe delegatus, niſi in civilibus cauſis. *Bald. l ſi ut proponis. C. Execut. Rei iudic.*

Nuncius non poteſt prorogare diem ſolutionis. *l. qui Romæ. §. Callimachus. ff. de V. O.*

Nuncius unius Curiæ non poteſt citare, in aliâ curiâ. *Bal. l. 1. § cura. ff. de off. præf. Vrb.*

Nuncius idem debet citare in totâ cauſâ. *Bal. l. 1. C. de Sport.*

300. Nuncius videtur miſſus ad notificandum non ad ſubſtantiam actus qui geritur inter abſentes. *ibid.*

Nuncius eligitur periculo iudicis eligentis. *Auth. de iud. §. hoc autem.*

Nuncius poteſt eligi per arbitrium & per eū qui citat partes. *Bar. Extravag. ad reprimendum. V. per nuncium.*

Nuncius eſt viva vox domini abſentis. *Schrad. de feud. part. 3. cap. 2. num. 37 & par. 10. ſect. 9. num. 51.*

Nuncius nudus gerenda non obligatur. *l. 4. C. quod cum eo qui in al. pet.*

Nuncius fungitur vice, Epiſtolæ. *l. fin. C. ſi quis alt. vel ſib.*

Nuncius verba concipit in perſonâ domini, procurator in ſuâ. *ibid.*

Nuncius ad unguem ſervare debet eius mandati formam. *DD. l. diligenter ff. mand.*

Nuncius relationem habet ad mittentem. *gl. l. 2. § legentis, ff. de iud*

Nuncius non poteſt alteri ſtipulari. *Bal. l. 1. C. per quas perſonas nob. acq.*

310. Nuncius organum domini. *Corraſ. l. ſtipulatio. n. 22. ff. de V. O.*

Nuncii relationi ſtatur. *Gail. lib. 1. obſ. 54. n. 4.*

Nuncii relatio debet ad acta poni. *ibid. n. 7.*

Nuncii executio vitioſa propriis ſumptibus expedienda. *ibid. num. 8.*

Nuncii officium eſt intimare. *Bal. l. 1. n. 10. C. de ſent. & int. om. iud.*

Nuncii mendacium non nocet mittenti. *l. Eum qui rem ff. commod.*

Nuncii induſtria regulariter intelligitur electa. *Felin. c. cum dilecta ext. de Reſcript.* Nun-

Nuncii geſta ratificari non poſſunt. *Bar.l.multum.§.fin. C. ſi quis alt.vel ſibi.*

Nuncii relationi ſuper reſponſione factâ per citatum creditur. *Bart.l.tres denunciationes.C.quomod. & quand. iud.* (*D.Adria.toll.*

Nuncii officium dicitur viliſſimum. *Bal. l. fin. C. de Edict.*

320. Nuncii miſſio non eſt de ſubſtantia actus.*Bald.l.falſus.C. de furt.*

Nuncio referenti maleficium creditur ad inquirendum non ad condemnandum, *Ang.tract. malef. V.publico nuncio.* (*urb.*

Nuncio dicenti ſe citaſſe creditur. *Bart.l.1.§.ff.de off. praef.*

Nuncio Principis non creditur ſine literis mandati.*Bart. l. 1. C.mand.princip.*

Nuncio publico & iurato credendum eſt citra citationem, in aliis ſecus.*c.prudentiam.de off. deleg.*

Nuncio dicenti, quod citatus reſponderit, ſe non venire non creditur,*Bald.add.Spec.de ſent.V.citatio.*

Nuncio poteſt ex neceſſitate iudex committere, ut cauſam dirimat.*Bar.l.fin.ff. de iud.*

Nuncio nihil poteſt immutari, niſi excedat modum. *Phil. Franc.c.novit.de appell.*

Nuncio pignoranti ultra modum poteſt impune reſiſti. *Bart.l.pen.C.de Exe. & Exact.*

Nuncio creditur in his, quæ non pertinent ad officium ſuum cùm de modico agitur. *Inn.c.1.de fid.inſtr.*

330. Nuncio ſine literis non creditur. *c. prudentiam.Ext. de off.deleg.*

Nuncios duos mitti cautius eſt.*Ang.de malef.V.publico.*

Nunciali hæres non tenetur ad expenſas reſtaurationis operis.*l.pen.ff.de privat.delict.*

Nunciatores ſcelerum privatos habere intereſt Principis. *Nov.conſt.14.in praefat.*

Nuncupare eſt hæredem nominare, *l.haeredes palam.ff. de teſtam.*

Nuncupare poteſt fœmina.*l.in teſtamentis.C.de teſtam.*

Nuncupatio teſtamenti actio legis eſt.*l.actus.ff.de reg. iur.*

Nun-

Nundinæ publicum favorem continent. *DD.l.iur.public.* *ff.de pact.*

Nundinæ non ſunt tutæ bannitis, etiam iniuſtæ. *Alex.l.* *relegati ff.de pœnis.*

340. Nundinæ amittuntur non utendo decennii tempore. *l.1.ff.de nund.*

Nundinæ frequentandæ ſunt ab agricolis & opificibus. *l.2.* *ff. eod.*

Nundinæ impetrantur à Principe. *l.1.ff. eod.*

Nundinę exerceri non debent cum iis, qui extra fœdus populi Romani ſunt. *l.4.C.de commert.& mercat.*

Nundinæ publicam habent ſecuritatem. *l.1.C.de Nund.*

Nundinarum dies plures ſunt. *ibid.*

Nundinarum nomine aliquid accipiens adverſus communem utilitatem. omni tempore in eum ius dicitur. *l.3.in fi.ff.de fer.*

Nundinarum tempore negociatores & alii ad nundinas concurrentes non poſſunt ibi ex antè geſto conveniri. *l.* *1.C.de nund.*

Nundinarum tempore nemo arreſtari poteſt. *ibid.*

Nundinarum tempore publici delicti cauſa quis poteſt conveniri. *ibid.*

350. Nundinarum tempore repreſſaliorum ius ceſſat, *ibid.*

Nundinarum tempore ceſſat ius Navigationis. *ibid.*

Nunquam ſuperficies ſine ſolo uſucapitur. *l.nunquam.ff.* *de uſucap.*

Nunquam moritur capitulum. *Schrad. de feud. part.3.cap.* *2.n.37.& par. 10.ſect.9.n.51.*

Nunquàm perſona extrinſecus ſub intelligitur. *l.ſi ita ſtipulatio.§.Chryſogonus.ff.de V. O.*

Nunquàm creditur fuiſſe malum quod factũ eſt bonum. *c.factum 50. diſt.l.quod ita. ff. de ad. ED.*

Nunquàm actiones de eâdem re concurrentes, alia aliam conſumit. *l.nunquam.ff.de act.& oblig.*

Nunquàm actiones, præſertim pœnales de eadẽ re cõcurrentes, alia aliam conſumit. *l.nunqum.ff.de R.I.*

Nunquam creſcit ex poſt facto præteriti delicti æſtimatio. *l.nunquam.ff.eod.*

Digitized by Google

Nunquã & ſem.p ſunt invicẽ cõtraria. *Marſ.conſ.40 n.220.*

360. Nunquàm præſumitur fideiuſſor idoneus, niſi probetur. *Coler.de proceſſ.exec.part.1. c.6. n.ult.*

Nunquàm poteſt eſſe tranſactio de indubitatâ & certâ re. *l. 1. ff. de tranſact.*

Nunquid Medici reſuſcitabunt. *de pœnit. diſt.1. §. hoc idem proba. V. nunquid.*

Nupta extra territorium non dicitur propriè ſubdita, *Caſt. conſ.89. vol. Rim. conſ.49. n.2. vol 3.*

Nupta alteri, alteri ſponſa infamis eſt. *l. quid ergo. §.4. ff. de his, qui not. infam.*

Nupta non videtur, quæ virum pati non poteſt. *leg. pen. ff. quand. dies leg. ced.*

Nuptiæ inceſtæ ſunt prohibitæ. *ibid. § imo etiam.*

Nuptiæ inceſtæ non habent dotem. *l. inceſtæ. ff. de rit. nupt.*

Nuptiæ interdictæ neque cognationem neque affinitatem habent. *l.4. §. ſciendum. ff. de grad. & affin.*

Nuptiæ invalidæ confirmantur novo conſenſu, impedimento primo ſublato. *l. et ſi contra mandata. C. de nupt.*

370. Nuptiæ metu contractæ non valent, & impunè ſolvuntur, niſi novo conſenſu confirmentur. *l. nec filium. C. eod.*

Nuptiæ metu contractæ poſtea convaleſcere poſſunt conſenſu libero, & amore coniugali ſuperveniente. *l. mulier. §.1. C. de ſponſ.* *(de nupt.*

Nuptiæ nefariæ ſunt prohibitę. *l. Imperialis §. imo etiam. C.*

Nuptiæ præſumptæ non requirunt neceſſariò inſtrumenta. *l. ſi vicinis. C. eod.* *(ge Papiâ. ff. eod.*

Nuptiæ poſſunt contrahi inter ingenuos & libertinas. *l. le-*

Nuptiæ poſſunt contrahi inter manumiſſam & manumittentem. *l. ſi quis tutor. §.4. ff. eod.* *(eſt. ff. eod.*

Nuptiæ poſſunt contrahi inter privignos. *l. & nihil inter-*

Nuptiæ poſſunt contrahi inter tutorem excuſatum & pupillam. *l. ſi quis tutor. §.4. ff. eod.*

Nuptiæ poſſunt contrahi inter adultum & filiam curatoris. *l. ſi patris. C. de interd. matr. int. pupill.*

Nuptiæ poſſunt contrahi inter alumnam & nutritorem. *l. 1. C. quæ res pign. oblig.*

380. Nu-

380. Nuptiæ poſſunt contrahi inter hæreticos. *l. ne quis Chriſtianam.C.de Iudæis*

Nuptiæ poſſunt contrahi inter liberam & illuſtrem. *Auth. ſed novo.C.de nat.lib.*

Nuptiæ poſſunt contrahi ſine conſenſu patris furioſi. *ibid.*

Nuptiæ poſſunt contrahi conſilio propinquorum. *l.vidua. C.eod.*

Nuptiæ poſſunt contrahi ſine donatione nuptiali. *l.ſi donationum.C.eod.*

Nuptiæ poſſunt contrahi dotalibus inſtrumentis omiſſis. *l.4.§.4.C.de Advoc.div.iud.* *(nat.ant.nupt.*

Nuptiæ poſſunt contrahi ſine dote. *l. cum multa.C.de Do-*

Nuptiæ poſſunt contrahi generis & morum habitâ ratione. *l.vidua.C.de nupt.* *(cond ob cauſ dat.*

Nuptiæ poſſunt contrahi iure pacto interpoſito. *l.1. C.de*

Nuptiæ poſſunt cõtrahi iureiurando interveniente. *Auth. maximis.C.de nupt.*

390. Nuptię poſſunt contrahi liberè. *l neq; ab initio C.eod.*

Nuptiæ poſſunt contrahi per nuncium. *l. cum in te. C. de don ant nupt.*

Nuptiæ poſſunt contrahi obſervatis iuris præceptis. *l.nec filium.C.de nupt.*

Nuptiæ poſſunt contrahi palam, id eſt, teſte populo. *l.uxor. C.de repud.* *(proponis.C.de nupt.*

Nuptiæ contrahi poſſunt patre non contradicente. *l.ſi ut*

Nuptiæ contrahi poſſunt ſine pompâ matrimonii. *l.ſi donationum.C.eod.*

Nuptiæ contrahi poſſunt publicè conteſtatione depoſitâ. *l.uxor.C.de repud.*

Nuptię cõtrahi poſſunt quarto gradu. *l.4.C.de cond.indeb.*

Nuptię contrahi poſſunt voluntate matris defuncto patre. *l.filia.C.de inoff.teſt.*

Nuptiæ contrahi nõ poſſunt cum adulterii reâ, etiam ante damnationem. *l.reas adulterii.ff.de ritu nupt.*

400. Nuptiæ contrahi nequeunt cum amitâ. *l. per adopt. §.2.ff.eod.*

Nuptiæ contrahi nequeunt cum amitâ magnâ. *ibid.*

Digitized by Google

Nuptiæ concordantes facile non diſſolvuntur. *l. diſſentientis C. de Repud.*
Nuptiæ contractæ ſine conſenſu, ſi poſtea conſenſus interveniat, vitio præterito non poteſt mederi. *l. manifeſtum. C. de nupt.*
Nuptiæ contractæ voluntate parentum poſtea contraria voluntate non diſſolvuntur. *l. filia. C. de inoff. teſt.*
Nuptiæ diſſociatæ reconciliari non poſſunt cum invito. *l. neque ab initio. C. de nupt.*
Nuptiæ diſſolutæ redintegrari non debent conſenſu patris. *l. ſi ut proponis. 7. C. eod.*
Nuptiæ furtivæ ſunt prohibitæ. *l. uxor. C. de repud.*
Nuptiæ honeſtæ à propinquis impediendæ non ſunt. *l. ſi liberis. C. de nupt. & vidua. C. eod.*
Nuptiæ illicitæ non confirmantur famæ reſtitutione. *leg. imperialis. §. 4. C. eod.*
410. Nuptiæ contrahi non poſſunt cum pronepote uxoris meæ. *l. adoptivus. §. 4. ff. eod.*
Nuptiæ contrahi non poſſunt cum pronuru. *ibid.*
Nuptiæ contrahi nequeunt cum ſociâ. *ibid.*
Nuptiæ contrahi nequeunt cum ſorore vulgò quæſitâ. *ib.*
Nuptiæ contrahi nequeunt cum ſponsâ filii. *l. ſi qua mihi. §. 2. ff. eod.* *(eod. tit.*
Nuptiæ contrahi non poſſunt cum ſponsâ patris. *l. 2. §. 1. ff.*
Nuptiæ contrahi non poſſunt cum uxore adoptati filii. *l. adoptivus. §. 1. ff. eod.*
Nuptiæ contrahi non poſſunt cum uxore naturalis vel adoptivi patris. *ibid. §. 4.*
Nuptiæ contrahi non poſſunt cum accuſatis de adulterio ſine magnâ præſumptione. *l. ſi qui adulterii. C. ad l. Iul. de adult.*
Nuptiæ conrrahi non poſſunt cum concubinâ patris. *l. 4. C. de nupt.*
410. Nuptiæ non poſſunt contrahi cum deſcendentibus in infinitum. *l. nemini liceat. C. eod.*
Nuptiæ non poſſunt contrahi cum eâ, quam ab initio filiæ loco habuimus. *l. ſi quis alumnam. C. eod.*
Nu-

Nuptiæ contrahi non poſſunt cum eâ, quam quis de S. Baptiſmate ſuſcepit. *ibid.*

Nuptiæ non poſſunt contrahi cum Eunucho. *l. Eunuchis. C. qui teſt fac. poſſ.*

Nuptiæ non poſſunt contrahi cum filiâ ſuâ. *l. nemini liceat. C. de nupt.* *(C. eod.*

Nuptiæ non poſſunt contrahi cum fratris filiâ. *l. ſi vicinis.*

Nuptiæ non poſſunt contrahi cum filiâ patroni. *l. 3. C. eod.*

Nuptiæ non poſſunt contrahi cum fratris defuncti uxore. *l fin. C. de inceſt. nupt.* *(C. de nupt.*

Nuptiæ non poſſunt contrahi cum fratris nepte. *l. nemini.*

Nuptiæ non poſſunt contrahi cum impubere. *leg. 3. C. quand. tut. vel cur.*

430. Nuptiæ non poſſunt contrahi cum mariti defuncti fratre. *l ſi ut proponis. C. de nupt.*

Nuptiæ non poſſunt contrahi cum matre ſuâ. *l. nemini liceat. C. de nupt.*

Nuptiæ non poſſunt contrahi cum muliere intra tempus luctus. *l litem. C. de procur.* *(de nupt.*

Nuptiæ non poſſunt contrahi cum patroni coniuge. *l. 3. C.*

Nuptiæ contrahi non poſſunt cum uxorem habente. *l. 2. C de inceſt. nupt.*

Nuptiæ contrahi non poſſunt cum uxore fratris defuncti, licet virgine relictâ. *l. in copulandis. C. de nupt.*

Nuptiæ contrahi non poſſunt cum uxore fratris, coniugio quocumque modo diſſoluto. *l ſi ut proponis. C. eod.*

Nuptiæ contrahi non poſſunt cum ſocru ſuâ. *l. nemini liceat. C. eod.*

Nuptiæ contrahi non poſſunt inter Senatorem & publico iudicio damnatam. *l. palam. §. Senatus. ff. de rit. nupt.*

Nuptiæ contrahi non poſſunt inter filium tutoris & pupillam. *l. tutor. ff. de ſponſal.*

440. Nuptiæ non poſſunt contrahi inter ludicram artem exercentem & filiam Senatoris. *l. ſemper in coniunctionibus. ff. de rit. nupt.*

Nuptiæ non valent contractæ inter non orthodoxos. *l. nè quis Chriſtianam. C. de Iudæis.*

Digitized by Google

Nuptiæ ſunt utriuſque iudicii civilis & eccleſiaſtici. *l. pen. C. de Epiſcop. audient.*

Nuptiæ ſolvuntur diſſenſu patris ex magnâ & iuſtâ cauſa. *l. diſſentientis. C. de Repud.*

Nuptiæ ſolvuntur deſertione per quadriennium, licet hodie ſecus. *l. uxor. quæ in militiam. C. eod.*

Nuptiæ ſolvuntur divortio *l. quoniam. C. de ſecund. nupt.*

Nuptiæ ſolvuntur furore. *l. diſſentientis. C. de Repud.*

Nuptiæ ſolvuntur morte uxoris naturalis. *l. ſi quidem. C. ſolut. matrim.*

Nuptiæ ſolvuntur repudio. *l. 1. §. fin. C. de rei uxor. acti.*

Nuptiæ non ſolvuntur amiſſione civitatis. *l. 1. C. de repud.*

450. Nuptiæ non poſſunt contrahi clanculè. *l. uxor. qui in militiam. C. de repud.*

Nuptiæ non poſſunt contrahi contra conſtitutiones Principum. *l. 4. C. de inceſt. nupt.*

Nuptiæ non poſſunt contrahi dotibus ſed affectu. *l. pen. in pr. C. de repud.*

Nuptiæ non poſſunt contrahi hoſtili more. *l. 1. §. 1. C. de rapt. virg.*

Nuptiæ non poſſunt contrahi metu. *l. nec filium. C. de nupt.*

Nuptiæ non poſſunt contrahi contra præcepta legum. *l. 4. C. de inceſt. nupt.*

Nuptiæ non poſſunt contrahi contra probitatem. *l. 4. C. de nupt.*

Nuptiæ non poſſunt contrahi contra religionem. *ibid.*

Nuptiæ non poſſunt contrahi vi. *l. 1. C. ſi quacumq. præd. poteſt.*

Nuptiæ non poſſunt contrahi ſine voluntate eius, de cuius coniunctione tractatur. *l. in copulandis. C. de nupt.*

460. Nuptiæ à parentibus filiæ invitę offerri non poſſunt. *Nov. conſt. 115. cap. 3. §. 11.*

Nuptiæ diſſolvuntur morte alterutrius. *Nov. 22. cap. 20.*

Nuptiæ illicitæ à Principe indulgeri poſſunt. *Nov. conſt. 145. cap. 1.*

Nuptiæ inceſtæ ſtatim diſſolvendæ. *Nov. 12. cap. 3.*

Nuptiæ inceſtuoſæ Legibus odibiles. *Nov. 12. in Epilog.*

Nu-

Digitized by Google

Nuptiæ numerantur inter actus liberos. *Novell.conſt.134. cap. 3.*

Nuptiæ non diſſolvuntur conſenſu mutuo. *Nov. conſtit. 134. cap.11.*

Nuptiæ ſunt procreandi hominis modus. *Nov.97.*

Nuptiæ impediuntur ætate. *l.4.ff.de rit.nupt.*

Nuptiæ impediuntur fraternitate per adoptionem quæſitâ. *l.per adoptionem. ff.eod.*

470. Nuptiæ impediuntur furore. *l.oratione.ff.eod.*

Nuptiæ interdictæ viris ſexagenariis, & fœminis quinquagenariis. *l.ſi ſterilis.ff.de act.empt.*

Nuptiæ ſunt iuris naturalis. *Inſt.de nupt.*

Nuptiæ renovari non poſſunt ſine voluntate parentum. *l. nuptiæ, ff. de rit.nupt.*

Nuptiæ requirunt multa ad ſui perfectionem. *l.in conditionib. & l.cui fuerit.ff.de cond.& dem.*

Nuptiæ ſolvuntur artis ludicræ exercitatione. *l.lege Iuliâ. ff.de rit.nupt.*

Nuptiæ ſolvuntur dolo à fœminâ facto. *l.à Divo Pio.ff.eod.*

Nuptiæ celebrari non debent in baſilicis. *l.baſilicam.C.de oper.publ.*

Nuptiæ firmantur amicorum fide. *l.ſi donationum. C. de nupt.*

Nuptiæ impediuntur Iuris autoritate. *l.1. C.de cond.ob cauſ.dat.*

480. Nuptiæ debent eſſe liberæ. *l.mulier.§.1.C.de Sponſal.*

Nuptiæ non ſolvuntur aquæ & ignis interdictione. *l. res uxoris.C.de donat.int.vir.& uxor.*

Nuptiæ non ſolvuntur captivitate uxoris. *l.ſiquidem.C.ſolut.mat.*

Nuptiæ non ſolvuntur deportatione. *l.res uxoris.C.de Donat.int.vir.& ux.*

Nuptiæ non ſolvuntur repudiis imaginariis. *l.3.C.de Rep.*

Nuptiæ non ſolvuntur ſine iuſta cauſa. *l.conſenſu.§.1.C.e.t.*

Nuptiæ non ſolvuntur ſupplicii irrogatione. *Auth.ſed hodiè. C.eod.*

Nuptiæ non ſolvuntur verberatione uxoris. *Auth.ſed novo. C.eod.*

Nuptiæ non ſolvuntur voluntatibus momentaneis matrum. *l. filia in orbitate. C. de inoff. teſtam.*

Nuptiæ cum adulterio factæ non extinguunt crimen adulterii. *l. commiſſum. C. ad l. Iul. de adult.*

490. Nuptiæ contrahi poſſunt cum adulterii rea à marito poſtulatâ, poſt abolitionē. *l. generali. §. 1. ff. de rit. nupt.*

Nuptiæ poſſunt contrahi cum ancilla manumiſsa. *l. filius à patre. §. 3. ff. de lib. & poſthum.*

Nuptiæ poſſunt contrahi cum cœco. *l. mutus. ff. de iu. dot.*

Nuptiæ poſſunt contrahi cum damnatâ calumniæ vel prævaricationis. *l. palam. §. 1. ff. de rit. nupt.*

Nuptiæ poſſunt contrahi cum filio captivi, patre in captivitate exiſtente. *l. in bello. §. 3. ff de capt. & poſtlim.*

Nuptiæ poſſunt contrahi cum filio emancipato ſine conſenſu patris. *l. filius emancipatus. ff. de rit. nupt.*

Nuptiæ poſſunt contrahi cum filiâ adoptivæ ſororis. *leg. adoptivus. §. 4. ff eod.*

Nuptiæ poſſunt contrahi cum fœminâ in dubio, marito per quinquennium expectato. *l. uxores. ff. de divort.*

Nuptiæ poſſunt contrahi cum fratre adoptato & remancipato. *l. per adoptionem. ff. de rit. nupt.*

Nuptiæ poſſunt contrahi cum muto. *l. mutus. ff. eod.*

500. Nuptiæ poſſunt contrahi cum nepote, filii conſenſu interveniente. *l. oratione. §. 1. ff. eod.*

Nuptiæ poſſunt contrahi cum nepte, voluntate avi tantum. *ibid.*

Nuptiæ poſſunt contrahi cum patronâ ignobili, officio iudicis interveniente. *ibid.*

Nuptiæ poſſunt contrahi cum pupillâ ſine curatoris autoritate. *l. ſciendum. ff. eod.*

Nuptiæ poſſunt contrahi cum pupillâ maiore factâ, redditis rationibus *l. filius à patre. §. 3. ff. de lib. & poſthum.*

Nuptiæ poſſunt contrahi cum ſorore adoptivâ & remancipatâ. *l. per adoptionem. ff. de rit. nupt.*

Nuptiæ poſſunt contrahi cum ſurdo. *l. mutus. ff. eod.*

Nuptiæ poſſunt contrahi cum ſorore patris adoptivi. *l. ſi qua mihi. §. 4. ff. eod.*

Nu-

Digitized by Google

Nuptiæ poſſunt contrahi cum ſuſpecto adulterii. *l. miles. §. licet. ff. ad l. Iul. de adult.*

Nuptiæ poſſunt contrahi cum abſente. *l. Etſi contra mandata. C. de nupt.*

510\. Nuptiæ poſſunt contrahi cum alumnâ ſuâ. *l. ſi quis alumnam. C. eod.*

Nuptiæ poſſunt cōtrahi cum amitinâ. *l. celebrandis. C. eod.*

Nuptiæ poſſunt contrahi cum ancillis. *l. 3 C. de inceſt. nupt.*

Nuptiæ poſſunt contrahi cum Barbaris ſine dotalibus Inſtrumentis. *Auth. maximis. C. de nupt.*

Nuptiæ poſſunt contrahi cum curatoribus. *Auth. multò magis. C. de Epiſc. & cler.*

Nuptiæ poſſunt contrahi cum Concubinâ, cuius matrimonium non eſt legibus interdictum. *l. cum quis à muliere. C. de nat. lib.*

Nuptiæ poſſunt contrahi cum fœminâ decrepitæ ætatis. *l. ſancimus nuptias. C. de nupt.*

Nuptiæ poſſunt contrahi cum deſponſatâ alii, poſt renunciationem conditionis. *l. 1. C. de ſponſal.*

Nuptiæ poſſunt contrahi cum deſponſatâ alii, ſi illi renunciavit, *ibid.*

Nuptiæ poſſunt contrahi cum matre pupillæ. *l. 2. C. de interd. mat. int. pupill.*

520\. Nuptiæ poſſunt contrahi cum paupere ingenuâ. *leg. humilem. C. de inceſt. nupt.*

Nuptiæ poſſunt contrahi cum repudiatâ iuſtè. *l. ſervi §. 1. C. ad l. Iul. de adult.*

Nuptiæ poſſunt contrahi cum ſtuprum paſsâ per vim. *l. fœdiſſimam. C. eod.*

Nuptiæ poſſunt contrahi inter filiam tutoris & pupillum. *l. libertum. §. fin. ff. de rit. nupt.*

Nuptiæ nedum ſecundæ, ſed etiam tertiæ & ulteriores approbantur ab Eccleſiâ. *Abb. rub. de ſec. nup.*

Nuptiæ verecundæ dicuntur, ſi ſint contractæ in gradu prohibito. *Card. clem. 1. de conſang. & affin.*

Nuptiæ poſt annum non dicuntur. *Archid. c. 1. 35. q. 8.*

Nuptiæ filiæ patre ignorante ſunt nullæ. *leg. Paulus. ff. de ſtat. hom.*

Digitized by Google

Nuptiæ humano generi immortalitatem præſtant. *Mar. Soc. conſ. 9. vol. 1.*

Nuptiæ poſſunt contrahi inter quinquagenarios & ſexagenarios. *l. ſancimus. C. de nupt.*

530. Nuptiæ poſſunt contrahi inter libertam & patronam. *l. uxorem C. de nupt.*

Nuptiæ poſſunt contrahi inter nobilem & ignobilem. *l. cum te. C. eod.*

Nuptiæ poſſunt contrahi inter protutorem & filiam tutoris. *l. fin. C. de interd. mat. inter pupill.*

Nuptiæ poſſunt contrahi inter redemptam & redemptorem. *l. 2. C. de poſtlim. reverſ.*

Nuptiæ poſſunt contrahi inter Turcam & Ethnicum. *l. ne quis Chriſtianam. C. de Iudæis.*

Nuptiæ poſſunt contrahi animo. *l. 1. §. ſi iuſſerim. ff. de acq. poſſ.*

Nuptiæ poſſunt contrahi aſpectu. *ibid. §. 1.*

Nuptiæ poſſunt contrahi conſenſu coacto. *l. ictus fuſtium. ff. de his qui not. infam.*

Nuptiæ poſſunt contrahi conſuetudine ad liberam perſonam. *l. pen. ff. eod.*

Nuptiæ poſſunt contrahi ratihabitione partium, ſi antè nulla fuerit. *ibid.*

540. Nuptiæ poſſunt contrahi actis intervenientibus. *l. 4. §. 4. C. de advoc. div. iudic.*

Nuptiæ poſſunt contrahi affectu ſolo. *ibid.*

Nuptiæ poſſunt contrahi animo mutuo. *ibid.*

Nuptiæ poſſunt contrahi arbitrio patris. *l. in coniunctione. C. de nupt.*

Nuptiæ poſſunt contrahi ſine authoritate affinium. *l. in copulandis. C. eod.*

Nuptiæ poſſunt contrahi ſine authoritate curatoris. *ibid.*

Nuptię poſſunt contrahi ſine authoritate cognatorum *ib.*

Nuptiæ poſſunt contrahi ſine celebritate nuptiarum. *l. ſi donationum. C. eod.*

Nuptię poſſunt contrahi ſub conditione, quę niſi impleatur, reipsâ nihil efficitur. *l. ſancimus. C. eod.*

Nu-

Nuptiæ poſſunt contrahi dgnitate nullâ obſtante. *Auth. ſed novo C. eod.*

550. Nuptiæ debent publicè celebrari. *c. noſtrates 30. q. 5.*

Nuptiæ prohibitæ ſunt iure civili uſque ad 4. gradum cõſanguinitatis. *l. celebrandis C. de nupt.*

Nuptiæ inuitæ nullæ ſunt. *Royz. deciſ. Lib. 3 n. 572.*

Nuptiæ demonſtrant filium. *Gail. lib. 2. obſ. 97. n. 1.*

Nuptiæ ſunt iuris publici. *l. 1. ff. ſol. mat.*

Nuptiæ ſine duabus perſonis fieri non poſſunt. *c. ad ſedem. 35. q. 5.*

Nuptiæ naturæ caſtitatem requirunt. *Coraſ. de arte iur. part. 2. cap. 30.*

Nuptiarum conditio non ſolùm de primis, ſed etiam de ſecundis intelligitur. *Oldrad. conſ. 16.*

Nuptiæ replent mundum. *Auth. de nupt. in pr.*

Nuptiæ terras implent, virginitas paradiſum. *c. nuptiæ. 32. quæſt. 1.*

560. Nuptiæ contrahi nequeunt cum matertera. *ibid.*

Nuptiæ nequeunt contrahi cum filia ex uxore repudiata, quam ex alio ſuſcepit. *l. ſiqua mihi. §. 3. ff. eod.*

Nuptiæ contrahi non poſſunt cum filia privigni. *l. Ariſto. ff. eod.* (*eod.*

Nuptiæ contrahi nequeunt cum furioſo *l. oratione. §. 2. ff.*

Nuptiæ cõtrahi nequeunt cum filiofamilias invito *l. non cogitur ff. eod.*

Nuptiæ contrahi nequeunt cum libertâ invitâ. *l. invitam cum. l. ſeq. ff. eod.*

Nuptiæ contrahi nequeunt cum matre ſponſæ ſuæ. *l. adoptivus. §. fin. ff. eod.* (*ibid.*

Nuptiæ contrahi non poſſunt cum nepote uxoris meæ.

Nuptiæ non poſſunt contrahi cum novercâ. *ibid.*

Nuptiæ non poſſunt contrahi cum noverca eius, qui privignæ maritus fuit. *l. uxorem. ff. eod.*

570. Nuptiæ contrahi non poſſunt cum nuru. *l. adoptivus. §. 4. ff. de rit. nupt.*

Nuptiæ non poſſunt contrahi cum privigna. *ibid.*

Nuptiæ non poſſunt cõtrahi cum proavia uxoris meæ. *ib.*

Nu-

Digitized by Google

Nuptiæ non poſſunt contrahi cum pronepote ſororis. *l. ſororis. ff. eod.*

Nuptiæ non ſunt modus tollendæ patriæ poteſtatis. *l. filia. C. de collat.*

Nuptiæ perficiuntur deductione in domum mariti. *l. cum in te. C. de donat. ant. nupt.*

Nuptiæ prohibitæ ſunt ratione ſanguinis & adfinitatis. *l. nemini. C. de nupt.*

Nuptiæ redintegrantur pœnitentiâ viri infidelis. *l. ne quis Chriſtianam. C. de Iudæis.*

Nuptiæ redintegrari non poſſunt cum filiâ invitâ. *l. diſſentientis. C. de Repud.*

Nuptiæ ſolvunt patriam poteſtatem. *l. 3. C. de emanc. lib.*

580. Nuptiæ ſine dote celebrari poſſunt, ſed dos ſine nuptiis conſtitui nequit. *l. cùm multæ. C. de don. ant. nupt.*

Nuptiæ ſolvuntur morte. *§. deinceps. Auth. de nupt.*

Nuptiæ prohibitæ nullæ ſunt. *l. 4. C. de excuſ. tut.*

Nuptiæ ritè contractæ ex poſt facto retractari non debent. *l. 3. C. de interd. mat. int. pup.*

Nuptiarum conditio non impletur ex nuptiis invalidis. *l. pen. ff. quand. dies legat.*

Nuptiarum favor magnus eſt. *l. Gaius. ff. ſol. mat.*

Nuptiarum favor minor eſt, quam libertatis. *l. Legatum. ff. de cond. & dem.*

Nuptiarum affectio impedit donationes inter coniuges. *l. fin. C. de don. ant. nupt.*

Nuptiarum celebratio non eſt de ſubſtantia matrimonii. *l. ſi donationum. C. de nupt.*

Nuptiarum diſtractus eſt eiuſdem iuris cuius contractus. *Auth. è contra. C. de Repud.*

590. Nuptiarum initarum atteſtatio à miniſtris Eccleſiæ requiritur. *Novell. 74. c. 4. § 1.*

Nuptiarum prohibitarum crimen publicum eſt. *l. ne quis Chriſtianam. C. de Iudæis.*

Nuptias faciens cum ea, quam ducere non licet, fit infamis. *l. quid ergò. § 4. ff. de his qui not. infam.*

Nuptias diſtrahere non licet inter invitos. *l. neque ab initio C. de nupt.*

Nuptias inceſtas contrahens teſtari non poteſt. *l. ſi quis. C. de inceſt. nupt.*

Nuptiarum appellatione de primis intelligi petet, unde non veniunt viduæ in diſpoſitione, quæ ſecundò nubant. *Car. conſ. 49.*

Nuptias occultè celebrare non licet. *c. nullus. 30. q. 5.*

Nuptias vituperans ſit anathema. *c. ſi quis. 31. diſt.*

Nuptias affectus, non coniunctio facit. *Novell. conſt. 89. cap. 1. § 1.*

Nuptias ſecundas contrahens non poteſt uxori plus donare, quam portionem unius filii. *Novell. 22. c. 27.*

600. Nuptias facit maritalis honor & affectio. *Nov. 22. §. matrimonium.*

Nuptias non concubitus, ſed conſenſus facit. *c. nuptias. de reg. iur. lib. 6. Soc. conſ. 28. vol. 1.*

Nuptiis confirmatis, confirmatur ſtatus liberorum & non è contra. *l. imperialis. § his itaq. C. de nupt.*

Nuptiis legitimè contractis, liberi legitimi naſcuntur, & dos rectè data dicitur. *l. ſi quis. C. de interd. mat.*

Nuptiis in veris non ſpectatur quid liceat, ſed quod honeſtum ſit. *l. ſemper in coniunctionibus. ff. de Ritu nupt.*

Nuptiis nihil utilius. *Novell. 39. in præfat.*

Nuptiis impedimento eſt ætas. *gl. l. minorem. ff. de rit. nupt.*

Nuptui danda puella nubilis. *l. intereſt. ff. de priv. cred.*

Nurus non aliter deputanda eſt, quàm filia. *c. ſi vir & ux. 35. q. 3.*

Nurus debet ſocero honorem & obedientiam. *l. pen. C. de ind. vid. toll.*

610. Nurus non eſt in poteſtate ſoceri. *Bar. l. rei. § ſocer. ff. ſol. matrim.*

Nurus poteſt agere contra ſocerum vergentem ad inopiam, ſicut contra virum poſſet. *Bald. l. ubi adhuc. 7. col. C. de iur. dot.*

Nurus non poteſt dotem repetere à ſocero, qui eam reſtituat filio ſuo eiuſdem marito de mandato nurus. *Bar. l. ſanè ff. de iur. dot.*

Nu-

Digitized by Google

Nurus non poteſt in ius vocare ſocerum ſine veniâ. *gl. l. generaliter. ff. de in ius voc.*

Nurus & gener ſunt de familia. *Nepos de Monte alto. de teſt. in pr. num. 3.*

Nurui datum legitimè etiam reſcripto Principis revocari non poteſt. *l. cùm te ſponſæ. C. de. donat. ante nupt.*

Nuſquam habitat qui ubique habitat. *l. eius qui. §. ſi quis domicilio. ff. ad municip.*

Nutrices non poſſunt torqueri. *Proſp. Farinac. de Tortur. lib. 1. tit. 5. q. 11. num. 80.*

Nutricationis iure ſucceſſio non acquiritur. *Bal. l. nutritorib. C. com. de ſucceſſ.*

Nutritor non poteſt alumnam accipere in uxorem. *l. ſi quis alumnam. ubi DD. & Bal. C. de nupt.*

620. Nutrix Chriſtiana eſſe nequit in domib. Iudæorum. *c. etſi Iudæis. de Iudæ.*

Nutrix nõ ſuccedit alumno *l. nutritorib. C. Com. de ſucceſſ.*

Non poteſt eſſe teſtis ſuper ætate alumni. *Bar. l. de tutelâ. ff. de in int. reſtit.*

Nutus eſt cõſenſus ad interrogata per demonſtrationem aliquorum ſignorum indicantium voluntatem non valentis loqui. *Bar. l. nutu. ff. de leg. 3.*

Nutu voluntas confirmativa teſtatoris demonſtrari poteſt. *Corn. conſ. 68. vol. 1.*

Nutus non eſt nota rerum. *Ioann. Goëddæ. de verbor. ſignificat. rubr. num. 8.*

Nutu miles teſtari non poteſt. *Mantic. de coniect. ult. vol. li. 6. tit. 1. num. 18.*

Nutu relinquitur fideicommiſſum. *l. nutu. ff. de leg. 3.*

Nutu nemo poteſt teſtari. *l. in fraudem. § 1. ff. de teſt. mil.*

Nutu poſſunt multa negotia expediri. *Roſat. l. ſtipulatio. §. ſi quis ita num. 4. ff. de V. O.*

O B.

Ob aliud delictum nemo tenetur. *l. crimen. ff. de pœn.*

Ob bonam fidem parentum reputantur filii legitimi. *Abb. c. 2. in pr. qui fil. ſint leg.*

Ob caſum neceſſitatis reſtringitur lex. *l. poſt legatum. §. advocatum. ff. de his quib. ut indig.*

Digitized by Google

Ob cauſam neceſſarii victus licet furari. *Menoch. de arbit. iud.q.lib.2.caſ.181,num.27.*

Ob contrarias & repugnantes naturas res miſcendæ abſque corruptione ſimul eſſe non poſſunt. *Goden.conſ.7. num.16.*

Ob crimen capitale adnotatur abſens requirendus.*l.abſentem.C.de.accuſ.*

Ob crimen læſæ maieſtatis damnatis mors ſolatium,& vita ſupplicium eſſe debet.*l.quiſquis.§.filii,C.ad l.Iuliam maieſt.*

Ob culpam non iuratur in litem.*Dec.conſ.9.*

Ob culpam à tutela remotus infamis non fit. *l.fin.C.de ſuſpect.tut.*

10. Ob debitum viri res uxoris capi non poſſunt. *l. 1. C. ad l.Iul. de vi.publ.*

Ob debitum viri capiens res uxoris comittit vim. *ibid.*

Ob defenſa negotia patriæ neminem ſequitur infamia. *l. neminem.C.ex quib.cauſ.*

Ob delictum patris privatur filius feudo. *Grammat.conſ. 10.num.3.*

Ob denegatam iuſtitiam etiam repreſſaliæ concedi poſſunt. *c.dominus noſter.23.q.2.*

Ob dolum à tutela remotus infamis efficitur.*l.fin.C.de ſuſpect tut.*

Ob æs alienum & ſimilem cauſam poteſt alienari res minorum.*Sal. l.ob æs alienum. C.de præd.& al.*

Ob æquitatem receditur à regulis iuris communis.*Iaſ.l. quanquàm.C.de mil.teſt.*

Obedientia per Obedientiam poſſidetur.*Afflict.deciſ. Neap.301.num.ult.*

Obedientia non præſcribitur ſcilicet activè, ſed paſſivè. *c. cùm non liceat.de præſcript.*

20. Obedientia pſumptiva tollit preſumptionẽ contumaciç,etiã pſonaliter citati .*Bal. l. ſive poſſidetis.C.de prob.*

Obedientia tollit præſumptionem rebellionis.*ibid.*

Obedientia tribuit ſuperioritatẽ.*Sichard.conſ.feud.6.n.60.*

Obedientia tribuit ſuperioritatẽ.

Obedientia videtur pœnam remittere. *Chaſſ.conſ.11.n.96.*

Obe-

Digitized by Google

Obedientia non iuratur ſed fidelitas ſic. *Card. Clem. 2. §. deniq. 6. q. de re iud.*

Obedientia coacta non eſt obedientia, niſi ſit debita. *Bal. l. 1. q. 9. C. qui admitt.*

Obedientia debita excuſat à delicto. *l. liber homo. ff. ad leg. Aquil.*

Obedientia ad unum effectum non extendit ſe ad alium; *Bal. l. cùm aliquis C. de iur. de lib.*

Obedientia debetur Magiſtratui. *l. 1. C. ubi pup. educ. deb.*

Obedientia coacta non præiudicat coacto. *ibid.*

30. Obedientia debet denegari domino, furore incitato mandanti, ut vis inferatur. *l. ſervos. C. de vi publ.*

Obedientia in non faciendo non tribuit poſſeſſionem obedientiæ. *Inn. c. olim. de reſt. ſpol.*

Obedientia tollit contumaciam. *l. contumacia. ff. de re iud.*

Obedientia non eſt præſtanda in illicitis. *C. qui reſiſtit. 11. quæſt. 3.*

Obedientiæ promiſſio non ſolenniſat votum. *Card. cum gl. Clem. 1. de relig. dom.*

Obedientiæ nexus complectitur omnes actus iurisdictionis. *Zaſ. lib. 2. reſponſ. cap. 31. n. 3.*

Obedientiæ virtus magna eſt. *gl. l. 3. ff. de re mil.*

Obedientiam debemus præſtare Superioribus in iis, quæ iuſta fuerint imperata. *c. 1. diſt. 99.*

Obedientiam permittens tenetur ad mandatum. *Bal. l. liberti. 3. col. C. de oper. libert.*

Obedire debet filius patri, licet non præciſè cogatur. *l. liberorum ff. de his qui not. infam.*

40. Obedire debet monachus Abbati. *Card. clem. 2. §. deniq. 6. q. de re iud.*

Obedire recuſans ſimilis eſt ingrato. *Bertach. repert. part. 3. fol. 159. b. col. 1. in med.*

Obedire quis non tenetur, niſi probetur cauſa. *Bal. l. cùm aliquis C. de iur. delib.*

Obedire propriè non dicitur, qui ſervat præceptum negativum. *Bal. l. 2. C. de ſer.*

Obedire parentib. debent liberi. *l. veluti. ff. de iuſt. & iur.*

Obe-

Digitized by Google

Obedire non tenentur inferiores exempti à ſuperiore. *c. inter. de maior. & obed.*

Obedire eſt melius, quàm ſacrificare. *c. ſciendum. 8. q. 1.*

Obedire recuſans iudici poteſt ab eo puniri. *Spec. de accuſ. §. 6. V. ſed ſi credit.*

Obediendum non eſt, quod contra DEVM præcipitur. *c. ſi is qui praeeſt. 11. q. 3.*

Obediendum non eſt ſuperiori, quando officium & poteſtatem ſuam egreditur. *Dec. conſ. 72.*

50. Obediendum magiſtratibus, niſi appellationis via aperta ſit. *l. 1. ff. de appell.*

Obediendum eſt magiſtratui iuſta iubenti. *l. 1. C. ubi pup. educ. deb.*

Obediendum eſt inprimis Cæſari. *l. qui pupillum. ff. de re iud. c. qui reſiſtit. 10. q. 3.*

Obediendum non eſt præcepto contra conſcientiam. *Dec. conſ. 72. col. 2. poſt pr.*

Obediens in gravibus mitius punitur. *Bertach. repert. part. 3. fol. 159. col. 1. in med.*

Obediens per vim non perdit ius contradicendi in actibus in quibus non tenetur obedire. *Bald. l. cùm aliquis. C. de iur. delib.*

Obeſſe non debent calumniæ viris bonis. *c. 1. §. fin. de iur. cal. lib. 6.*

Obeſſe non debet, quod non ratione, ſed errore factum eſt. *l. quod non ratione. ff. de LL.*

Ob facinoris immanitatem debet pœna creſcere. *c. felicis. §. cæterum. de pœn. lib. 6.*

Ob fidem viri boni receditur à regulis iuris communis. *Menoch. conſ. 22. nu. 2. vol. 1.*

60. Ob furorem nemo punitur. *l. divus. ff. de reſt. in integ.*

Obfutura magis inſpicienda, quàm profutura *l. ſi quis. ff. de SC. Syllan.*

Ob gratioſam ſententiam nihil debet dari iudici. *l. in heredem. ff. de calumniat.*

Ob humanam dignitatem aliud ſtatuitur in homine, quàm in cæteris rebus. *l. ſi domus. ff. de leg. 1.*

Digitized by Google

Obiectio ſine probatione nihil operatur. *Capoll. conſ. 64. num.4.* *(385.num.3.*

Obiecta in meliorem partem interpretanda. *Anchar.conſ.*

Obſcuræ leges cauſam non decidunt. *l. 2. C. de indic. Vid. toll.*

Ob-

Digitized by Google

620. Obſcurè reſpondens habetur pro confeſſo. *Spec. ibid. §. 9. V. ſi veruntamen.*
Obſcurè reſpondens habetur pro non reſpondente. *ibidem Spec. Verſ. ſed quid ſi quis.*
Obſcurè reſpondens poteſt cogi clarè reſpondere. *ibidem. Specul.*
Obſcurare licet ædes vicini altius tollendo, niſi ſervitus expreſſim acquiſita ſit. *l. 1. C. de ſerv. & aq.*
Obſequium debetur etiam ab iis, qui canonem ſolvunt. *l. 3. C. de obſeq. patron. præſt.*
Obſequium debetur hæredibus extraneis patroni. *ibid.*
Obſequium debetur liberis patroni. *l. pen. C. eod.*
Obſequium debetur liberis patronorum damnatorum. *l. etiam liberis. C. eod.*
Obſequium debetur parentibus naturâ. *l. liberi. C. de inoff. teſt.*
Obſequium debetur patronæ. *l. fin. C. de obſeq. pat. præſt.*
630. Obſequium debetur privignis. *l. pen. C. eod.*
Obſequium debitum à tutore præſtandum. *l. 1. C. de peric. tut. & cur.*
Obſequium uni ex hæredibus præſtitum non præiudicat libertati. *l. ſi tibi teſtamento. C. de lib. cauſ.*
Obſequium præſtans expectat præmium. *Spec. de Salar.*
Obſequii deſerti periculum incumbit liberto, negligenti tutorem petere filio patroni. *l. 2. C. qui pet. tut.*
Obſequia continua probant meritum. *l. liberi. C. de inoff. teſtam.*
Obſequia ſervitutis non faciunt ingenuum ſervum. *Sal. l. 2. C. de ingen. man.*
Obſervantia declarat actus naturam. *idem conſil. 191. num. 10.*
Obſervantia facti habetur pro iure. *gl. fin. l. qui habebat. ff. de manum. teſt.*
Obſervatio fidei provocanda eſt & augenda iuris pręmio. *l. 1. C. pro quib. cauſ. ſerv. pro proëm. lib. accip.*
640. Obſervatio indecora reſecanda. *l. 3. C. quand. tut. vel cur. eſſe deſin.*

Ob-

Obſervatio iuris in teſtamento militis non requiritur. *l.ſi à fratre.C.de teſt.mil.*

Obſervatio priſtina ſervari poteſt ſine peccato, donec melior ſciatur. *l.iubemus.in fi.C.de teſtam.*

Obſervatio ſupervacua eſt tollenda. *l.1. in pr.C.de his quæ pœn.nom.*

Obſervantia verborum inanium in teſtamentis non eſt neceſſaria. *l.quoniam.C.de teſtam.*

Obſervantia uniformis eſt pars conſuetudinis. *Mol. conſuet. Pariſ.tit.2.gl.1.§.55.*

Obſervandum non eſt non ſervanti. *§.quæro.ff.locat.*

Obſtaculum cùm eſt in medio, priùs agendum eſt de eo removendo, quàm ulterius procedendum. *l.gemma.ff.ad exhib.*

Obſtaculum maius cùm dicimus non nocere, tacitè fatemur, minus non nocere. *Nov.22.cap.20.§.2.*

Obſtaculū debet ſemper removeri. *Cephal.conſ.302.n.84.*

6,0. Obſtaculis multis obſtantibus non ſufficit unum ſuſtuliſſe. *l.ſi non lex.ff.de hæred.inſtit.*

Obſtantibus pluribus, uno ſublato aliud ſublatum non intelligitur. *Gail.lib.2.obſ.65.nu.7.*

Obſtetrix medicinam exhibere videtur. *l.1.§.2.ff.de extraord.cognit.*

Obſtetrici creditur de prægnantiâ mulieris. *Ang.l.illud.ff.ſi pars hær.pet.*

Obſtetrices ſi male iudicant, itur ad ſuperiorem. *Bart.l.arbitro.ff.qui ſat.cog.*

Ob ſterilitatem uxoris non licet ex ancilla progeniem quærere. *c.1.32.q.4.*

Ob ſupervenientiam liberorum revocatur donatio. *l.ſi unquam.C.de Rev.don.*

Ob ſupinam negligentiam uſufructuarius ad proprietatis æſtimationem tenetur. *leg.1.§.interdum.ff.uſufruct.quemad.cav.*

Ob ſuſpiciones nemo debet damnari. *Royz.deciſione Lituan.5.num.202.*

Obtemperandum eſt formæ principalium Statutorum. *l.ſi ut allegas.C.de excuſ.tut.* 660.

660. Obtemperandum magiſtratui. *c.1.11.q.3.*

Obtinere non debet, qui non probat, quod aſſerit. *l.quinquaginta.ff.de probat.*

Obtinens pro parte excuſatur ab expenſis. *Soc.conſ.118.Vol.1.*

Obtento fine, fruſtra quæritur de mediis. *Bald.l.3.C.de inſtit.*

Obvagulatio teſtimonii denunciandi causâ conditionem vel diem recipit.*l.actus legitimi.ff.de reg.iur.*

Obventiones dicuntur omnes reditus cuiuſcumque qualitatis. *Abb.c.ad audientiam.de Eccleſ.ædif.*

Obviandum eſt periuriis. *Bar.l.4.n.1.C.de arbit.*

Obviandum eſt maleficiis.*l.in fundo.ff.de rei vend.*

Ob unum delictum nemo duabus pœnis punitur. *Weſembec.conſ.43.nu.105.*

O c.

Occaſio capienda eſt, quæ præbet benignius reſponſum. *l.qui occidit.ff.eod.l.capienda.ff.de reg.iur.*

Occaſio levis interdum eſt magni ponderis. *l.ergo.§.ſi ex die.ff.de fid.libert.*

Occaſio altercationis vitanda eſt inter fratres. *l.cùm oportet.§.2.in fi.C.de bon.quæ lib.*

Occaſio furandi vitanda eſt. *l.1.§.ille a.C.de Lat.libert.toll.*

Occaſio delicti tollenda.*l.1.§.1.ff.ad l.Aquil.*

Occaſio patere non debet alieni ad exercendam animi obſtinatioris dementiam.*l.nullus.C.de ſanct.Trin. & fid.Cathol.*

Occaſio ad malum ſemper removenda eſt. *Rol.à Vall.conſ.3.nu.26.vol.2.*

Occaſio non eſt danda alicui per malum exemplum. *c.nolo.12.q.1.*

Occaſio invidiarum eſt amputanda. *Bal.Inſt.de L.Fuſ.can.toll.num.1.*

10. Occaſio delinquendi ſemper eſt amputanda. *l.convenire.ff.de pact.dot.*

Occaſio eſt cauſa non ſufficiens. *Card.clem.cauſam.col.1.de Elect.*

Oc-

Occaſio dicitur iniuſta cauſa. *Card.clem.2.de ſepult.*

Occaſio ſæpè excedit rationem. *Bertrand.conſ.290.num.15. vol.3.part.1.*

Occaſionem damni præſtans, damnum ipſum feciſſe videtur. *l.3.§.pen.ff.ad l. Aquil.*

Occaſione tutelæ religio vel humanitas violanda non eſt. *l.humanitatis C.de excuſ.tut.*

Occidiſti ſi non paviſti. *c.paſce.86.diſt.*

Occidit, qui ad nocendum movetur. *c.homicidium. diſt.1. de pœnit.*

Occidere licet impunè lege permittente. *l.4.C.ad l. Iul. de adult.*

Occidere dicitur etiam, qui letaliter vulnerat, licet mors ex intervallo ſequatur. *Bar.l.1.ff.de nund.*

20. Occidere alium eſt licitum, etiam pro rerum defenſione. *gl.l.ut vim.ff.de iuſt.& iur.*

Occidere licet furem nocturnum. *Marſil.l.ſi ut allegas.ff. de ſicar.*

Occidere volens ſeipſum debet capite puniri. *Cyn. l.2. C. qui teſt.fac.poſſ.*

Occidere ſeipſum quis præſumitur ex conſcientiâ criminis. *ibid. [illegible]*

Occidere non dicitur, qui facit mulierem parere abortivum. *Bal.l quod dicitur.ff.de lib.& poſth.*

Occidere dicitur, qui denegat alimenta. *l.necare.ff.de lib. agnoſc. c.paſc.86. diſt.*

Occidere furem licet domino pro defenſione rei ſuæ, niſi eſſet ei ſubtracta res modica. *l.1.C.unde vi.*

Occidere licet aliquem, dum ſe incontinenti defendit. *Bar.& DD.l.ut vim.ff.de iuſt.& iur.*

Occidere manibus propriis eſt aliud, quàm dare cauſam morti. *Bar.l.ita vulneratus.ff.ad l.Aquil.*

Occidere videtur cauſam mortis præbens. *l.nihil.ff.ad l. Cornel.de ſicar.*

Occidere ſeipſum non eſt virtus. *Bart.l.6.§.eius qui.n.2.ff. de iniuſt.teſtam.*

Occidere volens iure occiditur. *l.ſi ita.ff.de ſicar.*

Occidiſſe quis non dicitur, niſi morte ſecutâ. *l.ita vulneratus ff.ad l.Aquil.*

Occidiſſe ſe pater præſumitur pro filio. *l.qui rei.* §.*ſi quis, ff.de his qui mort.ſine conſc.*

Occidiſſe hominem ſe confeſſus tenetur. *leg.certum.ff.de confeſſ.*

Occidendi animus deprehenditur ex genere armorum, cum quibus percutitur.*gl.c.ſignificaſti.de homic.*

Occidendi animus ſi conſtet iudici, poteſt pœna alterari. *Sal.l.is qui cum telo.C.de ſicar.*

Occidendi animus ex coniecturis declaratur. *gl.l.1.C.ad l. Corn.de ſicar.*

Occidens ſeipſum non poteſt teſtari, vel relinquere ad pias cauſas. *Bar.l.1.C.de SS.Eccleſ.*

Occidens ſeipſum habetur pro confeſſo crimen, quod ei impingitur. *Bal.l.2.C.qui teſt.fac.poſſ.*

40. Occidens fratrem nocet ſequentibus in gradu, nõ autem paribus vel proximioribus. *Bart.l.1.ff.ſi quis aliq. teſt.prohib.* (*tit.*

Occidens conſanguineum, ei non ſuccedit. *Bar.l.fin.ff.eod.*

Occidens baſtardum tenetur de parricidio, ſicut occidens filium nat.& legitimũ. *Bal.l.cùm acutiſſimi.C.de fideic.*

Occidens cognatum vel agnatum non dicitur parricida. *Sal.l.1.C.de his qui pa.vel liber.*

Occidens patrem ſpiritualem dicitur parricida. *Alex.l.divus.ff.de parricid.de pœnit.diſt.1.*

Occidens patrem naturalem tantùm tenetur de parricidio. *Bar.l.3.§.quia ſemper.ff.de in ius voc.*

Occidens filium adulterum deportari debet in Inſulam. *gl.l.1.C.de ſicar.*

Occidens patrem debet carere Eccleſiaſticâ ſepulturâ. *Sal. l.1.C.de his qui par.occid.*

Occidens patrem vel filium bannitum non tenetur de parricidio. *ibid.*

Occidens bannitum caſſum de uno libro, & non de altero, tenetur. *Bal.l.noſtram.pen.col.C.de teſtam.*

50. Occidens bannitum ad ſui defenſionem, non debet ha-

habere præmium Statuti. *Bal. l. nulla macula C. de delator. lib. 10.*

Occidens bannitum permittente Statuto, nõ dicitur maleſactor. *Bar. l. fin. §. divus. ff. de public.*

Occidens bannitum eſt infamis de facto, nec poteſt eſſe teſtis. *Bal. l. decuriones C. de infam.*

Occidens bannitum pertinet ad publicam utilitatem, *Bar. l. ubi. C. de tranſact.*

Occidens bannitum poteſt defendi per alium. *ibid.*

Occidens bannitum habentem ſalvum conductum non tenetur. *Caſt. conſ. 32.*

Occidens aliquem dicitur homicida. *gl. l. 1. §. merces ff de tribut.*

Occidens hominem tenetur ad expenſas medicorum. *leg. fin. ff. de his qui deiecer.*

Occidens bannitum poteſt habere præmium Statuti, etiam in foro conſcientiæ. *Bal. l Gracchus. C. de adult.*

Occidens eum, qui ſe iniuſtè defendit, non punitur. *Caſtr. conſ. 192.*

60. Occidens alium pro rerum defenſione irrecuperabili non tenetur. *Bar. l. furem. ff. de ſicar.*

Occidens reſiſtentem, qui iuſtè cepi poterat, non tenetur, *Bar. l. ſi ſervus. C. de his qui ad Eccl. confug.*

Occidens in ludo lapidum non punitur de ſicariis. *Anchar. c. cùm venerabilis. de conſuet.*

Occidens falconem aucupis tenetur ad æſtimationem, *Bar. conſ. incip. Comes Guido.*

Occidens duos, quorum alter eſt bannitus, non punitur pœnâ Statuti de occidẽte duos. *Bal. l. ubi. C. de tranſact.*

Occidens infidelem minus peccat, quàm occidens Chriſtianum. *gl. c. rebaptizare. de conſec. diſt. 4.*

Occidens ſervum punitur de ſicariis, ſicut occidens liberum. *l. 1. §. 1. ff. de ſicar.*

Occidẽs puerum magis punitur, quàm occidẽs adultum. *DD. & Sal. l. pen. C. de ſicar.*

Occidens & mandans eodem libello accuſatur. *Bal. l. minorib. C. de his quib. ut indig.*

Occidens etiam manu vacuâ, cum dolo punitur. *Bal. c. iniuria. de pac. iur. firm.*

70. Occidens ſenſum tradendus eſt caninæ ſepulturæ. *Rol. à Valle conſ.20.n.26.*

Occidens uxorem non debet aliquid ex dote lucrari. *l.ſi ab hoſtibus.§.ſi vir uxorem.ff.ſol.matrim.*

Occidens latronem non utique tenetur, ſi aliter periculum effugere nequit. *§.iniuria.inſt.ad l.Aquil.*

Occidens iudicem, qui eum torſit ſine indiciis, non punitur pœnâ mortis. *Marſ.ſing.455. nu 8.& 10.*

Occidens aggreſſorem non tenetur de occiſo. *Marſ.conſil. 81.num.9.*

Occidens ad ſui defenſionem non committit peccatum. *ibid.num.2.*

Occidens volentem punitur de homicidio. *Marſil.l.1.in princ.col.1.ff.de ſicar.*

Occidens ſe habetur pro damnato ad mortem. *Ang.l.ſi ii. nu.3.C.qui teſt.fac.poſſ.*

Occidens non dicitur ponens offendiculum ad feneſtram pro capiendo fure nocturno, ſi fur cecidit & moriatur. *Alex.conſ.140. part.2.*

Occidens ſemetipſum carere debet ſepulchro, vel ſepulturâ. *c.placuit.23.q.5.*

80. Occidens adulterum ſemper peccat. *Fel.c.1.de praſ.*

Occidens filius patrem, & pater filium tenetur de parricidio. *l.1.ff.de parricid.*

Occidentis ſeipſum teſtamentum valet, niſi quando bona ſua propter delictum erant confiſcanda. *ibid.*

Occidenti ſeipſum ſuccedunt venientes ab inteſtato. *Bald. l.2.C.qui teſt fac.poſſ.*

Occidenti bannitum poteſt conſtitui præmium. *DD. & Hoſt.c.fin.de conſuet.* (*nu.37.*

Occiſus quis præſumitur ab inimico. *Ioan.de Amic.conſ.7.*

Occiſus pro patriâ vivit in æternũ. *Bar l.minimè.ff.de relig.*

Occiſus dicitur, qui violenter mortuus eſt, non qui naturaliter. *Bar.l.2.ff.ad Syllan.*

Occiſus in bello habet hæredem, quia moritur ſui iuris. *Bal.l.1.in pr.C.de cad.toll.*

Occiſio adulteri non poteſt committi alteri. *leg. ſi quis in gravi.in pr.ff.ad SC.Syllan.* 90. Oc-

90. Occiſor indignus eſt hæreditate occiſi. *Port. conſ.19. num.11.*

Occiſor occiſo non ſuccedit.*l.Lucius.ff.de iur.fiſc.*

Occiſor hominis tenetur ad æſtimationem operarum pro toto tempore,qua veriſimiliter vixiſſet occiſus. *Spec. de iniur.§.2.V.ſed nunc.*

Occiſor adulteri lege permittente non eſt homicida. *l. 4. C.ad l.Iul.de adult.*

Occultator eſt par furi.*Iaſ.l.poſſideri.§.ſi rem apud.nu.5.ff. de acq.poſſeſſ.*

Occultator alienæ laudis furi par eſt. *l.hæreditatum. §.fin. ff.ad l.Falcid.*

Occultator pœna falſi punitur.*Tynd de teſt.c.11.n.22.*

Occultare veritatem eſt peccatum mortale.*c.ſi quis.11.q.3.*

Occultans aliquid ne veritas appareat, incidit in falſum. *c. olim.de Reſcript. Alex.l.Paul.ff.de falſ.*

Occultans rem alienam , tenetur crimine ſtellionatus. *Alex.l.ſi dominium.ff.de furt.*

100. Occultans ſcienter ſcripturas publicas vel privatas in pœnam falſi incidit.*Bar.l.Paulus.ff.de falſ.*

Occultans ſe, nè ad ipſum citatio perveniat, ſententia inter alios acta, præiudicabit ei etiam. *Inn. & Hoſt. c.ad petitionem.de accuſ.mon.*

Occultans alienum libertum operas præſtare debet. *l.fin. C.de oper. libert.*

Occultans reos alieni criminis, eâdem pœnâ tenetur. *l. 1. C. de his qui latron.occult.*

Occultans veritatem deſiderat nocere.*c.ſi quis.11,q.ult.*

Occultari nequit veritas.*c.ſi quis.22.q.2.*

Occultum delictum non impedit promovendum.*c.ex tenore.de temp.ord.*

Occultum dicitur, quod nequit probari. *c. ut noſtrum, ut Eccleſ. ben.*

Occulta & incognita illi ſunt relinquenda, qui ſolus novit corda filiorum hominum. *c.conſulviſti.2.q.4.*

Occultorum non fit inquiſitio, ſed aliud iudicium, ſi tamen probentur.*Spec.de inquiſit.§.in fin.*

110. Occultorum ſolus Deus & cognitor & iudex eſt. *cap. unica.§ porrò.ut Eccleſ.bon.ſine. dim.confer.*

Occultè factum verum præſumitur, ſed palàm & apertè factum dicitur ſimulatum. *Bal.l.ab Anaſtaſio.C.mand.*

Occultè donare non licet in ſcriptis. *l.donatio.C de don.*

Occupare dicitur quis per lit.conteſtat. *Bart.l.pluribus.ff. de procur.*

Occupare dicitur, qui totum uſurpat. *Bald. l.penult.5.col, C.de cond. inſert.*

Occupare dicitur, qui incipit opus & proſequitur. *Bart.l. quo minus 5.q.ff.de flum.*

Occupare in malam partem accipitur. *gl.c.fin.de reſt.ſpol, lib. 6.*

Occupans perdit ius ſuum, quod habet in re, quam occupat. *l.ſi quis.C unde vi.*

Occupans, quod poteſt petere, ſtultus eſt. *Spec.de locat.§.6, Verſ.98.*

Occupans clam poſſeſſionem ab alio occupatam, non acquirit naturalem *gl.& DD.l.1.C.uti poſſidetis.*

120. Occupans poſſeſſionem vacantem per mortem plus delinquit, quam occupans, vacantem per negligētiam. *Bal.l.fin.C.de Edict. D.Adr.toll.*

Occupans rem alienam propria authoritate, etiam longo tempore non præſcribit. *DD.l.legis.C.qui bon.ceu poſſ.*

Occupans rem alterius ſuâ autoritate prædo eſt. *l. ſi ex ſtipulatione.ff.de acquir.poſſ.*

Occupans bona cohæredum doli præſumptione gravatur. *l.cum quærebatur. C.unde vi.*

Occupans fundum deſertum propria autoritate, non tenetur pœna *l.cum quærebatur.C.unde vi.*

Occupans poſſeſſionem vacātem tenetur actione furti. *ib.*

Occupans rem alienam privatur poſſeſſione, & condēnari debet in æſtimatione proprietatis. *l. ſi quis.C.eod.*

Occupans rem alienam, ſuam credens, non tenetur. *gloſſ. Bar.& DD.l. fin.C.unde vi.*

Occupans authoritate ſententiæ iniquæ, vel reſcripti, privatur iure ſuo. *DD.l meminerint. C.eod.*

Oc-

Occupans rem ſibi ablatam tempore belli per vim, non incidit in pœnam. *Bal. de pac. conſtant. §. poſſeſſiones.*

130. Occupans ante litem motam, vel pendente, vel poſt ſententiam, tenetur ad pœnam *gl. l. ſi quis. C. unde vi.*

Occupans reſtituit ſuis ſumptibus. *Card. clem. 1. §. 1. de ſeq. poſſ.*

Occupans alienum vacans quaſi prædo eſt. *l. fin. C. unde vi.*

Occupantis melior eſt conditio. *l. ſi verò. ff. de pecul.* (*diviſ.*

Occupantis fit, quod nullius antea erat. *§. 12. Inſt. de rer.*

Occcupari non poſſunt incorporalia. *Bald. l. ab Anaſtaſio. C. mand.*

Occupatus à maioribus excuſatur in minoribus. *l. 2. C. de tutor. vel curat.*

Occupati circa rem ruſticam in forum venire non ſunt compellendi. *l. 1. ff. de fer.*

Occupatio maior excuſat à minore. *l. 2. C. de tutor.*

Occupatio maioris cauſæ impedit contumaciam. *l. contumacia. ff. de re iud.*

140. Occupatio ordinis florentiſſimi non debet nocere privatis. *l. cum anterioribus. §. 3. C. de temp. appell.*

Occupatio publica excuſat contra curſum termini à lege dati. *l. ob commiſſa. C. ad l. Iul. de adult.*

Occupatio publica privatis non nocet. *l. cum anterioribus. §. 3. C. de temp. appell.*

Occupatio rerum fieri debet iuris ordine ſervato. *l. meminerint. C. unde vi.*

Occupatio ſi cauſam dat privilegio, illa ceſſante & hoc ceſſat. *l. fin. C. de reſt. mil.*

Occupatio circa res militares non ſola militia præbet reſtitutionis beneficium. *l. ſancimus. C. de temp. in int. reſt.*

Occurrere malo in tempore melius eſt, quam poſt exitum vindicare. *l. 1. C. quand. lic. unicuiq.*

Occurrere litibus ſpectat ad iudicem. *l. quidam æſtimaverunt. ff ſi cert. pet.*

Occurrendum eſt fraudibus. *l. in fundo. ff. de R. V.*

Ocium ſine literis mors eſt. *Neviſ. lib. 4. ſyl. nupt. n. 13.*

150. Ocio non naſcimur, ſed labori. *Ombal. de Vſurp. Leg. lib. 1. c. 11. n. 9.*

Ocioſus eſt in deſideriis.*c.nunquam.diſt.5.de conſecrat.*

Octo dicuntur pauca.*Nic.à Neap.l.ſcire.ff.de Excuſ.tut.*

Octava vectigalium ab omnibus etiam militibus eſt præſtanda.*l.ex præſtatione.C.de vectigal.*

Oculus impudicus eſt impudici cordis nuncius.*c.nec ſolo.32.quæſt.5.*

Oculus non dicitur debilitatus, quando quis videt cum eo uti prius,licet ſit per ictum deturbatus.*Bald.l.3.C.de ſer.fugit.*

Oculus cœcatus non dicitur oculus. *Bald.l.1.C.qui accuſ.non poſſ.*

Oculus officialium,ſæpe fallitur.*Inn.c.ex parte.de fid.inſt.*

Oculus domini paſcit equum. *Corraſ miſcell.lib 5.c.7.n.4.*

Oculus eſt arbiter certior aure.*Marſ.conſ.115.nu.25.*

160. Oculus legis omnia videt. *Bald. conſ. 141. num. 4. vol. 1.*

Oculum amittens non excuſatur à tutela. *l.frater tuus.C.de Excuſ.tut.*

Oculi plura vident,quam oculus. *Weſemb.lect.inſt.in fin.*

Oculorum amiſſio tolerabilior eſt quam famæ.*l.infamia.C.de decur.*

Oculis ſunt loca differentiæ ſubiicienda. *l.ſi irruptione.ff.fin.regend.*

Oculis magis eſt habenda fides,quam auribus. *Maſcard.de probat.vol.1.q.8.nu.20.*

Ocularis & intuitiva demonſtratio eſt privilegiata, & probatio probata. *Weſembec.conſ.58.num.14.*

Ocularis inſpectio eſt bona probatio ad docendos terminos.*gl.& DD.l.ſtipulatio iſta.§.hic quoq.ff.de V.O.*

Oculatæ procuratorum manus nihil credunt,quam quod tenent.*l.litem.C.de procur.*

O d.

Odit Deus ſacrificia hæreticorum, & à ſe proiicit.*c.odit.1.quæſt.1.*

Oderunt peccare boni virtutis amore. *gl.c.irrefragabili.de off. ordin.*

Ode-

Oderunt peccare mali formidine pœnæ. *ibid.*
Odiſſe ſe vicia probat, qui condemnat errantes. *c. faciens. 86. diſt.*
Odiſſe nefanda eſt primus gradus innocentiæ. *ibid.*
Odium inter conſanguineos atrocius eſt, quam inter vulgares. *Cantiunc. inſt. lib. 1. tit. 25.*
Odium ampliatur favore publicæ utilitatis. *Bart. l. quod ait. §. Exercitum. nu. 2 ff. de infam.*
Odium non debet converti in favorem. *l. quod favore. C. de LL.*
Odium quicquid eſt contra iuſticiam æquitatis, eſt odioſum. *Corn. conſ. 97. vol. 3.*
10. Odium adſcribitur culpæ. *gloſ. l. ſi merces. §. culpa. ff. de locat.*
Odium ſolvitur morte. *l. 1. C. ſi rect. provinc.*
Odium irrationabile in liberos prioris matrimonii parentibus interdictũ eſt. *l. cum apertiſſime. C. de ſecund. nupt.*
Odium reſultans in conſequentiam favoris vel è contra toleratur. *l. cùm ex oratione §. fin. ff. de excuſ. tut.*
Odium accuſatoris facit eum repelli. *Spec. de accuſ. V. item quod odit.*
Odium præſumitur in exhæredatione. *Bal. l. liberti. col. 1. C. de oper. libert.*
Odium non eſt indicium ad inquirendum. *Grammat. deciſ. 28. num. 5.*
Odium non præſumitur, niſi probetur. *Gozadin. conſ. 89. num. 14.*
Odii cauſâ ceſſat & odium. *Rom. conſ. 404. n. 9.*
Odio alieno alius prægravari non debet. *l. ſi quis ſuo teſtamento. §. 1. C. de inoff. teſt.*
20. Odio habentur peccata, non homines. *Spec. de teſt. §. 4.*
Odia reſtringi favores convenit ampliari. *l. cum quidam. ff. de lib. & poſth.*
Odia ſunt reſtringenda. *c. odia de R. I. lib. 6.*
Odioſus in uno præſumitur in aliis, quando odium eſt irrationabile. *l. ſi quis provocatione. C. de Appell.*
Odioſi non comprehẽduntur in gratiis. *Marſ. conſ. 93. n. 6.*

Odioſi ſunt in iure deſides homines. *l.3.C.de annal.except.*
Odioſior eſt accuſator in criminalibus quàm accuſatus. *Mauſer.de proceſſ.iur.de lit.cont.§ præterea.*
Odioſum eſt ſtatutum annullans debitum. *leg. fin. C. de Edict. D. Adr.toll.*
Odioſum dicitur, quicquid recedit à iure communi. *c.1.& 2.de fil.preſbyt.lib.6.*
Odioſum propter evitandam abſurditatem recipit interpretationem. *l.cui pacto.ff.de ſerv.Export.*
30. Odioſa non comprehunduntur in generali diſpoſitione. *c ſtatutum.de Elect.lib.6.*
Odioſa eſt omnis correctio. *l.unica.C.de inoff.dot.*
Odioſa eſt iniuriarum actio. *Gail.lib.2.obſ.165.n.3.*
Odioſa eſt collationis prohibitio. *Sichard.conſ.matr.1.n.85.*
Odioſa de facili tolluntur. *Bal.l.re tuâ.n.2.C.deRei Vindic.*
Odioſa eſt coniugis ſeparatio. *c.tua nos.de conſ.& affin.*
Odioſa & pœnalia iura etiam extenduntur, ne fraus fiat. *c.ſi civitas.de ſent.& excom.lib.6.*
Odioſa lex extenditur, ne ſit eluſoria. *l.1.§.ſi is qui navem, ff.de Exercit.act.*
Odioſa diſpenſatio non debet extendi, ſed reſtringi. *Molin. in reg.cancell.18.de infir.reſig.n.29.*
Odioſæ ſunt novitates, quæ ſemper pariunt diſcordias. *Anch.conſ.157.num.5.*
40. Odioſæ ſunt donationes coniugum. *l.1.& 3.ff.de donat.int.uxor.& vir.*
Odioſæ ſunt dilationes. *l.1.C.de dilat.*
Odor ſerpentis peſtilens eſt. *l.4.C.de ædilit act.*
Odore bono animus & ſpiritus hominis alitur. *l.2.§.idem ait.ff.ne quid inter pub.*
Odorum uſus legari poteſt. *l.pen.ff.de uſufr.ear.rer.*

O E.

Oëconomus eſt diſpenſator pauperum. *l.omnes.§.3.C.eod.*
Oëconomus poteſt exequi voluntatem teſtatoris, ad pias cauſas, etiam eo invito. *Auth.licet.C.eod.*
Oëconomus tenetur ob rem male adminiſtratam. *l.iubemus.§.2.C.de SS. Eccleſ.*

Oëconomus dicitur gubernator rerum Eccleſiæ *Bar l.iubemus.in pr.C.de SS.Eccleſ.* & *Hoſt.c.ad hoc.de reſcript.*

Oëconomus, fieri poteſt ad tempus & in perpetuum. *Inn.*

Oëconomus reddendis rationibus eſt obnoxius. *l.omnem adhibentes.§.4. C.de Epiſcop. & cler.*

Oëconomi ſucceſſor tenetur ad rationes reddendas. *leg. omnem ſemper C.de Epiſc. & cler.*

Oëconomi alienare nullo modo poſſunt annalia piis locis relicta. *l.fin C.de Epiſc.& cler.*

Oëconomi & ſimiles apud proprium Epiſcopum conveniendi ſunt. *Nov.conſt.123.cap.23.*

O F.

Offendere non licet naturam. *l.1.C.de ſuis & leg her.*

Offendens clericum merentem non incidit in canonem. *c. ſi quis ſuadente, 17 q.4.*

Offendens clericum arma portantem non incurrit excommunicationem. *Inn.c.Ioannes.de cler.coniug.*

Offendens offenſorem ſui non tenetur de pace ruptâ, pro qua tenetur primus offenſor. *Bar.l.cùm pater.ff.de l.2.*

Offendens banniendum de proximo non tenetur ad pœnam. *Caſt.l.3.§.ſi ſervus.ff.de acq poſſ.*

Offendens debilem non excuſatur. *Flor. l. Item Mela.§. Celſus.ff ad l.Aquil.*

Offendens ſtipulatorem, vel eius perſonam repræſentans, non tenetur ad intereſſe. *l ſtipulatio iſta.ff. de V.O.*

Offendens in uno factus eſt omniũ reus. *c.de ſent.de regul.*

Offendens debet citari in abſolutione offenſoris iniquiſiti. *Alex.l.2.§.ſi publco.ff.de adult.*

10. Offendẽs poſt ſecuritatẽ extra territoriũ tenetur, ſicut in territorio. *Bar.l.illicitas.§.nè potentiores.ff.de off.præſ.*

Offendens domeſticum dicitur pacem rumpere. *Bald. l.1. n.3.C.de Epiſc.& cler.*

Offendẽs fratrem eius, cũ quo fecit pacem, non tenetur de ruptâ pace. *Bar c.1.quib.mod.feud.am.*

Offendi poteſt etiã mortuus, ſcilicet iiſdem modis, quibus vivus ad irã provocaretur. *Bar.l.1 ff.de his quib.ut indig.*

Offendi poteſt impunè nocturnus depopulator. *c.cùm homo.23.q.5.*

Of-

Offendi qui poteſt impunè, poteſt etiam occidi. *c. fin. de homicid. lib. 6.*

Offenſus præſumitur Aggreſſor. *Bertaz. conſ. 31. n. 7. lib. 1.*

Offenſus cogi poteſt per iudicem ad accuſandum offenſorem. *Bar. & Alex. l. in eum ff. de accuſ.*

Offenſus prius præſumitur offendiſſe ad ſui defenſionem. *Gandin. tract. malef. tit. de defenſ. V. ſed ponamus.*

Offenſus poſt ſecuritatem præſtitam acrius punitur arbitrio iudicis. *Bar. l. illicitas §. nè potentiores ff. de off. præſ.*

20. Offenſus non dicit teſtimonium contra offendentem. *Bertaz. conſult. deciſ. lib. 1. conſ. 3. nu. 3.*

Offenſus in veſtibus non dicitur offenſus in perſonâ. *Bar. & Alex. l. 1. § hoc edictum. ff. de op. nov. nunc.*

Offenſus faciendo pacem offenſori non liberat illum à pœnâ. *Ang. l. athletas. § fin. ff. de infam.*

Offenſi dicto non creditur. *Burſat. conſ. 336. num. 1.*

Offenſa præſumitur facta ex novâ causâ. *Ruin. conſ. 10 nu. 12. vol. 4.*

Offenſa dicitur, quicquid alium ad iuſtam turbationem inducit *l. cùm te. C. de inoff. teſt.*

Offenſa inducitur etiam ex fugâ. *Alex. l. ſi pecuniam. § ſed ſi accipit. ff. de cond. & dem.*

Offenſa gravior dicitur vulnus. *Alex. l. prætor. ff. de iniur.*

Offenſa levis punitur in liberto. *l. 2. C. de libert.*

Offenſæ Dei obviandum. *Card. clem. 1. de Iuda.*

30. Offenſam clementia flectit. *l. in ipſius. C. fam. hercisc.*

Offenſio ſolvitur morte. *c. fin. de donat. Rip. l. fin. nu. 256. C. de revoc. donat.*

Offenſi bannitorum per Statutum permitti poteſt. *c. prodeſt. 23. q. 5.*

Offenſio ſi permiſſa eſt, prohibita eſt defenſio. *leg. 1. C. quand. lic. unicuiq.*

Offenſio in perſonam non dicitur inſultus. *Cun. l. ſi quæ per calumniam. C. de Epiſc. & cler.*

Offenſio perſonalis dicitur, ubicumque tangitur perſona, vel res cohærens perſonæ, animo offendendi. *Alex. conſ. 76. vol. 1.*

Of-

Offenſio perſonæ publicæ eſt gravius peccatum, quàm offenſio privatæ. *Alex. l. ſi familia. ff. de iur. om iud.*

Offenſione à Statuto permiſsâ non eſt permiſſum adulterium cum uxore illius. *Alex. l. non ſolum. §. quanquam. ff. eod.*

Offerre ſe torturæ quis non poteſt. *Ang. l. alia. §. 1. ff. ſol. matrim.*

Offerendi ius præſcribi poteſt 40. annis. *l. cùm notiſſimi. §. 3. C. de præſcript. 30. vel 40. ann.*

40. Offerens ſe defenſioni alterius debet citari. *Bald. l. ſi abſentib. C. de excuſ. tut.*

Offerens ſe ſoluturum, ſe teneri fatetur. *l. ad ſolutionem. C. de re iud.*

Offerens debitum petitum, non cogitur litigare. *Alex. l. fin. ff. ſi cert. pet.*

Offerens magis præfertur minus offerenti. *l. fin. §. ſin autem. C. de teſt. man.*

Offerens ſolutionem danti proximus eſt. *l. 5. C. de loc.*

Officium iudicis imploratur ſuper ſententiâ ferendâ pro ſervitute. *Spec. de off. om. iud. §. 6.*

Officium iudicis nobile datur pro reſtitutione adverſus uſucapionem. *gl. & DD. clem. 1. de reſt. in int.*

Officium iudicis mercenarium datur uſucapione reſciſsâ ad repetendum rem ipſam. *ibid.*

Officium iudicis nobile & mercenarium poſſunt eodem libello intentari. *ibid.*

Officium iudicis competit pro relaxatione carcerati. *Bart. & DD. l. 1. ff. de rei vendic.*

50. Officium iudicis poteſt implorari, ut declaretur ſententia nulla. *Bar. l. 1. ff. de fer.*

Officium iudicis competit ſponſo pro repetendâ ſponsâ. *Bal. l. DEO nobis. C. de Epiſc. & cler.*

Officium iudicis expirat, etiam circa acceſſoria rei, ſimul cum principali. *l. 4. C. de poſ.*

Officium iudicis datur contra hęredem ad adeundum hęreditatem. *Bar. l. quia poterat. ff. ad Trebell.*

Officium iudicis competit ad maritandum & dotandum. *l. qui liberos. ff. de rit. nupt.*

Of-

Officium iudicis & exceptio nō ſunt idē. *l. fin. ff. de pet. her.*

Officium iudicis datur pro alimentis. *Bar. l. ſi quis à liberis. in pr. ff. de lib. agnoſc.*

Officium iudicis eſt perpetuum, quia ſemper poteſt implorari. *l. 2. col. 4. C. de exec. rei iud.*

Officium iudicis datur detinentibus. *l. Aquilius. ff. de don.*

Officium iudicis datur poſſidentibus. *l. 1. C. ad Carbon.*

60. Officium iudicis oritur ex ſecundo decreto. *Bal. add. Spec. de ſent. V. ſecundum decretum.*

Officium iudicis non æquiparatur actioni bonæ fidei. *Caſt. l. ſi quis. §. cogentur. ff. de Edend.*

Officium iudicis ante diem non oritur. *Bal. l. 1. C. ut actio.*

Officium finitur morte. *l. 1. C. ſi quis ignor. rem min.*

Officium mutatur artificio. *l. legatis. §. 1. ff. de leg. 1.*

Officium diurnum operæ ſunt. *l. 1. ff. de oper. libert.*

Officium iudicis non impeditur, ſi litigantium aliquis reip. causâ abſit. *l. non idcirco. ff. de iud.*

Officium publicum nemini debet eſſe damnoſum vel lucroſum. *ibid.*

Officium ſuum nemini debet eſſe damnoſum. *l. ſed ſi quis. ff. teſtam. quemad. aper.*

Officium adiunctorum finitur finito principali. *leg. 1. C. quand. tut. vel cur.*

70. Officium filii patri non nocet. *l. 3. C. ne fil. pro pat.*

Officium iudicis conquieſcit relatione pendente. *l. 3. C. de relationib.*

Officium iudicis præſens eſſe debet in ſententiâ. *leg. cùm ſententiam. C. de ſent. & interloc.*

Officium perperam iniunctum omitti poteſt. *l. 1. C. de teſtam. tut.*

Officium provinciale reſpectu Eccleſiaſtici turpitudo eſt. *l. fin. § 4. in fi. C. de Epiſcop. aud.*

Officium iudicis eſt latiſſimum. *l. 1. ff. de iuriſd. omn. iud.*

Officium dicitur habere iudex delegatus. *Rub. de offic. deleg.*

Officium iudicis eſt multiplex. *l. 4. C. depoſ.*

Officium iudicis competit ex mera æquitate, ubi deficit obligatio. *Bal. l. fin. C. de Furt.* Of-

Digitized by Google

Officium publicum pupillus gerere non poteſt. *l. Lucius. §.pro infante.ff.ad Municipal.* *(C.de teſtam.*

80. Officium diu geſtum videtur præſcriptum. *Bart. l.1.*

Officium non dicitur finitum, niſi ſucceſſor advenerit. *Bar.l.meminiſſe.ff.de officio procónſ.*

Officium non quæritur ignoranti. *Bal.l falſus.C.de furt.*

Officium ſuſceptum non poteſt renui. *l.nulli. C.de Epiſc. & cleric.*

Officium videtur concedi ſecundum conſuetudinem. *Bar.l.magiſtratib.ff.ad Municip.*

Officium iudicis datur, ubi ceſſat actio ordinaria. *Bart. l. quadam.in pr.ff.de Edend.*

Officium iudicis debet implorari ad interpretandas obſcuritates pactorum. *l.voluntatis. C. de fideicom.*

Officiũ iudicis nõ eſt actio. *Bar.l Quintus.ff.de ann.legat.*

Officium iudicis datur pro executione iuramenti, ſicut pro executione ſententiæ. *Alex.l.2.ff.de iureiur.*

Officium iudicis eſt lites dirimere. *l.quidam.ff.ſi cert.pet.*

90. Officium iudicis excludens actionem aliud eſt, quàm exceptio. *Bar.l.ita.§.noviſſimè ff.naut.caupon.ſtab.*

Officium iudicis datur executori contra hæredem. *Ang. l. Lucius §.Mævia.ff.ad Trebell.*

Officium iudicis poteſt cedi. *Bal l.ex legato.C.de leg.*

Officium prorogatum dicitur idem quoad favorem, non quoad odium. *Bar.l.ſi à te.C.de pact.int.empt.& vend.*

Officium pietatis non debet eſſe venale. *Bald.l.ſancimus. C.de infant.Expoſit.*

Officium paternum eſt dotare filiam. *l fin.C.de dot.promiſſ.*

Officium executoris accreſcit conſortio. *Bald. Auth. hoc amplius.C.de fideicommiſſ.*

Officiũ procuratoris eſt vile. *l.ſi quis procurator.ff.de decur.*

Officium excuſatoris eſt allegare abſentiam, & inſtare probationibus & cauſis. *Inn.c.veniens.de accuſ.*

Officium iudicis regulariter non imploratur, quando per ſtatutum omnis tollitur defenſio. *Anch.clem.1.de Exc.*

100. Officium non poſtulatum iudex non tenetur impartiri. *l,4.§.hoc aut.iudicium.ff.de damno infecto.*

Officium non perditur propter maleficium, niſi poſt ſententiam. *l.qui decurio.ff.de falſ.*

Officium iudicis eſt, conſiderare de ſuâ fundatâ iuriſdictione. *l ſi quis ex alienâ.ff.de iud.*

Officium iudicis finitur dictâ ſententiâ. *leg. Iudex.ff. de re iud.*

Officium idem non eſt omnium membrorum. *Spec.de teſte §.2.V.de ordoratu.*

Officium unius membri alteri non eſt attribuendum. *ibidem.*

Officium iudicis habet executionem paratam. *Bart.l.ſed et.nu.3.ff.de iureiur.*

Officium eſt, quod homo homini debet in genere. *l.1.ff. de neg.geſt.*

Officium dicitur relatum crimen. *l.tres tutores.ff.de adminiſt.tutor.*

Officium iudicis exuberat in abſolvendo. *Butrio.c.veniens.de accuſ.Capoll.conſ.crim.41.*

110. Officium iudicis eſt in æquitate fundatum. *l. ultim. ff.de petit.hared.*

Officium iudicis nullam præſupponit obligationem. *l.qui per colluſionem.§.1.ff. de act. Empt.*

Officium iudicis, quod expediri poteſt, poteſt fieri partibus abſentibus. *Pontan.Rubr.de arbit.*

Officium Epiſcopi eſt tranſitorium ad ſucceſſorem. *Bald.l. fin.26.q.C.de hared.inſt.*

Officium curſoris eſt viliſſimum. *Bald.l.fin.C.de Edict.D. Adrian. toll.*

Officium iudicis eſt latiſſimum. *l.1.ff.de iuriſd.omn.iud.*

Officium ambiens reputatur planè indignus. *leg.ſi quenquam.C.de Epiſc.& Cler.*

Officium iudicis poteſt implorare timens ab aliquo offendi, ut ipſum compellat ad præſtandam cautionem. *Bar.l.illicitas §.ne potentiores.ff.de off.praſid.*

Officium iudicis mercenarium ad fructus extantes non durat. *Bal.l.1.2 & 3.C.de uſufr.legat.*

Officium ſuum quiſque agere, non negligere debet. *l. cùm hi.§.ſi prator.ff.de tranſact.* 120.

120. Officium iudicis mercenarium non ambulat de tribunali ad tribunal. *Bal. l. fin. C. de teſtib.*

Officium iudicis non datur pro iure inſtitutionis conſequendæ. *Bal. l. 2. C. de inſt. & ſubſt.*

Officium iudicis eſt prodeſſe cuilibet, & nulli obeſſe. *Spec. de off. ord. §. 3.*

Officium attenuat maleficium. *Bald. Auth. ſed cùm teſta. num. 22. C. ad l. Falcid.*

Officium gerens non debet id committere, quod alium prohibet facere ex officio. *l. altius. ff. ſi ſerv. vend.*

Officii gratiâ libero arbitrio litigator Advocato aliquid offerre poteſt. *l. ſi ſub ſpecie. C. de poſtul.*

Officii gratiâ excuſat neceſſitas. *l. cùm quadam mulier. C. de admin. tut.*

Officii prætextu calumnia moveri non debet. *l. non eſt ignotum C. eod.*

Officii ratione quædam permittuntur, quæ aliàs non permitterentur. *l. quæſitum. ff. de in ius voc.*

Officii poteſtate valent geſta per ordinarium etiam criminoſum ab Eccleſia toleratum. *Spec. de deleg. §. 7.*

130. Officii neceſſitas ſuadet, remanere impunitum, quod aliàs coherceri debeat. *l. tutorem. ff. de his quib. ut indig.*

Officii præſtiti remuneratio non eſt mera donatio. *l. Aquilius. ff. de donat.*

Officii iudicis imploratio non eſt defenſio. *Alex. l. planè. ff. de pet. her.*

Officii neceſſitate oneratus plus gravari non debet. *l. ſed ſi quis. ff. teſtam. quemadmod. aper.*

Officii neceſſitas debet excuſare. *l. tutorem. ff. de his quib. ut indig. auf. legat.*

Officii publici favore præſumitur pro Officiali. *Bal. l. errore C. de teſtam.*

Officio prohibito alicui per ſtatutum intelligitur favorabili, non de odioſo. *Bal. l. ſi quis ſolidum. ff. de hæred. inſt.*

Officio diverſarum perſonarum in eadem cauſa nemo uti poteſt. *Spec. de aſſeſſor. §. fin. in pr.*

Officio finito finitur etiam periculum officii. *l. fin. C. de peric. tut. & cur.* O

Officio iudicis quæ veniunt, peti non poſſunt. *l. qui per colluſionem. ff. de act. empt. & vend.*

140. Officio idoneus præſumitur is, ex cuius perſona non procedit læſio in alium. *l. ſervos. ff. de man. teſtam.*

Officio remoto, removetur etiam præmium. *l. ſi quis ad declinandum. § omnibus. C. de Epiſc. & cleric.*

Officio ſuo quod incumbit debet quiſque ſollicito ſpeculari. *Spec. in proem. V. igitur.*

Officio iudicis præſcribitur 30. annis. *l. ſicut. C. de præſcript. 30. vel 40. ann.*

Officio ſuo nemo privandus ſine causâ. *Cagnol. l. 2. ff. de orig. iur. num 66.*

Officio iudicis transfertur poſſeſſio rei negatæ in actorem. *Bart. l. fin. ff. de R. vend.* (præd.

Officio iudicis cogitur quis ad patiendum. *l. 1. ff. de ſer. ruſt.*

Officio ceſſante debet etiam ceſſare beneficium. *leg. generaliter. C de Epiſcop. & cleric.*

Officia Chriſtianis deferenda. *l. Archigerontes. C. de Epiſcop. aud.*

Officia debent eſſe diſtincta. *l. Conſulta. C. de teſtam.*

150. Officia pro perſonis in officiis exiſtibus ſumuntur. *l. 4. C. de Epiſcop & cler.*

Officia turbari non debent promiſcuis rerum actibus. *leg. conſulta. divalia C. de teſtam.*

Officia Eccleſiaſtica debent eſſe diſtincta à policitis. *ibid.*

Officia policita debent eſſe diſtincta ab Eccleſiaſticis. *ibid.*

Officia publica geri non poſſunt ab excommunicato. *Conſt. credentes. C. de hæret.*

Officia non tranſeunt ad hæredes. *Bal. l. 1. n. 1. ff. de fideiuſſ.*

Officia non ſunt perpetua. *DD. c. ſignificaverunt. de indic.*

Officia committenda ſunt digniſſimis. *Damhoud. prax. crim. c. 131. num. 2.*

Officia in rempublicam ſunt præſtantiora quam in privatos. *Cantiunc. in proœmio inſt.*

Officia nō debent cōfundi. *Bal. l. 1. C. de num. & act. lib. 12.*

160. Officia repetēs ambitus tenetur. *l. 1. C. ad l. Iul. de amb.*

Officialis debet moveri à Superiore. *Nic. de Neapol. l. 1. § magiſtratib. C. de magiſt. conven.* Of-

Officialis habet iuriſdictionem, etiam inter non ſubditos volentes. *Bar.l.1.C. de emancip.lib.*

Officialis uxorem ſecum ducere non debet in officio. *l.obſeruare.§.proficiſci.ff.de off.proconſ.*

Officialis remanens in officio iam finito non dicitur officialis. *Bart.l.Item quæritur.ff.locat.*

Officialis debet libros ſuos reponere in Archivo publico. *Ang.Auth.de defenſ Civit.§.perfectius.col.3.*

Officialis non electus, ſed ſine iuſſu Superioris exercens officium, tenetur crimine læſæ maieſtatis. *l.2.ff.ad l.Iul. maieſt.*

Officialis per metum electus dicitur tyrannus. *Bald.tract. Schiſmat.4.col.*

Officialis unus poteſt implorare brachium alterius pro exercendo officio. *Ang.l.2.C.de his qui à latro.(deb.lib.10.*

Officialis ſatiſdat de indemnitate. *Bar. l.1. C.de conv fiſc.*

170\. Officialis ſucceſſor debet informari à prædeceſſore. *Bal.l.1.an ſer.ex fact ſuo.* *(ann.trib. lib.10.*

Officialis non poteſt remittere collectas. *l. omnes. C. de*

Officialis negligens in exigendis collectis non debet habere ſolarium. *Bal l.iudices,C.eod.*

Officialis condemnatus de malè geſtis à proprio iudice appellare non poteſt. *l.3.C.quor. appell.non incip.*

Officialis exequens officium neque per ſe, neq; per alium emere poteſt. *l. pen.C.de his quæ vi metusve cauſ.*

Officialis negligens condemnatur. *l.mancip.C.de ſer.fugit.*

Officialis orthodoxus, orthodoxum ſucceſſorem habere debet. *l.quæ de Samaritis.C.de hæret.& Manich.*

Officialis in provinciis eſt perpetuus. *Novell.95.c.1.§.1.*

Officialis publicus non poteſt ultra permittere, quam ſibi conceſſum eſt à lege vel conſuetudine. *l.3.§.4 ff.quod vi aut clam.*

Officialis repræſentat populum. *Bal.l.etiam.C.de fideic.*

180\. Officialis debet ſequi virtutes, fugere vitia. *l.1.§ 5.in fin.C.de off.præf.Aphr.*

Officialis ſucceſſor non tenetur de malè geſtis prædeceſſoris. *l.providendum.c.de decurio.lib.10.*

Officialis poſt iuramentum incipit habere iuriſdictionem, nō ante. *Ang. Auth. ut iud. ſine quo. ſuff. §. iuſiurandum.*
Officialis accuſare poteſt ſine ſolennibus accuſationum. *l. ea quidem. C. de accuſ. & inſcript.*
Officialis accuſare poteſt ſine inſcriptione, non proprio, ſed alieno nomine. *l. 2. C. de his qui acc. non poſſ.*
Officialis adminiſtrare debet ſecundum voluntatem & timorem DEI. *l. 1. §. 5. C. de off. præf. Aphric.*
Officialis cōtrahere nō poteſt, vel per ſe vel per alios in loco, ubi adminiſtrationē gerit. *l. non licet. ff. de cont. empt.*
Officialis crudelitatem accuſatoribus vendere non debet. *l. 1. in fin. C. de cuſtod. reor.*
Officialis fœnus exercere nequit in ſuâ provinciâ. *l. 3. C. ſi cert. petat.*
Officialis debet iurare de exterminandis hæreticis conſter. ſtatuimus. *c. de Epiſc. Audient.*
190. Officialis iuramenti vinculo tenetur ſervare ſtatuta, & non ius commune. *Bald. Auth. ſed novo iure. C. de ſerv. fugit.*
Officialis non poteſt tranſgredi leges & ſtatuta, quæ iuravit ſervare. *c. debitores. de iureiur.*
Officialis agit contra officialem. *l. 1. C. ne fiſc. rem. lib. 10.*
Officialis convenitur ad inſtar tutoris. *Nic. de Neap. l. proponebatur. ff. de magiſt. conven.*
Officialis dum eſt in officio, cum ſubditis contrahere nequit. *l. unic. C. de cont. iud.*
Officialis malè iudicans ex imperitia non excuſatur. *Ang. l. 1. C. de iis qui latroc. occult.*
Officialis regulariter non debet recipere munera à ſubditis. *gl. & DD. l. eos. C. ſi cert. petat.*
Officialis dimittens officium non lucratur fructus officii. *Bal. l. 1. C. de his quib. ut indig.*
Officialis remotus ſuâ culpâ non poteſt ad illud officium amplius redire. *Alex. l. Caſſius. ff. de ſenat.*
Officialis ex culpa negligens poteſt removeri. *gl. l. 2. §. miles. ff. de infam.*
200. Officialis nimis crudelis poteſt removeri. *Gul. de Cun. l. 2. ff. de his qui ſui vel alien. iur.*

Officialis removendi geſta valent. *Bal.l.iubemus.§.ſanè.C. de Sacroſ.Eccleſ.*

Officialis tenetur, cuius culpa debitor efficitur non ſolvendo. *Alex.l.periculum.ff ſi cert.petat.*

Officialis non cogitur ire in exercitum. *Bart. l.percipit. C. de Canon.præſtand.lib.10.*

Officialis contrahit cum authoritate alterius officialis. *gl. l.1,C.de contract.iud.*

Officialis poteſt ſtipulari alteri. *Bart. Auth. libellum, C.de lit.conteſt.*

Officialis prohibitus emere. *l.qui officii.ff de contrah.empt.*

Officialis regulariter duplici officio fungi non poteſt. *gloſ. & Bal.l.parte.C.de proxim.Sacr.lib.12.*

Officialis negligens facit litem ſuam, & tenetur parti ad intereſſe, quatenus eam gravavit negligendo. *Bal.c.iudices.de pac.iur.fir.*

Officialis fugiens non debet habere ſolarium. *Bal.l.2.C. (locat.*

210. Officialis fugiens debet reduci ſumtibus eius. *Bart. l.Thracenſib.C.de decurion.lib.10.*

Officialis non eſt ſyndicandus, ſi non obſervaverit iura in levibus. *Bal.l.quamvis.C.de cond.& dem.*

Officialis ad beneplacitum dicitur perpetuus. *l. iuriſperitos.ff.de excuſ.tut.*

Officialis præſumitur in bonâ fide. *Cyn.Auth.generaliter, C.de Epiſc.& cleric.*

Officialis repræſentans famulum, qui deliquit, liberatur. *Bar.l.1. ff ad l.Iul.repetund.*

Officiali in Syndicatu favendum eſt. *Par.de put.tract.de ſyndicat.fol.8.col.2.& 3.*

Officiali ſufficit, quod præſtet diligentiam, quam poteſt. *Card.clem.1.§.porro.de hæret.*

Officiali aſſerẽti ſe impeditum creditur. *Alex.conſ.32.V.4.*

Officiali creditur extra officium ſuum, cum de minimis agitur. *DD.c.poſt ceſſionem de probat.*

Officiali iurato credendum eſt. *Bart.l.magis. ff. de reb.eor.*

220. Officiali creditur de his, quæ concernunt eius officium. *c.ad audientiam de præſcript.*

Officiales non poſſunt mutuare durante officio, *l.principalibus ff.ſi cert pet.*

Officiales noſtri temporis non habent iuriſdictionem, niſi quantum eis à Statuto conceditur, *Dec conſ.38.*

Officiales debent habitare in palatiis publicis. *Bart.l fin.C. de off.rect.provinc.c.r.de immun.Eccleſ.*

Officiales diverſorum officiorum non debent ſe invicem intromittere unus in officio alterius. *Bal l 1.C.de comp.*

Officiales plures habent inter ſe beneficium diviſionis. *l. ſi tu.C.de mag.conven.*

Officiales non poſſunt hoſpitari in domibus clericorum eis invitis. *Bal.l.1.C.de Epiſc. & cler.*

Officiales reipublicæ in iiſdem civitatibus debent permanere *l.mancipia.C.de ſer fugit.*

Officiales caſtrorum non poſſunt capi perſonaliter nec exequi ſententias ſuas. *Caſt l.cum conſuetudo.ff.de LL.*

Officiales debent iurare de officio ſuo exequendo. *Card. Clem.1.§.porro de hæret.*

230. Officiales debent iurare, ad quodcunque officium deputati ſint. *Bart.l ſi vacantia.C.de bon.vac.lib.10.*

Officialium vel famulorum exceſſus dominis imputatur. *l.1.§.famuli.ff.de public.*

Officialium inſolentia compeſcenda. *l.4.C.de defenſ.civit.*

Officialium hæredes non tenentur de levi culpa. *Bar. l.in hæredes.C.eod.tit.*

Officialibus debetur ſalarium reſidui temporis. *DD. leg. diem functo.ff.de off.adſeſſor.*

Officialibus mutatis, non mutatur officium. *Bart. l. meminiſſe.num.2.ff.de offic.proconſ.*

Officiarius regius præſumitur locupletatus ex rebus fiſci. *l. ſi defunctus.C.arb tutel.*

O L.

Oleũ non ſubiacet gabellæ. *Bald.l 1.C.quæ ſit long.conſuet.*

Oldradus ſuo tempore dictus eſt Legũ pater. *Caſt. l. is qui putat.ff.de acq.hæred.in fine.Natta.conſil.420.num.16.*

Oleum mutuo dari poteſt, ut alterum tantum intra annum reſtitueretur. *l.in bonæ fidei iudiciis. oleo quidem.C. de uſur.*

Oleum transferri non debet ad Barbaricum. *l.1.C. quæ res export. non deb.*

Oleum minorum vendi poteſt ſine decreto. *l. fin. §. fin. C. de admin. tutor.*

Oleum & oliva dicuntur fructus induſtriales. B*ar. l. ſi eius. ff. de rei vendic.*

Olea ab alieno agro ad ſeptem pedes debet plantari. *l. fin ff. fin. regund.*

Oliva immatura legi poteſt. *l ſi abſente fructuario §. 1. ff. de uſufruct & quemadmod.*

Oliva immatura plus fructificat, quàm matura. *l. pen. ff. de uſufruct leg.*

10. Olim quod fuit, præſumitur modò eſſe. *c. in parochia. 16. q. 5. l. pen ff. de ſtat. hom.*

Olim furioſus, hodiè parùm compos mentis exiſtimatur. *c. fin. de ſucceſſ. ab inteſt.*

Olim dominus cenſetur hodie dominus. *l ſive poſſidetis. C. de prob. C. præter. de tranſact.*

Olim poſſeſſor nunc poſſeſſor præſumitur *gl. ibid.*

Olim reſpicit tempus præteritum, ſicut dictio Iam & Dudum. *gl. l. nec emptio. §. 1. ff. de contrah. empt.*

Olim reſpicit tempus præſens. *Alex. & DD. l. 1. §. 1. ff. de oper. nov. nunciat.*

Olim, reſpicit tempus futurum. *Card. Clem. 1. §. 2. de iure-iurand.*

O M.

Omittere levius eſt, quàm committere. *Paris. de Put. de Syndic. V: an ſi plures. num. 11.*

Omittens omnia non poteſt excuſari de negligentiâ. *Bar. l. quod ad heredem. ff. de magiſtr. conven.*

Omittens, quod debet, intelligitur facere quod non debet. *Auth. ut cùm. de app. cognoſc. §. ſi quis.*

Omittens appellationem vano timore videtur acquieſcere ſententiæ. *l. 2. C. de his qui per met. iud.*

Omittens poſſeſſionẽ non alienat. *l. non alienar. ff. de R. iur.*

Omittens poſſeſſionem non dicitur alienare. *l. item ſi res. §. ſunt alia. ff. de alien. iud. mut. cauſ. fact.*

Omittitur facilius ius quærendum, quàm quæſitum. *l. fin. ff. de acq. poſſ.*

Omitti poſſunt tacitè multa, quæ expreſsè non poſſunt. *Bart. l. ſi ius. § veterani. ff. de procur.*

Omitti poteſt degradatio in atrociſſimis delictis. *Gail. de pac. publ. lib. 1. cap. 1. nu. 30.*

10. Omiſſus caſus diſpoſitioni iuris relinquitur. *l. commodiſſimè. ff. de lib. & poſthum.*

Omiſſus caſus non dicitur, in quo eſt eadem ratio. *Grav. conſ. 62. n. 141.*

Omiſſa errore in diviſione etiam dato arbitrio facta condici poſſunt. *l. ſi ſoror tua. C. de collat.*

Omiſſa in principali causâ, poſſunt produci in cauſa appellationis. *l. eos qui. C. de Appell.*

Omiſſa à tutoribus latâ culpâ æqualiter præſtanda ſunt. *l. 2. C. ſi tut. vel cur. non geſſer.*

Omiſſa litis conteſtatione proceſſus eſt nullus. *c. unica V. quia lit. conteſtationem. de lit. conteſt.*

Omiſſa habentur pro omiſſis. *l. commodiſſimè. ff. de lib. & poſthum.*

Omiſsa certitudine indicia captare, eſt infirmitas ſenſus. *Bal. l. continuus. § cùm ita. ff. de V. O.*

Omiſsâ concluſione proceſſus eſt nullus. *Ioan. Maunt. tract. de reſt. in integ. cap. 385. n. 1.*

Omiſſum non dicitur, quod eadem ratione concluditur. *Menoch. conſ. 5. n. 25.*

20. Omiſſum pro diſpoſito haberi nequit. *Bald. l. nulla in pr. ff. de LL.*

Omiſſum non dicitur, quod in expreſſo continetur. *Menoch. de arb. iud. quæſt. lib. 2. caſ. 276. nu. ult.*

Omiſſum non nocet, quando factum non profuiſſet. *Sal. l. ſi ea res. ff. de act. empt.*

Omiſſum in principali negocio in appellatione allegari poteſt, ſi ſpectat ad primum negocium. *l. 4. C. de tempor. appell.*

Omiſſum fraude viciat, quod aliàs omiſſum tenet. *Menoch. conſ. 398. n. 12.*

Omiſſum per viam exceptionis poteſt peti per viam actionis. *l. ſi in venditione ff. Com. præd.*

Omiſſum videtur, quod non eſt ſcriptum. *Sanct. de Aret. conſ. crim. 50. num. 14.*

Omiſ-

Omiſſo medio appellari nequit. *l. Imperatores. ff. de appell.*

Omiſſo medio non poteſt fieri tranſitus ad extremum. *l. fin. C. unde vi.*

Omiſſo Inventario legitima non amittitur. *Alex conſ. 165. num. 7. vol. 5.*

30. Omiſſo eius, quod ſi abiectum fuiſſet, conceſſum fuiſſet non viciat. *l. 1. C. ſi cont. ius vel util. publ.*

Omiſſio hæreditatis non facit corruere prælegatum. *leg. cum reſponſo. C. de legat.*

Omiſſio litis conteſt. non viciat ſententiam appellationis. *l. fin. §. 4. C. de temp. appell.*

Omiſſio modicæ ſolennitatis non vitiat. *leg. 1. §. fin. ff. de Vent. inſpic.*

Omiſſio neceſſariorum vitiat teſtamenta & contractus. *l. teſtamentum. C. de teſtam.*

Omiſſio ſolennitatis per errorem vel imperitiam Notarii viciat. *Caſt. conſt. 2.*

Omiſſio ſolennitatis vitiat, non alia. *Bart. l. Divus. col. 3. ff. de Reſt. in integ.* (*C. qui admitti.*

Omiſſio formæ etiam in ruſtico viciat. *Bal. & Caſt. l. iuris.*

Omiſſio modi & formæ viciat actum etiam favorabilem. *Bal. l. teſtamentum. C. de teſtam.*

Omiſſio verbi, quod comprehendi poteſt ex ſcripturâ, non vitiat. *Bal. l. 1. ff. de hæred. inſtit.*

40. Omiſſio levis ſolennitatis non facit actum retractari. *Bal. rub. C. de ſucceſſ. edict.*

Omiſſio lucri repetit fraudem. *Bal. conſ. 35. n. 13. vol. 5.*

Omiſſio dicitur error. *Mandell. conſ. 10. n. 2.*

Omnis novitas præſumitur mala. *Bal. l. in rebus. in pr. ff. de conſt. princip.*

Omnis clauſula & omne verbum in inſtrumento appoſitum debet aliquid operari. *Bal. Rubr. de contrah. empt.*

Omnis cauſa regulariter ordinaria eſt, & requirit plenam cauſæ cognitionem. *l. iudices. C. de iud.*

Omnis cauſa executionis eſt ſummaria, cum non habeat inſtantiam. *Bar. l. litibus. C. de agric. & cenſit.*

Omnis defenſio venditoris tranſit ad emptorem. *Bald. l. emptori. C. de evict.*

Omnis hæreditas, quamvis poſteà adeatur, tamen cum tempore mortis continuatur. *l. omnis hæreditas. ff. de reg. iur.*

Omnis lex eſt regula iuſtorum & iniuſtorum. *l. 2. ff. de LL.*

50. Omnis perſona ab initio libera præſumitur, niſi de ſervitute doceatur. *Schurpf. conſ. 69. num. 1.*

Omnis definitio in iure periculoſa. *l. omnis. ff. de reg. iur.*

Omnis obligatio habetur pro cōtractu. *l. omnē. ff. de iudic.*

Omnis etiam nimia ſubtilitas adhibenda eſt, ut excludatur falſitas. Bal. *l. fin. C. de fid. inſtr.*

Omnis caſus fortuit⁹ dicitur inſolitus. *Crav. conſ. 294. n. 8.*

Pactum,nè petatur,cùm uno correorum factum,alteri nō nocet. *l.idem in duob. ff.eod.*

Pactum,nè peteret per pactum ut peteret,ope excep.eliditur.*ibid.§ 2.*

Pactum litigantium mitigare poteſt autoritatem legum. *l.cùm anterioribus C. de temp.appell.*

Pactum mandati ſervandum eſt,aliàs nihil agitur.*l. cùm mandati.C.mand.*

Pactum , nihil amplius peti,reſtringitur ad eas tantum quantitates , quæ verè ſunt ſolutæ *l.ſi ex maiore C.de except.vel præſcript.*

Pactū nudū ſuper dote incertâ non valet.*l.1.c.de dot.prom.*

Pactum nudum de ingreſſu in poſſ,excuſat à vi *l. 3.C.de pig & hypothec.*

Pactum nudum diviſionis rerum dominium non transfert,*l ſi diviſionem.C.fam.herciſc.*

Pactum nudum dotem non minuit,ſi ex intervallo apponatur.*l.3 C. de pact.convent.*

410. Pactū nudū minuitur datione. *l.fin. C.de rer. permut.*

Pactum nudum non validatur præſtatione temporali.*l.ſi certis annis.C.de pact.*

Pactum nudum non valet ad uſuras ſtatuendas. *l.ſi ex precio.C.ſi cert.pet.*

Pa-

Pactum nudum parit actionem in conſtituto. *l.3.c.de conſtit pec.*

Pactum nudum parit actionem in donatione. *l. ſi quis argentum. C.de don.*

Pactum nudum tollit hypothecam. *l.maior.C.de pign.*

Pactum nudum ſtipulatione pœnali confirmatur. *nuda pollicitatione.C de cont. & com ſtip.* (*C. de pact.*

Pactum obligatorium debet eſſe cauſatum. *l.creditori tuo.*

Pactũ patris de dote reddēdâ, valet. *auth.ſed. c.de rei ux.ac.*

Pactũ patris ex intervallo de dote reddendâ appoſitum nõ prȩiudicat filiæ nõ conſentiẽti *l.cũ à ſocero c.de iur.do.*

420. Pactum patris obligat filium heredem. *l.1.C.quand. decr. op.non eſt.*

Pactum patris circa ſponſalia filiæ, eo mortuo, ratum & firmum eſſe debet. *l.4.C.de ſponſalib.*

Pactum paternum improbari à filio nequit. *l 1 C. de pact.*

Pactum permutationis nudum non producit actionem, niſi intervenerit ſtipulatio *l.3.C.de rer.per.*

Pactum pignoris inter creditorem & debitorem obſervādum. *l.3 §.1.C.de iur.dom.impet.*

Pactum pignoris, ut ſi intra certum tempus pecunia ſoluta non eſſet, pignus vēdere liceret, valet *l.4.C.de pig.ac.*

Pactum poſterius derogat priori. *l.pacta noviſſ.C.de pact.*

Pactum poſterius priori contrarium ipſi derogat. *l.ſi ea quæ donaveras.C.de don.*

Pactum poſterius ſervandum. *l. pen C de pact.int.empt.*

Pactum præcedens vel ſubſequens incontinenti contractum parit actionem. *l.fin.C.de rer. permut.*

430. Pactũ privatũ non nocet Reip. *l.1.2 & 3.C.ſine C.*

Pactum privatorum non nocet in remiſſione iuramenti de calumniâ, quantũ ad publ. utilitatẽ. *2.§.4.C.de iure iur.prop cal.dand.*

Pactum prius ſervandum, niſi ab eo, poſteriore pacto recedatur *l pen.C. de pact. int. empt.& vend.*

Pactũ eſt duorũ pluriúmve in idẽ cõſenſus. *l.1.§.1.ff.de pa.*

Pactum ſine causâ vel utilitate conventum non obligat. *l.5 quoties ff.de ſervit.*

Pactum nudum dicitur, quod ſine ullâ causâ vel utilitate contrahitur. *l. iuris gentium. §. ſed cum nulla. ff. de pact.*

Pactum ſuper dote regulariter tranſit ad hæredes, *l. 1. §. exactio. C. de rei ux. act.*

Pactum coniunctum dicitur, quod ipſi contractui ante vel poſt immediatè cohæret. *l. petens C. de pact.*

Pactum remotum dicitur, quod ab ipſo contractu temporis intervallo vel diſtantiâ ſeparatur. *l. initio. C eod.*

Pactum ſtipulationi coniunctum ab eâ non veſtitur, ſed ipſam informat. *l. petens C. eod.*

440. Pactum etiam extraneum cohærentiâ contractûs nominati fulcitur & roboratur, quia cenſentur actus correſpectivi. *l. fundi partem. ff. de cont. empt.*

Pactum de non ſuccedendo ideò prohibetur, nè pro modico multa remittens enormiter & inconſideratè legatur. *l. pactum. C. de collat.*

Pactum de ſucceſſione viventis votum captandæ mortis inducit. *l. 2. § fin. ff. de vulg & pup.*

Pactum pro obſervante, non pro conveniente cenſetur appoſitum. *l. quod idem ff. de tranſact.*

Pactum ſimplex actionem iniuriarum & furti tollit. *l. ſi unus. §. quod ſi pactum. ff. de pact.*

Pactum eſt, quod incipit à promiſſione, reſponſione ſequente. *Bar. l. 1. ff. eod.* (*de iureiur.*

Pactum eſt duorum, pollicitatio unius. *gl. clem Romani.*

Pactum principale non veſtitur per pactum pœnale, quod eſt acceſſorium. *DD. c. petens. C. de pact.*

Pactum poteſt eſſe temporale. *l. ſi unus. §. ſi cum reo. ff. eod.*

Pactum factū per errorem cauſæ actionem in effectu non perimit. *Bart. l. ſi cum te. ff. eod.*

450. Pactum quod tendit ad animæ periculum non ligat. *Lancell. Inſtit. iur. Can. lib 3. §. quod ſi.*

Pactum conforme iuri communi non valet. *Bar. l. ſicut. §. apud Pomponium ff. ſi ſerv. vend.*

Pactum factū dicitur ius commune *l. qui mutuam. ff. mād.*

Pactum reſpiciens totius rei diſpoſitionem preſumitur appoſitum loco cauſæ finalis. *Bal. l. fin. C. de pact. inter empt.*

empt.& vend.

Pactum favorabile non poteſt in odium retorqueri. *l. quod favore. C. de LL.*

Pactũ & concordia non differũt. *Alex.& DD.l.1.ff.de pac.*

Pactum primum non tollitur per ſecundum. *Bar.l.ſi unus col.1.ff.de pact.*

Pactum de iniuria dicitur pax, & prodeſt ad Statutum de pace. *Bal. Ang.& Alex.l.ff eod.*

Pactum præſumitur appoſitum ab eo, cuius favorem concernit. *gl.l cùm manu.ff.de cont.empt.*

Pactum expreſſum requirit præſentiam perſonæ, non autem tacitum. *Bar l.2.C.de pact.*

460. Pactũ requirit cõſenſum duorum. *Soc.conſ.189.v.2.*

Pactum dubium interpretatur pro eo, pro quo eſt appoſitum *l.veteribus ff.de pact.*

Pactum non ſervanti poteſt quis propriâ autoritate auferre. *Alex.l.ſi alius.ff.quod vi aut clàm.*

Pactũ nõ eſt ſervandũ frangenti illud. *l.qui fidẽ.ff.l.de trãs.*

Pactum eſt gratuitum, tranſactio non *gl.l.1.ff de tranſact.*

Pactum nudum veſtitur multis modis. *DD.l.legem.ubi Fr.de Pad.C de pact.*

Pactum nudum habet executionem per denunciationem Evangelicam. *l.Quintus.ff.mand.*

Pactum nudum habet executionem ex officio lato iudicis propter obligationem naturalem ex eo natam. *Ant.de But.c.quæ in Eccleſiarum.de conſtit.*

Pactum nudum quandocũque ſufficit ad agendum. *Spec. de Salar.§.3.V.is quoq.*

Pactum nudum non dat iuriſdictionem ante lit.conteſt. *Alex.l.ſi convenerit.ff.de iur om iud.*

470. Pactum plus valet quam repudiatio, *Spec.de renunciat.& clauſ.V.quid ſi quis.*

Pactum, quod iudex procedat ſine formâ iudicii, valet, *Hoſt.& Io.And.c.1.de lib.oblat.*

Pactum, quòd probatio non perfecta habeatur pro perfectâ, valet. *Fel.c.cùm cauſam.de teſtib.*

Pactum procuratoris in rem ſuam ei prodeſt & nocet do-

mino. *l. ſicut.§ ſi procurator.ff.quib. mod. pig.*

Pactum de non revocando non valet. *Bar.l.cùm precario. ff.de precario.*

Pactum Univerſitatis non ligat infantes, nec furioſos. *Bal. l.2.C.quæ ſit long.conſuet.*

Pactum Prælati pro Eccleſiâ obligat etiam ſucceſſorem ſuum in Prælaturâ. *c.dilecti.de for.comp.*

Pactum Prælati putativi non prodeſt Prælato vero niſi putativus eſſet in bonâ fide. *Ang.& Alex.l.ſi tibi.§. cùm poſſeſſor.ff.de pact.*

Pactum de lucrandâ dote habet locum tàm in datâ quàm in promiſsâ. *l.ſi donaturus.ff.de cond.& cauſ.*

Pactum negativum non tranſit ad hæredes, niſi ſit actum. *Bar.l.qui futurum.§.1.ff.de pact.*

480. Pactum non extenditur ad non cogitata. *Corn.conſ. 44.vol.3. Alex.conſ.42.vol.1.*

Pactum directi dominii non nocet utili. *Spec. de locat.§. nunc.aliqua.V.75.*

Pactum in uno capitulo ſpecialiter factum non debet extendi ad aliud. *ibid.§.illud a.* *(torc.V.ſed pon.*

Pactum renunciativum iuris futuri valet. *Spec.de accuſa-*

Pactum ſuper dimidiâ quantitate decimarum non valet. *Inn.C.venerabilis.de confir.util.*

Pactum in ſpiritualibus habet vim tranſactionis. *Bald.l. peremptorias.C.ſent.reſc.non poſſ.*

Pactus de furto, bonis raptis, iniuriæ aut dolo malo, famoſus eſt. *l.4.§.5.de his qui not.infam.*

Paganus non præſcribit contra Chriſtianum. *Archid.C. pagani.1.q.7.*

Paganus ſi fuerit ſepultus in Eccleſiâ, non per hoc polluitur Eccleſia. *c.Eccleſia.de conſecr.diſt.1.*

Paganorum ſervi, ſi accipiũt fidem Chriſti, ſunt liberi. *c. fraternitatem.53.diſtinct.*

490. Paganus non poteſt conferre verum Baptiſma. *c. quis per ignorantiam.1.q.1.*

Pagani non ſubſunt Chriſtianis ſpiritualiter, ſed temporaliter ſic. *c.gaudemus.de divort.*

Paganus non poteſt accuſare Chriſtianum.*4 q.1.c.1.*
Pagani non veniunt appellatione Iudæorum. *Abb.c.cùm ſit.de Iudæ.* *(off.mil. iud.*
Paganus non cogitur in foro militari litigare. *l.2.C.de*
Paganus militari iure teſtari poteſt, cùm in procinctu & hoſtico eſt. *l.pen.C.de teſt.mil.* *(C.de locat.*
Paganus minoris olim opinionis erat, quàm miles. *l.fin.*
Pagani ſervos Chriſtianos habere non debent. *l.pen.§.3.C. de Epiſc. & Cler.*
Pagani docere non poſſunt. *l.fin.§ fin.C.de pagan.*
Pagani magiſtratum gerere non debent *l.Manichæ c.d.he.*
500. Pagani puniuntur à magiſtratibus maiorib. & minoribus *l.1.§.1.C.de pagan.*
Paganorũ cõditio eſt peior, quàm Iudæorũ. *l.1.§ 2.c.eod.*
Paganicis erroribus donatum vel relictum in meliores uſus convertendum eſt. *l.pen. C.eod.*
Palàm quod fit, præſumitur iuſte fieri. *L. Palàm.ff. de ritu Nuptia.* *(matrim.4.n.27.*
Palàm factum præſumitur bona fide factum. *Sichar.conſ.*
Palàm facta excludunt omnem ſuſpicionem fraudi. *Decian.conſil.2 n.94.vol.1.* *(§.1.ff. de iure fiſc.*
Palàm fit, quod coram duobus fit. *Bartol.l.non intelligitur*
Palàm fieri dicitur, quod fit coràm conſanguineis. *Bart. l. frater à fratre ff.de condit.indebit*
Palatia pertinent ad Imperatores & Dominos ſeculares, Eccleſiæ ad Sacerdotes. *c.convenior.diſt.28.*
Palatium coarctandum non eſt privatorum parietibus. *l. quicunque.C de oper publ.*
510. Palatium occupari non debet ædificiis privatorũ. *ibi.*
Palatium Epiſcopi non gaudet Eccleſiaſtica libertate. *Inn. c.inter alia de immun.Eccleſ.*
Palatium propriè dicitur Imperatoris vel Regum, aula vero Inferiorum. *Car.Clem.1.in pr.de baptiſ.*
Palatium dicitur totum, aula pars eius. *ibid.*
Palatini adminiſtrant res privatas Principis ſub Comite rerũ privatarũ. *l fin.c.de reſc.vend.*
Palatini exigere conſueta à Provincial. non debent. *l.nulli.*

C.de offic.rect.prov.

Palatini comites emere res Principis vetantur.*l.fin. C.de reſcind.vend.*

Paleæ ſecernuntur à frugibus vento.*l.fin §.1.C.de ſervit.*

Pali & perticæ non veniunt appellatione lignorum.*l.pali. ff.de V ſignif.*

Pallium Archiepiſcopi numeratur inter pontificalia. *Car. Clem.2 de privil.*

520. Pallor & trepidatio in præſentatis & carceratis eſt iudicium fallax & debile, ſed iudici arbitrarium. *Bald.l. Presbyteri.n 2.C.de Epiſc & Cleric.*

Palmarium debetur Advocato & Procuratori pro victoria cauſæ.*Spec.de ſol.§.2.V.ſed nunquid ſalarium.*

Palmus habet quatuor digitos. *Flor. L.Via.ff. de ſer. ruſt.præd.*

Paludes melioratæ ſtatim tributis onorandæ non ſunt.*l. 3.C.de alluv.*

Paludes cenſeri non ſolent gravi cenſu.*ibid.*

Panis, quem avarus detinet, eſurientis eſt. *C.ſicut. diſt.47.*

Panis utilius eſurienti tollitur, quam qui de cibo ſecurus iuſtitiam negligat. *Abb.C.nimium.23.q.4.*

Panes civiles comparantur immobilibus.*l.2.C.de ſervit.*

Panis non venit appellatione frumenti.*Bar.l.1.C.de fruc. urb Conſtant.lib.11.*

Panis poteſt impune auferri tem pore cariſtiæ per non habentes habenti, nè fame pereant.*Bar. l.1.§.cùm eadem.ff. ad L.Rhod.de iact.*

530. Papa uſque ad animam & ſanguinem debet S S.ſcripturam defendere *c.ſunt quidam.25.q.1.*

Par in parem non habet imperium. *l.nam & magiſtratus.ff.de arb.*

Par eſt virtus conſuetudinis & legis.*L.de quibus.ff.de LL.*

Par eſt virtus teſtium & inſtrumentorum.*l.in exercendis. C de fid.Inſtrum.*

Par eſt, quod inter omnes æquabile eſt.*l.non poſſunt cùm.l. ſeq.ff.de LL.*

Par

Par parem cogere nequit. *l.3.ff.de arb.*

Par delictum parem habet pœnam. *l.ſi quenquam. C.de Epiſcop.& Cler.*

Par virtus expreſſi & taciti. *l.cùm quid.ff.ſi cer.pet.*

Pares præſumptiones ſe invicem elidunt. *Abb.c.mulier.de iureiur.*

Pares Curiæ ſunt Iudices ordinarii. *Eckrad.de feud. part.1.q.6.nu.6.*

540. Pares in tempore ſunt pares in iure. *l.aliena.§ 1.ff.de pignor.act.*

Pares Curiæ debent eſſe eiuſdem patriæ. *Alvar.c.praterea. n.10.de prohib.feud.alien.per Fed.*

Pares in pares ius dicere poſſunt. *ibid.c.notandum.*

Pares in gradu pariter admittuntur. *l.ſi reliquero.ff.de legit.tut.*

Pares cùm paribus facile congregantur. *l.1.ff.de excuſ.tut.*

Pares eſſe non poſſumus potentioribus. *Afflict.deciſ.*Nea-*pol.265.n.95.*

Pares in curiales teſtes in cauſa feudi præſumuntur deponere ſine odio, prece, precio. *Bal.de not.feud.*

Pares dicuntur convaſalli, qui poſſunt probare inveſtituram feudi. *C.1.de conſ.rec.feud.*

Pares curiæ cognoſcunt inter dominum & vaſallum. *Id. conſ.feud.7.n.51.*

Pares Curiæ gerunt officium virile. *ibid.n.61.*

550. Paria in diſpoſitione debent eſſe paria in effectu. *Roſal.de Statut.lib.1.q.9.n.40.*

Paria delicta mutua compenſatione tolluntur. *l.viro inſi. ff.ſol.mat.*

Paris affectionis cauſa ſuſpicionem fraudis amovet. *l.ſi quis tutor.ff.de rit.nupt.*

Paria non ſunt amittere debita, & lucra non capere. *l.& administratione. C.de leg.*

Paria duo ſunt niſi duo. *l.qui quatuor.ff.de leg.3.*

Parium eſt eadem natura. *l.ſi ſocer inſi ff.ſol.mat.*

Parium eſt eadem potentia, nec maior. *L.1.§.vetere.ff.de acq.poſſeſſ.*

Parium paria ſunt iudicia. *l ſervum ff. de leg. 1.*

Paris conditionis honeſtiori defertur iuramentum. *l. bonæ fidei. C. de iureiur. c. fin. ext. eod.*

Pari in delicto potior eſt poſſeſſor. *l. avunculo. ff. de cond. ſine cauſ.*

560. Paritas iuris & vinculi naturalis eſt radix ſucceſſionum. *§. repetitis. Inſt. de ſer. cogn.*

Paritas gradus nō ſemper inducit paritatem ſuccedēdi. *ibi.*

Paritas vinculi paritatem iuris inducit. *l. ſi reliquero ff. de legit. tut.*

Paritas affectionis excludit omnem dolum. *Marſil. conſ. 44. num. 25.*

Paritas rationis diſpoſitionis paritatem cauſat. *l. illud. ff. ad l. Aquil.*

Paritas gradus præſumptionem paritatis amoris inducit. *l. non ſolum. §. de inoff. de rit. nupt.*

Paritas rerum arguit paritatem iuris. *Damhoud. de ſimil & par in pr.*

Parapherna dicuntur uxoris peculium *l. ſi ego §. dotis ff. de iur. dot.*

Parapherna reſtituenda ſunt uxori, uſuris in communem mariti & uxoris utilitatem collatis. *l. fin. c. de pact. conv.*

Paraphernalia bona à viro non adminiſtrantur, ſi uxor nolit. *l. hac lege. c. eod.*

570. Paraphernalia minui non poſſunt à fiſco, ob debita mariti. *l. 1. c. de privil. fiſc.*

Paraphernalia non obligantur ex officio mariti primipilaris. *ibidem.*

Parata una via eidem ſequitur alia. *Bar. l. lex diverſa. § ubi, a. n. 2. ff. de rei vend.*

Paratus ſolvere non cogitur iudicium ſuſcipere. *l. ſi reus paratus. ff. de procur.*

Paratum ad commodum non dicitur paratum ad uſum proprium. *Bar. l. cùm in teſtamento. ff. de aur. arg.*

Parata ad uſum communem non dicuntur ad proprium uſum alicuius parata. *Bar. l. legatis. ff. de leg. 2.*

Paratus ſolvere eſt proximus ſolventi. *gl. l. eadem. C. legat.*

Paratus ſolvere dicitur, qui habet pecuniam in manibus ſuis. *Bar. l. prætor.* § *ſi quis paratus. ff. de op. no. nunc.*

Parcendum puerilitati. *c. fraternitati. 24. diſtinct.*

Parcit nemini, qui nec ſibi parcit. *l. fin.* §. *videri. ff. de bo. con.*

580. Parcitur ſponte confitenti. *l. Edicto. ff. de iur. fiſc.*

Parcitur ignoranti & non ſcienti. *l. fideiuſſor. ff. mand.*

Parcitur errorem ſuum corrigenti. §. *Si quis aliud. Inſtit. de Actionib.*

Parcitur vicio naturali. *l. fluminum. ff. de dom. in.*

Parcitur ruſticitati & imperitiæ, *Inſt. de mil. teſt. in pr.*

Parcitur plus militi, quam minori. *l. ſi qua. ff. quibus ex cauſ. in integ. reſt.*

Parcitur mulieribus & ſubveniendum eſt illis. *l. 1.* § *quamvis. C. ad SC. Vell.*

Parentis culpa filio ius quæſitum non minuit. *L. ult. ff. de uſufruct.*

Parentis vicem magiſtratus ſuſtinet. *l. 4. c. de def. civ.*

Parentis emphyteuticarii ceſſatio nocet ſucceſſoribus. *l. 2. C. de iur. emphyteu.*

590. Parentum neceſſitatibus liberos ſuccurrere iuſtum eſt. *l. parentum. C. de alend. lib.*

Parentum infectio inficit filium poſt conceptum. *Bald. l. Imperialem. c. de nupt.*

Parentum appellatione non tàm pater, avus & proavus, quàm mater, avia & proavia continetur. *L. Parentum. ff. de V. ſign.*

Parentum vicia etiam ad poſteros transferuntur. *C. ſi gens Anglorum 56. diſt.*

Parentum intereſt filii animum non corrumpi. *l. ut tantum* §. *1. ff. de ſerv. corrupt.*

Parentum accuſationibus falſis temerè non eſt credendū. *Nov. 115. cap. 3.* §. *14. in fi.*

Parentum à liberis dura ſeparatio. *Nov. 157. cap. 11.*

Parentes teſtes eſſe non poſſunt liberis, pro ſe vel contra *l. parentes C. de teſtib.*

Parentes uſumfructum ſaltem habent lucrorum nuptialium, filiusfam. acquiſitorum. *l. 4. C. de bon. quæ lib.*

Pa-

Parentes exhæredati, præſumuntur grati, niſi probentur ingrati *l. liberi. C. de inoff. teſt.*

600. Parentes hæretici liberis orthodoxis alimenta, dotes & donationes præſtare debent. *l. hæretici. C. de hær.*

Parentes indigentes alendi ſunt à deſcendentibus. *auth. ſi pater. c. divort. fact.*

Parentes ingenui habent quandoque pauperes liberos. *l. humilem. c. de inceſt. nupt.*

Parentes inviti emancipare nõ coguntur *l. 4. c. de emã. lib.*

Parentes nolentes, etiam liberis non ingratis aliquid relinquere debent. *l. cùm apertiſſimè. c. de ſec. nupt.*

Parentes ſecundi matrimonii ſæpe liberos magis amant quàm prioris. *ibid.*

Parentes volentes, teſtes eſſe poſſunt pro vel contra ſe. *l. parentes. c. de teſtib.*

Parentes exhæredari poſſunt ex cauſis. *Nov. 115. cap 4.*

Parentes furioſi impunè à liberis non negliguntur. *ibid.*

Parentes non coguntur liberos ingratos dotare. *Novell. Conſt. 22. cap. 27.*

610. Parentes dicitur mater & avus maternus. *gl. l. parentes. c. de teſtib.*

Parentes ſuccedunt filiis, ſalvâ gradus prærogativâ. *Bald. Auth. de fundo. c. ad Tertull.*

Parentes ſuccedunt per lineas non per capita. *ibid.*

Parentis intereſt, filium ſervitutem non ſubire. *L. 1. ff. de Lib. cauſ.*

Parentum maior in filios eſt amor, quàm filiorũ in parentes. *gl. l. liberorum ff. de V. ſign.*

Parens ad alendos liberos tenetur, *l. ſi quis à liberis. ff. de lib. agnoſc.*

Parentibus liberi rectè dicuntur ſuccedere. *l. cùm ratio in ff. de bon. damnat.*

Parentibus & Reipub. naſcimur. *l. 1. §. & generaliter. ff. de vent. in poſſ. mit.*

Parentibus liberum eſt arbitrium dividendæ hæreditatis inter liberos. *l. parentibus. C. de inoff. teſt.*

Parentes ali à filiis ratione naturali debent. *l. ſi quis à liberis*

ris.ff.de lib agnoſc.

620. Parentum hæreditas quadam ratione naturali eſt filiis debita.*l.cùm ratio.ff.de bon.dam.*

Parens tenetur dotare filiam,*l.fin.C.de dat.promiſſ.*

Parentum appellatione venit mater.*l.apud.ff.de V.ſign.*

Parentibus magis tenemur,quâm filiis. *Menoch.de præſumpt.lib.4.q.106.n.30.* (*met.cauſ.*

Parentum conſilium ſaluberrimum.*l.iſti quidem ff quod*

Parens ſententiæ renunciat appellationi. *Sichara.Conſ. crim.11.num 26.*

Parentum cura de liberis maxima.*gl.l.Paulo.§.Pomponio. Hermippus ff.de leg.3.*

Parētes liberis ſuis omnia ex voto parāt.*l.nihil ff.de bo li.*

Parentes quādoque magis terrentur in filiis quā in ſeipſis.

Parentes debent filiis ſuis pulchrum & laudabile nomen imponere.*Iaſ.l.cunctos n.25 C.de S.Trin.*

630. Parentes venerandi,non contumeliis afficiendi.*l.1. ff.de obſeq.par.præſt.*

Parentes cavent,ne ſuæ opinioni contrarium quid exiſtat. *l 2.c.quid & adverſ.quos.*

Parentes naturales in ius vocare nemo poteſt.*l.parentis.ff. de in ius voc.*

Parentes utriuſque ſexus poſſunt deponere pro filio vel filia in cauſa matrimoniali *c.videtur qui mat.accuſ.poſſ.*

Parentes & liberi dicuntur in infinitum *l.quique ff.parentes ff.de in ius voc.*

Parentes laborant pro liberis.*l.nam et ſi.c.de inoff.teſt.*

Parentes ſuccedere non poſſunt deſcendentibus exiſtentibus,*l.ſi quis prioris.c.de ſec nup.*

Parentibus pietas,non operæ à liberis debentur.*l.pen.ff.de obſeq par.præſt.*

Parentibus numeroſam prolem habentibus multum tribuitur.*Novell.139.in præfat.*

Parentibus iniuriâ liberos exheredantibus conſentiri non debet.*l.4.ff.de inof teſt.*

Parentes tenentur liberis theſauros cogere,non liberi parentibus.*l.pen.§.1.ff.ſi ta.teſt.*

Pa-

Parentes actione pœnali à liberis conveniri non poſſunt. *l. fin. C. de repud.*

Parentes incitantur naturali ſtimulo ad liberorum educationem. *l. 1. §. taceat. C. de rei ux. act.*

Parentes poſſunt interficere raptorem in flagranti crimine comprehenſum. *l. 1. in pr. C de rapt. virg.*

Parentes non ſunt lædendi. *l. fin. C. de repud.*

Parentes debent liberè teſtari. *l. teſtam. C. de inoff. teſt.*

Parentes liberos ſuos melius creduntur gubernare, quàm extranei. *l. cùm furioſus. in pr. C. de ca. fur.*

Parentes liberos vendere vel oppignorare nõ debent. *l. 1. C. de patrib. qui fil. diſt.*

Parentes matrimonium dirimere non debent, invitis liberis. *l. fin. C. de repud.*

Parentes odiſſe non debent liberos irrationabiliter. *l. cùm apertiſſimè. C. de ſec. nupt.*

650. Parentes reſtitui poſſunt adverſus donationem immenſam liberorum minorum *l. 4. C. de inoff. don.*

Parentes revocare poſſunt donationem immenſam à liberis factam. *ibidem.*

Parentes ſeparari non debent à liberis. *l. pen. C. com. ut. iud.*

Parentes ſuccedunt in bona liberorum ſi non ſint nepotes. *l. fin. C. de ſecund. nupt.*

Parentes ſuccedunt cũ collateralib. in caſum orbitatis. *ibid.*

Parentela accipitur pro affinitate. *Cardinal. Clement. 1. §. fin. de iureiur.*

Parentela antiqua probatur per auditum. *gl. & Bart. l. 2. §. idem labeo. ff. de aq. plu. arc.*

Parentela ut probetur, non eſt neceſſe probari de ſtipite. *Plat. §. hactenus. Inſt. de grad.*

Parere conditioni qui non potuit, conditione defectus nõ videtur. *l. quæ ſub conditione. § mortuo. a. ff. de cond. inſt.*

Parendum eſt magiſtratûs mandato iuſto. *l. 1. C. Vti pup. educ. deb.*

660. Parendum eſt ſententiæ etiam iniuſtæ, propter autoritatem iudicis. *l. ſervo. §. 2. ff. ad S C. Trebell.*

Parendi neceſſitas caret culpâ. *l. aliud. ff. de reg. iur.*

Pa-

Parere non dicitur fœmina, cui mortuæ exciditur venter, & extrahitur partus. *l. anniculus. ff. de V. ſign.*

Pariendi actus generatim probatur per obſtetrices. *Maſca. de prob. vol. 3. concluſ. 1146. n. 13.*

Parit actionem confeſſio geminata etiam extraiudicialis. *Abb. c. ſi cautio. de fid. inſt.*

Parit contemptum nimia converſatio æqualium. *l. obſervandum ff. de off. præſ.*

Paries vicini non poteſt incommodari. *l. ſi quando. §. fin. ff. ſi ſerv. vend.*

Paries, qui debet ſervitutem, debet refici per Dominum cuius eſt, ad inſtantiam eius, cui ſervitus debetur, *Bar. l. harum. ff. eod.*

Paries ſerviens, ſi reficitur fulctura, ne domus dominans corruat ad dominum pertinet. *Bar. l. ſicut. ff. eod.*

Paries cõmunis corrũpi nõ debet. *l. fiſtulã. ff. de ſer. ur. præd.*

670. Paries demoliri aut ædificari non debet altero invito. *ibidem.* (*l. Aquil.*

Paries ſi exuratur, in factũ datur actio. *l. ſi ſervus. §. 1. ff. ad*

Paries incruſtari & picturis ornari poteſt. *l. quidam. §. 1. ff. de ſerv. ur. præd.*

Paries ſi oneretur ab altero, ut inclinet, noſcitur negatoria. *l. ſi cùm meus, § 1. ff. ſi ſerv. vend.*

Paries communis domûs ſervientis, invito domino fundi dominãtis tolli poteſt. *l. hoc quod dictũ. ff. de ſer. ur. præd.*

Paries non idoneus à vicino demoliri poteſt. *l. nam ſi non fuit. ff. de dam. infect.*

Paries oneris ferendi ſervituti ſubiectus non debet deteriorari. *l. etſi forte. §. fin. ff. ſi ſerv. vind.*

Paries vicini magis diſtans à vicino liberius & altius falli poteſt. *l. 1. C. de ſerv. & aq.*

Parieti communi nihil ſupra aut infra imponi poteſt, unde deterior fieri poteſt. *l. quidã Hiberus. ff. de ſer. ur. præd.*

680. Parochia idem dicitur quaſi paritio curæ. *C. Eccleſias. 14. q. 1.*

Parricida accuſari poteſt ſine ullâ temporis præſcriptione. *l. querela. C. ad. l. Corn. de falſ.*

Par-

Parricida vivus omni elementorum uſu carere incipit.*l.1. C.de his qui par.vel lib.occid.*

Parricidæ ſuperſtiti cœlum & mortuo terra aufertur.*ibid.*

Parricidii tenetur filium clàm vel palàm interficiens.*ibid.*

Parricidii tenetur parentē clàm palámve interficiens.*ibid.*

Parricidium evenire poſſe naturaliter Solon non credidit. *Ang.l.propter nuptias.C.qui accuſ.*

Parſimonia magnus proventus.*l.peculium.ff.de pecul.*

Parta gratia DEI tuenda ſunt.*l1.C.de off.præf.præt.*

Parta diligenter tuenda.*l.2.§.poſtquàm.C.de off præ.Afr.*

690. Pars fundi quandoque fundus dicitur, ſi de mente teſtatoris conſtet.*l.planè,§.fin ff.de leg.1.*

Pars hæreditatis in una re propriè non intelligitur.*l.quamvis.ff.ſi quis omiſſ.cauſ.teſt.*

Pars maior Curię trahit minorem.*l.quod maior ff.ad mu.*

Pars maior hæredum non ex numero, ſed ex portionibus æſtimatur.*l.ſi plures.in pr.ff.depoſ.*

Pars minùs principalis cedit principali.*l.in rem actio.§.2. ff.de rei vend.*

Pars ædificii ſuperior cedit inferiori.*l.2.C.de rei vend.*

Pars ingrati non accreſcit ingrato.*Nov.22.cap.21.*

Pars maior quod ſtatuit, refertur ad omnes *l.ali.ff.d.re.iu.*

Pars maior ut conſentiat, ſufficit.*auth.hoc ius.C.de SS.Ec.*

Partis acceptio in legatis reliquum ad ſe trahit.*l.ſicui res legata.ff.de leg.2.*

700. Partis petitio totius præſcriptionem interrumpit.*l. ſi uſusfructus.ff.quib.mod.uſusfr.amit.*

Partis uſus totam ſervitutem facit retineri.*l.2.§.1.ff.quemadmod.ſerv.amit.*

Partem non facit hæreditas, quæ nondum eſt.*l.ſi ſervus.ff. de ſtipul.ſervor.*

Partis maioris iudicio ſtandum.*l.quod maior pars.ff.ad municipal.*

Partis unius abſentia non nocet ſententiæ in liberali causâ latæ.*l.iuxta.c.de lib.cauſ.*

Partis unius abſentia non nocet ſententiæ appellationis.*l. 5.§.4.c.de temp.& repar.app.*

Par-

Partis obligationis acceptilatio fieri nequit, ſi ſit individua. *l. & per iuſiurandum. § 1. ff. de acceptil.*

Partis confeſſio certificat titulum licet illum non ita præſtet. *And. Taſſar. in Exceſs. Not. c. 19. n. 3.*

Partis appellatione venit dimidia. *l. nomen filiorum. §. portionis. ff. de V. ſign.*

Partis ad partem idem eſt ius. *Zaſ. l. quod in rerum. §. uſumfructum. n. 2. ff. de leg. 1.*

710.. Partis maioris iudicio ſtandum eſt. *c. quia de Elect.*

Partis quo ad partem idem iuris eſt, quod de toto quoad totum. *l. qua de toto ff. de rei vend.*

Pars maior creditorum pro modo debiti, non pro numero perſonarum æſtimabitur. *l. maiorem. ff. de pact.*

Pars parti cedere non tenetur. *Bellam. deciſ. 728. n. 6.*

Pars certa decreti declarat dubium. *Berta Zol. conſult. deciſ. 117. lib. 1. conſ. 115. n. 5.*

Pars determinat ſecundum adiectionem. *virilis. ff. de Verb. ſignif.*

Pars iuncta cum toto plus valet, quam ſeparata. *l. Mævius. §. fin. ff. fam. herciſc.*

Pars propter totum non negatur. *Zaſ. l. 1. §. ſi ſtipulando. n. 15. ff. de V. O.*

Pars abundans non vitiat totum. *l. non ſolum ff. de reg. iur.*

Pars propriè dicitur illa, ſine qua totum conſiſtere non poteſt. *l. malum in pr. ff. de V. ſign.*

720 Pars maior collegii regulariter in gerendis per ipſum collegium ſufficit. *c. 1. de his qui à mat.*

Pars maior Creditorum poteſt præiudicare regulariter minori parti Creditorum in quotâ debiti remittenda hæredi debitoris. *l. iurugentium. ff. de pact.*

Pars maior non ſufficit, ſi fiat aliquid ex diſpoſitione, in qua omnes & ſinguli convenire debent. *c. ubi periculum de Elect lib. 6.*

Pars una poteſt aliam cogere ad concludendum in cauſa. *Fel. c. cùm dilectus. de fid. Inſt.*

Partem ſolvens gratuitò pro alio, non tenetur ad ſolutionem alterius partis. *l. 4. C. ne ux. pro. mar.*

T

Digitized by Google

Parte una cauſam appellationis dirimere licet. *l.fin.§.4. C.de temp.app.*

Partes ſingulę fundi non poſſidentur,ſed univerſitas,*l.2.§. cùm Stichum.ff.pro emptore.*

Partem habere melius eſt,quàm toto privari.*§.ex diverſo.Inſt ad l.Falcid.*

Partem non facit is,qui non admittitur ad partem.*l.plane §.etſi duob.ff.de leg.1.*

Partes adiectæ in Inſtitutione repetitæ cenſetur in ſubſtitutione.*l.1.c.de impub.& al ſubſt.*

730. Pars toti coniuncta nomen ſuum ac ſubſtantiam perdit.*l.1.ff. de uſufr.leg.*

Pars non poteſt eſſe ſuum totum,nec è contrà.*Bar.& Iaſ. l.qui uſumfructum.ff.de V.O.*

Partem facit,qui ſperatur admitti ad partem.*Bar.l.1.§.1.ff. de bon.poſſ.cont.tab.*

Pars cedit toto.*Bar.l.in rem actio.ff.de rei vind.*

Pars una declarat aliam.*l.ſi ſervus plurium.ff.de leg.1.*

Pars debiti ſicut totum,poteſt remitti.*Roſat.l.non ſolum. in pr.ff.de lib.leg.*

Pars eſt in toto.*Ceph.conſ.77.num.57.*

Pars hæreditatis intelligitur cum honoribus & oneribus pars bonorum deductis onerib.*l.ſi ſervũ.§.fi.ff.de leg.1.*

Pars maior trahit ad ſe minorem.*l.minorem ff.de iud.*

Pars eius,quod non eſt,ſeu qualitas,dari non poteſt.*Decian.conſ.1.n.14.vol.1.*

740. Pars eſt eiuſdem naturæ & qualitatis,cuius eſt totum.*Idem conſ.22.n.10.vol.1.*

Pars non poteſt plus quam totum.*Id.conſ.19.n.177.V.3.*

Partem petere non poteſt,qui totum petere non promiſit. *l.ſi unus.§.item.ff.de pact.*

Partibus commutatis eadem res eſſe iudicatur. *l.proponebatur.ff.de iud.*

Partium aſſertioni ſtatur ubi de parvo præiudicio agitur. *Abb.c.fi.de prob.*

Parti claudit os concluſio. *Gail.lib.2.obſ.108.n.7.*

Partium conſenſu incompetentem iudicem facit competentem.*l.1.ff.de iudic.* Par-

Digitized by Google

Partium conſenſu poteſt aboleri accuſatio. *l.2.C.ut int. cert.temp.*
Partium concordantium voluntatem ſequi debet iudex. *l. ſi convenerit.ff.de re iudic.* (*cluſ.81.& 478.*
Partiũ conſenſus in contrarium nihil operatur *Egid.con-*
750. Partes poſſunt renunciare Appellationi. *Gail.lib.1. obſ.135 num.10.*
Particeps muneris ſolvere debet pro participe, aliâs uſuræ præſtandæ. *l.2.C.de uſur.pup.*
Particeps criminis teſtis eſſe non poteſt *l.quoniã.C.de teſt.*
Particeps criminis eiuſdem invicem non accuſant. *l.ſi filiũ. C.de lib.cauſ.*
Particeps fraudis eius nomine etiam tenetur. *l.1.C.ſi omiſſ. ſit cauſ.teſt.*
Participium futuri conditionem importat. *Bar.l.1.q.7.ff. de cond. & demonſt.*
Participium præteriti temporis ſignificat actus perfectionem. *Bertach.repert.part.3.fol.194.vol.1.*
Particula inſtrumenti pertinens non vitiatur per aliam im pertinentem. *Bal.l.eo quod C.ſi cert.pet.*
Particula inſtrumenti faciens ad cauſam debet edi. *Berta. repert.part.3.fol.194.b.vol.1.*
Particula inſtrumenti vel ſtatuti non probat. *Bar.l.1.§.fin. de Edend.*
760. Particula inſtrumenti facit fidẽ. *l.ex cõvent.C.de pa.*
Particularis ſolutio liberationem non parit. *l.tutor.§.L.eius.ff.de uſur.*
Particularis ſolutio non minima incommoda habet. *l.planè ff.fam.herciſc.*
Particularis propoſitio verificatur in uno ſolo. *l.ſi neceſſaria.ff.de pig.act.*
Particularia differunt à ſingularibus. *Butigell.rep.& Rub. ff.ſi cert.pet.nu.19.*
Particularia ſunt, in quibus fit mentio quotæ, tertiæ vel quartæ partis. *ibidem.*
Partim teſtatus, partim inteſtatus ex poſt facto quis decedere poteſt. *l.circa inofficioſi ff.de inoff.teſt.*

Partiarius colonus ob ſterilitatem non habet remiſſionem *Gail lib.2.obſ.23.n.15.*

Partiarius colonus habet iura ſocietatis.*ibid.n.16.*

Partitio animum legentis incitat, mentem intelligentis præparat, memoriam artificioſè reformat,*l.1.ff.de dol. mal.except.*

770. Partus eſt civis illius loci,ubi caput fuit emiſſum. *Cephal.conſ.615.n.12.*

Partem facere non videtur aborſus venter.,*l.1.C.de poſt. her inſt.*

Partum exponens dicitur necare. *Bar.l.1.§.pœna,ff.de lib.agnoſc-*

Partus pignoratæ rei non eſt obligatus.*l Paulus.ff.de pign.*

Partus non eſt pars rei furtivæ,*l.partum.ff.de V.ſig.*

Partū agnoſcens videtur totū agnoſcere.*l,ſi cui.ff.de leg.2.*

Partus abortivus non nocet ſcriptis hæredibus.*§.1.Inſt. de exher.lib.*

Partus monſtroſus non fit legitimus.*l.4 ff.de LL.*

Partus perfectus ſeptimo menſe naſci poteſt.*l.ſeptimo mēſe ff.de ſtat.hom.*

Partus.ſtatu liberæ heredis eſt.*l. libertates.ff.de fid.libert.*

780. Partus trigeminus naturalis eſt,ultra eum numerum portentoſus.*l utrum ff.de reb.dub.*

Partus abortivus uxoris teſtamentum mariti non rumpit. *l.2.C.de poſt.hered.*

Partus ancillæ in fructu nō eſt.*§.in pecudū Inſt de rer.diviſ.*

Partus expoſitus invito vel ignorante domino,repeti ab eo poteſt.*l.1.C.de infant.expoſ.*

Partus exſectus rumpit teſtamentum patris,ſi aliquandiu vixerit.*l.2.C de poſt hared.*

Partus legitimus eſt natus etiam ex muliere quinquagenariâ.*l.ſi maior.C.de legit.hared.*

Partus matrum conditionibus utitur.*l.fin.C.de lib.cauſ.*

Partus mirabilis eſt quinquagenarius. *L.2.C.de legit. hared.*

Partus redemptæ ab hoſtibus pignoris loco non eſt.*l.præſes provinciæ.C.de poſtlim.rev.*

Par-

Partus naſcitur & parenti & reipub. *l.1.ff de incend.*
Partus eius eſt, cuius eſt ancilla. *l.1. C.ſol.mat.*
790. Partus reſtituitur cum matre. *ibid.*
Partus ſuppoſiti crimen nunquam præſcribitur. *l.querela. C.ad l.Corn.de falſ.*
Partui conſuli eſt æquiſſimum. *l.1.§. & generaliter.ff.de vent.in poſſ.mitt.*
Partus antequam edatur, viſcerum mulieris portio eſt. *l.1. ff de inſpic.vent.*
Partus natus ex muliere quinquagenaria legitimus eſt. *l.ſi maior.C.de leg.her.*
Partus nondum editus homo non rectè fuiſſe dicitur. *l.in Falcidia.ff.ad l.Falcid.*
Partus ſequitur conditionem matris. *l.partum.C.de rei vindic.*
Partus qui non eſt vitalis, habetur pro non nato. *Mantic. de coniect.ult.vol.lib.11.tit.6.n.10.*
Partus abortivus non nocet ſcriptis hæredibus. *§.1.Inſt de exhared.liber.*
Partus nō dicitur pars rei eſſe. *l.ſi quis ex Pamphilo. in pr.ff. de leg.2.*
800. Partus ſequitur ventrem. *l.partum.c.de rei vend.*
Partus ex Iudæa & Chriſtiano ſequitur patrem. *C.Iudæi 28.q.1.*
Partus cedit dominio matris, non dominio patris. *Bart.l. Pomponius §.idem ſcribit.ff.de rei vend.*
Partus cauſa eſt favorabilior quàm iam nati. *Bald.l.4.C. ad SC Vell.*
Partus dum eſt in utero, dicitur perſona incerta. *Bald.in rubr.C.ad Trebell.*
Partus cedit ex titulo, ex quo cedit venter. *Bald.l.ſi quod ex Pamphyla.ff.de leg.2.*
Partus natus ex re legatâ pendente conditione non debetur. *Bar.l.Licinius.ff.de leg.2.*
Partus non venit appellatione mancipiorum. *l.uxorem.§. uxori.ff.de leg.3.*
Partus futurus poteſt dari in pignus ſi tempore quo da-

tur, eſt in bonis debitoris. *l. ſi colonus. §. 1. qui poteſt. in pign. hab.*

Parva quantitas dicitur in paupere magna. *gl. l. illicitas. §. ne tenuis. ff. de off. præſid.*

810. Parva pro nihil habenda ſunt. *C. licet ext. de probat.*

Parva inæqualitas iudicem movere non debet. *Ricc. de union. prol. cap. 6. n. 14.*

Parva impendia parvi pendenda *gl. l. ſed addes. § pen. V. magna. ff. de loc.*

Parvum tempus aliquando dicitur decem menſium ſpacium. *l. 2. C. de ſecund nupt.*

Parvus error in principio maximus eſt in fine. *Bal. l. 1. in pr. ff. de iuſt & iur.*

Parvitas precii facit præſumere donationē *l. 1. ff. de ſuperfic.*

Parvitas conſideratur in dote. *Auth. quod. C. de collat.*

Parum eſt ius in civitate, niſi ſint, qui iura reddere poſſunt. *l. 2. §. poſt originem. ff. de orig. iur.*

Parum eſt aſſertio non reſpondendo contrariis. *Sim. de præ. de interpret. ult. vol. tit. 2. dub. 1. fol. 4. n. 112.*

Parum fidei habet fama in arduis. *Everh. conſ. 84. & DD. C. veniens. de teſtib.*

820. Parum ſtudens parum proficit. *gl. l. unicuique. C. de propoſ. ſacr. cu. lib. 12.*

Parum ſcientis conditio æqualis eſt illi, qui nihil ſcit. *gl. c. oportet verò. V. inter quos. Nov. 23.*

Parū eſt, ut definitio ſubverti poſſit, *l. omnis. ff. de reg. iur.*

Parum refert, an quis ſuâ manû aliquid faciat, an per aliū. *l. 1. § C. 6. ff. de vi & vi arm.*

Parum eſt, latam ſententiam eſſe, niſi & mandetur executioni, *gl. rub. C. de execut. rei iud.*

Paſchalis dies Chriſtianis ſemper debet eſſe inſignis. *l. 3. C. de Epiſc. aud.*

Paſchali die non debent captivi in carcere detineri, niſi detineantur pro crimine enormi. *ibid.*

Paſchales dies quindecim ab omnibus artibus, tàm publicis quàm privatis ſunt immunes, *l. actus. C. de fer.*

Paſce fame morientem. *c. paſce. 86. diſt.*

Paſ-

Paſcere poteſt quis fructus vicini, iacentes in ſuo ſolo. *l. quæ ſervandiarum. §. fin. de præſcript. verb.*

830. Paſcendi ius alteri cedi nequit. *l. pen. §. 1. ff. ſi ſer. vind.*

Paſcua veniunt appellatione fundi. *l. Socia. ff. de fund. inſt.*

Paſcua ſunt, quæ ſunt deſtinata paſturæ pecudum. *l. ſylva. §. fin ff. de V. ſig.*

Paſcua agris fertilibus minus utilia. *l. 3. C. de alluv.*

Paſcuis emptis per univerſitatem non poſſunt utifrui ſinguli ex eâ, niſi conſtet emptam eſſe ad Commodum ſingulorum. *Bar. l. teſtatrix. § fin. ff. ſi ſeru. vend.*

Paſcuatio in fundo alieno eſt prohibita. *l. Quintus. ff. ad l. Aquil.*

Paſſagium, quod ſolvitur pro vehiculo, dominus vehiculi ſolvit, pro rebus in eo poſitis, dominus earum. *l. 3. C. de alluv.*

Paſſio eſt effectus actionis. *Men. de præſumpt. lib. 1. q. 14. n. 6.*

Paſſio non concurrit cum actione circa idem in eodem ſubiecto. *c. fin. de inſt. l. pen. ff. de arb.*

Paſſio & actio non concurrunt reſpectu eiuſdem. *Mol. con. pariſ. tit. 1. de mat. feud. § . 13. gl. 1. n. 55.*

840. Paſſiva extenſio licita eſt in Correctoriis. *Goz. ad. conſ. 18. n. 16.*

Paſſivo dignius eſt activum. *Bal. l. lege. C. de legit. hær.*

Paſſus habet quinque pedes. *Flor. L. Via. ff. de ſer. ruſt. præd.*

Paſtoris appellatione comprænditur Epiſcopus & Superior. *gl. & Card. clem pleriſque. de Elect.*

Paſtoris ſententia, ſive iuſta ſit, ſive iniuſta, eſt timenda. *C. ſententia. 11. q. 3.*

Paſtor ſi fiat Lupus, tenetur actione furti. *Bald. ſi ſervus. C. de furt.*

Paſtor tenetur de cuſtodia. *Abb. c. innotuit. eod.*

Paſtor non excuſatur, ſi lupus oves commedat, & paſtor neſciat. *l. qui in alterius. ff. de reg. iur.*

Paſtor eſt deligendus, mercenarius tollerandus, latro cavendus. *c. tres perſonas 23. q. 4.*

Paſtoribus non debent filii dari nutriendi. *l. ſi quis homicidij. C. de accuſ.*

T 4

850. Pater debet caſtigare filium, quod eſt charitatis. 23. *q.5.c.non putes.*

Pater non poteſt facere filium ſervum, niſi ex famis neceſſitate. *Bald.l fin.C. de pat.poteſt.*

Pater eſt nomen religionis ac honoris, non tantum naturæ, *Aldobrand.rub.proëm.Inſtit.*

Pater eſt caput filii. *l.fin.C.de impub.& al.ſubſt.*

Pater in obedientia præfertur patriæ. *l.veluti.ff.de Iuſtit. & iur.*

Pater acerbus eſſe non debet in liberos. *l.1.in fi ff.quod lega.*

Pater agere poteſt in filiũ furti. *l.nè cùm filiofam.ff.de furt.*

Pater ſuffragium filio dare poteſt in honoribus. *l.illud notandum.ff.quod cuiuſq.univerſ nom.*

Pater ſponſalia diſſolvere poteſt, filiæ exiſtentis in poteſtate. *l.in poteſtate.ff.de ſponſal.*

Pater poteſt filium accuſare impietatis. *l.3.C.de pat.pot.*

860. Pater non habet proprietatem lucrorum nuptialiũ. *l 1.C inter al.act.vel ind.*

Patri conceſſa videntur omnia propter affectum naturalem. *l. Aurelius §.3.ff.de lib.leg.*

Patri lucrum triſte eſt hæreditas filii. *l.fin.C.Com.de ſucceſ.*

Patri non nocet exactio debiti ſui, à filio ſine mandato facto. *l.filius.C. de pact.*

Patri hæretico ſoli liberi orthodoxi ſuccedunt, *l.cognovimus.C.de hær.& manich.*

Patrem appellans maleficum militiâ indignus eſt. *l.1.ff.de obſeq.par.vel pat.præſt.*

Patrem demonſtrare certè nemo poteſt. *l.vulgò concepti.ff. de ſtat.hom.*

Patrem egere iniquum eſt, cùm filius locuples ſit, *l.ſi quis à liberis.ff.de agnoſc.lib.*

Patrem regi à filio indecorum eſt *l.his qui.ff.de tutor.*

Patre incerto nati ſpurii ſunt. *l.3.C.ſi nupt.ex reſcript.*

870. Patres duo eſſe poſſunt uni filio, unus ex naturâ, alter ex lege. *l.pen.§ 4.C.de adopt.*

Pater non poteſt ſupplere defectum ætatis in filio. *l.ſi pater.C.de iis, qui à non dom.*

Pa-

Patris conſenſus in contrahendis nuptiis filiorum requiritur. *l. in coniunctione C. de nupt.*

Pater pro filio conſilium capere præſumitur. *l. pactum. in fi. ff. de pact.*

Patris morte finitur animus. *l. 4. ff. locat.*

Pater & filius eadem eſt perſona iuris fictione. *l. fin. C. de imp. & al. ſubſt.*

Pater eſt quē nuptiæ demõſtrãt. *l. quis certa ff. de in ius vo.*

Pater optimè ſuis liberis providere præſumitur. *l. ult. C. de Cur fur.*

Patris hæreditas non dicitur devolvi in filium, ſed magis continuari. *l. nihil. ff. pro hared.*

Pater poteſt filiũ verberib. corripere. *c. cirũcelliones. 23. q.* 1.

880. Pater tenetur pro filio, quatenus eſt in peculio. *l. quod ſi Epheſi. ff. de eo quod cert. loc.*

Patris voluntas debet liberis eſſe ſancta. *l. hac conſultiſſima §. ex imperfecto. C. de teſt.*

Patris ſuffragium prodeſt filio. *l. illud. ff. quod cuiusq. univerſ nom.*

Pater non videtur filium ad ſupplicium obtuliſſe. *l. milites. §. deſertorem. ff. de re mil.*

Pater poteſt aſſignare legitimam in uno vel pluribus corporibus. *l. ſcimus. §. repletionem. C. de inoff. teſt.*

Pater filium non poteſt privare legitimâ. *l. ſi quando. C. de inoff. teſt.*

Patri non præſtans reverentiam in nullo excuſandus eſt. *Ang. Aret. §. pœnales, n. 10. Inſt. de act.*

Patris ſui perſonam quilibet repræſentat. *Boer. conſ. 2. n. 4.*

Patris appellatio extenditur ad omnes aſcendentes. *Boer. conſ. 17. n. 7.*

Patris delictum nocet filiis, quoad pecuniariam. *Bal. l. 1. C. ne fil. pro pat.*

890. Patris factum eſt favorabile. *Bal. l. 2. C. de lib.*

Patris appellatione venit etiam naturalis tantum, non adoptivus. *Bal. l. ſi non ſpecial. C. de teſtam.*

Patris calamitas non nocet ingenuitati filiorum. *Bal. l. cũ antiquioribus. C. de iur. delib.*

Digitized by Google

Pater non poteſt committere alteri, ut occidat filiam ſuam adulteram. *l. ad officium. C. com. de vid.*

Pater non tenetur pro filio. *Sal. l. ſi filius. C. ne fil. pro pat.*

Pater vivens legitimam filio dare non cogitur. *l. 1. §. ſi impuberes. C. de coll. bon.*

Pater & filius ſunt copulati nexu divino. *Bal. l. cum in adoptivis. C. de adopt.*

Pater magis contriſtatur de morte filii, quam è contra. *Bal. l. 1. C. de his qui ant. apert. tab.*

Pater præſumitur vivere, niſi conſtet contrarium. *gl. & Bar. l. ſed ſi ſua. ff. de acq. her.*

Pater ſubſtituti non venit appellatione hæredum ſubſtituti. *Bal. c. 1. de nat. ſucceſſ. feud.*

900. Pater dicitur orbatus filio, etiam quando habet filium inutilem. *gl. l. fin. c. de plagiar.*

Pater vilis perſona non poteſt contradicere filiæ agenti de dote. *l. ſi cum dotem. ff. ſol. mat.*

Pater dicitur ſuperior, cui debet filius obedire. *l. 2. ff. de Iuſt. & iur.*

Pater & mater nō præſumitur decipere filios. *Caſt. cōſ. 307.*

Pater ſtuprans filiam pater non præſumitur. *Fel. c. offerat 2. not. de præſumpt.*

Pater non poteſt vendere ſpurio ſuo, niſi ſimulatè. *Bal. & DD. l. is qui ex bonis. ff. de vulg.*

Pater adoptivus non venit appellatione patris. *Bal. l. ſi non ſpeciali. C. de teſtam.*

Pater adoptivus extraneus non tenetur aliquid relinquere filio adoptivo. *Bal. l. cum in adopt. C. de adopt.*

Pater non tenetur facere inventarium de bonis arrogati. *Bal. l. Iubemus. C. ad Trebell.*

Pater poteſt eſſe tutor filii ſui emancipati. *gl. Bar. & DD. l. amiciſſimos. §. 1. ff. de excuſ. tut.*

910. Pater tutor filii emancipati tenetur reddere rationē adminiſtrationis ſicut extraneus. *l. licet. C. ad l. Fal.*

Pater obligatur pro filio etiam ex ſimplici conſenſu. *DD. l. ſi cùm dotem. ff. ſol. mat.*

Pater tenetur pro Filio conſtituere Nurui donationem

onem propter nuptias. *Caſtr. Conſil.13.*

Pater tenetur recipere dotem pro filio. *Bar. auth res quæ in pr. C. Com. de leg.*

Pater tenetur ad onera matrimonii filiorum ſuorum. *Bal. auth. ex teſtamento, C. de coll.*

Pater debet cavere pro filio tutore. *L. ſi quis. §. 1. ff. de excuſ. tut.*

Pater non perdit actionem dotis propter adulterium filiæ. *Prat l. 2. § voluntate. ff. ſol. mat.*

Pater agit actione iniuriarum pro Filio. *L. ait prætor. §. filio. ff. de iniur.*

Pater poteſt remittere iniuriam filio factam. *Franc. Aret. l moribus. ff. de vulg.*

Pater cogere poteſt Filium teſtari. *Bald. L. ſi pater. 1. q. C. de inſt. & ſubſt.*

920. Pater non agnoſcens filium ſuum punitur arbitrio Iudicis. *Bar. l. 1. §. mariti. ff. de lib. agn.*

Pater poteſt defendere filium in causâ criminali, ut pater non ut procurator. *Bal. l. ſi cuiusdam. ff. de accuſ.*

Pater convenitur à filio pro alimentis, *Spec. qui fil. ſint legi. V. porrò.*

Pater male tractans filium poteſt conveniri. *Spec. de nat. ex lib. vent.*

Pater paciſcendo ex intervallo non præiudicat filio. *Bar. l. cùm à ſocero. C. de iu. dot.*

Pater acquirit ſibi bona Caſtrenſia recuſata per filium. *l. fin. §. ſimili modo. C. de bon. quæ lib.*

Pater poteſt filium vendere pro redimendâ perſonâ ſui patris, *Bal. l. 2. q 4. C. de pat. qui fil.*

Pater in cauſa neceſſitatis poteſt dare filium ſuum pro obſide. *Fel. c. ex reſcripto, de iureiur.*

Pater non poteſt repudiare filium, nec à filio repudiari. *Bal. l. abdicatio. C. de pat. pot.*

Pater non habet poteſtatem occidendi Filium. *Bald. l. fin. C. eod.*

Pater non poteſt permutare, nec donare filium. *Bal. l. 2. C. de pat. qui fil. diſt.*

Pa-

Digitized by Google

Pater bannitus perdit legitimam in bonis filii. *Bald.C.1.de pac.ten.*

Pater hæres poteſt gravari fideicommiſſo filio. *Bar.l.filius ff.ad l Falcid.*

Pater ſuccedit filio etiam infanti,& excludit avum. *Bald. auth. defuncto C.de iu.del.*

Pater redimens filium captivum non repetit ab eo preciũ redemptionis. *Bal.l.liber.C. de capt.*

Pater non poteſt filio ſtudenti auferre libros emptos. *Old. & DD.l.pater.ff.de Caſt.pec.*

Pater tenetur emere libros filio ſtudenti. *gl.Bal.& DD.l. Macedoniani.C.ad Maced.*

Pater ſuccedit filio eo modo, quo filius patri. *Azo.in Sum. C.de leg.her.in fin.*

Patrem impune filius occidere poteſt ratione hoſtilitatis. *DD.l.minimè.ff.de relig.*

Patrem eſſe vel haberi pro patre, ſunt diverſa. *l.ſi maritus. §.1.ff.de adult.*

940. Patrem bonum debet filius imitari. *Spec. in proem. verſ.caterum.*

Pater excuſatur à tutela filii propter numerum aliorum filiorum. *Cyn. l.amiciſſimos ff. de excuſ. tut.*

Pater tutor filii emancipati non privatur tutelâ per tranſitum ad ſecundas nuptias. *l.generaliter. C.de ſec.nupt.*

Pater emancipans filium puberem remanet eius curator legitimus. *Dyn.l.3.§.fin.ff.de leg.tut.*

Pater curator non tenetur reddere rationem. *gl.& Bar.l ſi is qui ff.de tut & cur.* (*de cur fur.*

Pater eſt legitimus adminiſtrator filii furioſi. *l fin.in pr.C.*

Patris adminiſtratoris bona non ſunt hypothecata filio pro adminiſtratore *Bar.l.cùm oportet,C. de bon.qua lib.*

Pater eſt legitimus adminiſtrator bonorum adventitiorũ filii,& minorum, etiam invito filio. *l.1.C.de bon.mat.*

Pater adminiſtrator bonorum filii poteſt tranſigere ſine decreto ſuper bonis filii. *Azo C.de bon.qua lib.*

Pater non poteſt alienare bona filii ſine decreto. *Bar.l cùm emancipatus.C.de prad.minor.*

950. Pa-

Digitized by Google

950. Pater non dicitur legitimus adminiſtrator bonorũ filii, in quibus non habet uſumfructum. *Bar. l. cùm oportet. § ſed cùm tacitas. C. de bon. quæ lib.*

Pater dicitur legitimus adminiſtrator bonorũ filii, in quibus habet uſumfructum. *gl. & DD. l. non ſolũ. ff. de proc.*

Pater non poteſt renunciare officio adminiſtrationis, quod eſt naturale & neceſſarium. *Bal. l. fin. C. de iu. del.*

Pater adminiſtrator bonorum filii clerici tenetur actione negotiorum geſtorum. *Bar. l. litis. § pater. ff. neg. geſt.*

Pater eſt legitimus adminiſtrator filii etiam in uſufructu legato ipſi filio ab extraneo. *Bal. l. 1. C. de bon. mat.*

Pater dicitur legitimus adminiſtrator filii in acquirendo, non perdendo. *Bal. l. 1. C. qui admitti.*

Pater uſufructuarius eſt bonorum maternorum & adventitiorum filii. *DD. l. 1. C. de bon. mat.*

Pater poteſt remittere filio uſumfructum. *l. cùm oportet. §. 1. C. de bon. quæ lib.*

Pater Clerici non habet uſumfructum in bonis eius adve̅titiis. *Abb. c. quia vos de teſt.*

Pater non acquirit uſumfructum in acquiſitione filii momentaneâ. *l. fin. §. fin. C. de bon. quæ lib.*

960. Pater non habet uſumfructum in actione de dote filiæ ſuæ. *Por. l. 2. §. quod ſi in patris. ff. ſol. mat.*

Pater perdit uſumfructum in bonis filii per tranſitum ad ſecundas nuptias. *Auth. de nupt. § quoniam.*

Pater non habet uſumfructum in bonis feudalibus filii. *Bal. c. 1. § de duob. frat.*

Pater emancipans filium non poteſt ſibi reſervare uſumfructum in acquirendis per filium. *Old. conſ. 214.*

Pater occupans bona filii iure peculii non tenetur facere Inventarium. *Ang. l. 1. § hac ſtipulatio ff ſi cui plus.*

Pater naturalis non habet uſumfructum in bonis filio ſpurio relictis ab avo. *Ang. l fin. C. de nat. lib.*

Pater non perdit uſumfructum in bonis filii per mortem filii. *DD. l. ſi quis. C. ad Tertull.*

Pater ſecũdas nuptias contrahens, perdit ſucc. ab inteſt. in bonis filii primi matrimonii. *Io. An. ad. Spec. de ſec. nup.*

Pa-

Pater ſuccedens ex perſona filii inſtituti habetur loco hæredis, ſicut Fideicommiſſarius univerſalis. *Bald.l.fin.7.q.C.de hær.inſt.*

Pater tranſmittit in filium hæreditatem non agnitam. *Bal.l.ſi avia.c.de iur.dot.*

970. Pater non ſuccedit filio in officio. *Bald.l.fin.C.de bon.qua lib.* . *fin.*

Patri manumiſſi præfertur matri..*l.ſi quis.C.ad Tert.*

Pater poteſt adire pro filio furioſo. *Bald.l.potuit.q.5.C.de iur.delib.*

Pater poteſt ratificare reſtitutionem hæreditatis factam filio ſubſtituto *Bal.l.1.C qui admit.*

Pater non adit ex ſua perſona, ſi filius repudiet hæreditatem, in qua fuit inſtitutus intuitu patris. *Alex.l.1.ad ſi C.qui admit.*

Pater retinens dotem uxoris mortuæ videtur eam adire pro filiis. *Bald.l.dos.C.ſol.mat.*

Pater mortuo filio pupillo non habet ius deliberandi. *Bal.l.ſi infanti.3.q.C.de iur.delib.*

Pater non tenetur de negligentia non aditæ hæreditatis delatæ filio. *ibid.*

Pater & mater hodie pariter ſuccedunt filio cum fratribus defuncti utrimque coniunctis. *Mar Soc.conſ.34.v.1.*

Patri datur ius occidendi adulterum cum filiâ. *l.patri.ff.ad l.Iul.de adult.*

980. Patri diſſipanti bona ſua poteſt interdici adminiſtratio & alimenta filio decerni. *l.cum filio.ff.de leg.1.*

Patri acquirit, quicquid filius acquirit. *l.ſi ſervus.ff.de ac.p.*

Patri magis favent iura, quàm matri. *Spec.de feud.§.2.*

370. Petitio hæreditaria non tollitur ſpacio longi temporis. *Bal.l.licet.C.de iur.delib.*

Petitio hæreditaria datur in omnibus bonis, quæ per defunctum detinebantur. *Bar.l.item.videndum.§.fin.ff.de pet.hær.*

Petitio hæreditatis datur ei, qui nunquam poſſedit hæreditatem, non ei, qui quandoque poſſedit. *Caſt.conſ 94.*

Petitio hęred. non datur contra poſſeſſorem ex titulo quęſito vivo teſtatore. *Caſt.conſ 6.*

Petitio hæred. non datur contra non poſſeſſorem. *l.regulariter ff.de petit.hæred.*

Petitio hæred. non datur contra donatarium, qui mortuo donatore ſtatim ingreſſus eſt poſſeſſionem rei. *Bar.l.etiam.§.ſiquis.ff.eod.*

Petitio hęred non datur contra poſſidentem alieno nomine. *Bar.l.apud Marcellum.ff.eod.*

Petitio hæred. impeditur per accuſationem teſtamenti de falſo. *Bar.l.divus.§ divus ff.de pet.hær.*

Petitio hæred. datur etiam ementi hæreditatem à fiſco. *Bar l ei qui ff.eod.*

Petitio hæred. datur contra extraneum poſſidentem pro indiviſo cum cohærede, non a contra cohæredem. *l.1.§.ſi ego ff.ſi pars.hær pet.*

380. Petitio hæred. non datur contra titulo poſſidentem etiam mala fide *Bar.l etiam.§.ſiquis.ff.eod.*

Petitio ſine effectu non removet à querelâ inofficioſi. *l.nihil.§.ſi cum filius.ubi Bar.ff.de inoff.teſt.*

Petitio hæred. non videtur propoſita quando agitur querela inofficioſi teſtamenti. *gl.& Bar. l.qui de inofficioſo.ff.eod.*

Petitor probare debet rem ad ſe pertinere. *l.2.C.de prob.*

Petitor ſumptus editionis pręſtare debet. *l.fin.C.de fid.inſt.*

Petitorem cōſtituere adverſarium, eſt mittere in eius poſſeſſionem bonorum. *l. conſentaneum. C. quomod. & quand.iud.*

Petitorium inſtitui non poteſt adverſus minorem ſine curatore. *l.3. C.qui leg.perſon.ſtand.*

Petitorium inſtitui poteſt etiamſi de poſſeſſorio iudicatũ eſt. *l. poſt ſententiam. C. de ſent. & interloc.*

Petitorium inſtitui poteſt ſimul cum poſſeſſorio, ſed poſſeſſorium priùs terminandum eſt. *l. 3. C. de interdict.*

Petitorium inſtitui poteſt, ubi vel res vel domicilium rei eſt. *l. 1. C. ubi de hæred. agat.*

890\. Petitorium poteſt inſtitui, ubi res ablata eſt, *l. 1. C. ubi cauſ. ſtat. agi deb.*

Petitorium terminatur poſt poſſeſſorium terminatum. *l. ordinarii. C. de rei vend.*

Petitorio & poſſeſſorio ſimul agi non poteſt. *l. ſi de vi. ff. de iud.*

Petitorium venit ſub poſſeſſorio. *c. 1. de ſequeſt.*

Petitorium & poſſeſſorium adipiſcendæ poſſunt commutari. *Coraſ. l. naturaliter. §. nihil. commune. ff. de acq. poſſ.*

Petitorium & poſſeſſorium electione non tollitur. *Dyn. C. nullus plurib. de reg. iur. lib. 6.*

Petitorium & poſſeſſorium non dividuntur. *Gail. lib. obſ. 32. num. 11.*

Petitorium abſorbet poſſeſſorium. *Bertaz. conſ. 370. num. 3. V. 2.*

Petitorium eſt principalius poſſeſſorio. *Bellam. deciſ. 605. num. 1.*

Petitorium ubi non eſt, neque poſſeſſorium reperitur, præſertim in perſonalibus annuis præſtationibus. *Card. c. pervenit. q. 8. de cenſib. l. ſi certis. C. de pact.*

900\. Petitorium convenit cum omni poſſeſſorio. *Bal. conſ. 67. vol. 3.*

Petitorium pluries in cauſa beneficiali ſuſpendi poteſt. *Rot. deciſ. 385.*

Petitorium & poſſeſſorium electione tolluntur. *l. fin. C. de codicill.*

Petitorium ſuper beneficio poteſt intentari. *Card. Clem. 1. de cauſ. poſſ. & propr.*

Petitorio agere eſt conſultius, quam poſſeſſorio. *Bar. l. ſi is qui. ff. de rei vend.*

Petulantiæ ſpes præcludenda. *l. 3. C. de quadr. præſcript.*

Pe-

Petulantiæ ſervire non licet. *l. legem. C. de nat. lib.*

P H.

Phaſianarii non continentur avibus legatis. *l. avib. legatis. ff. de leg 3.*

Philantropiæ nomine aliquid accipiens, nec locati, nec mandati tenetur. *l. 2. de proxenet.*

Philoſophi contemnunt pecuniam. *l. in honorib. §. 4. ff. de vacat. & excuſ. mun.*

Philoſophi rari ſunt. *l ſi. duos. §. de philoſophis. ff. de excuſat.*

Philoſophi ſpernere debent mercenariam operam, *l. 1. §. 4. ff. de extraord. cognit.*

Philoſophi à tutelis & cæteris muneribus ſordidis & corporalibus excuſantur. *l. in honorib. §. 4. ff. de vacat. mun.*

Philoſophi divitias contemnere ſolent. *gl. c. Socrates. 12. quaſt. 2.*

Philoſophia libertates amplectitur. *l. cum ſilanianum. C. de his quib. ut indig.*

Philoſophia moralis eſt mater & ianua legum. *Bal. l. 1. §. huius ſtudii. ff. de iuſt. & iur. num. 6.*

10. Philoſophia vera eſt ius noſtrum. *l. 1. ff. de iuſt. & iur.*

Philoſophiam moralem refert ius Civile. *Mynſing. §. iuris præcepta. num. 5 inſt. de iuſt. & iur.*

Philoſophiam veram non ſimulatam affectant Iuriſconſulti. *l. 1. §. 2. ff. eod. tit.*

P I.

Pictura ornat materiam; *Add. ad V. cedere. §. litera quoq. inſt. de rer. diviſ.*

Pictura cedit tabulæ. *l. in rem actio. §. 3. ff. de rei vend.*

Picturæ cedit tabula, *§. 34. inſt. de rer. diviſ.*

Picturæ publicæ profectus vicini, à vicino poteſt impediri. *l. 1, C. qui pro ſuâ iuriſdict.*

Pictura præſumitur facta ab eo, qui gravatus eſt facere. *Bar. l. cum ſervus. ff. de V. O.*

Pictura, cum tendat ad ornatum Eccleſiæ, poteſt à quocumque fieri, non obſtante prohibitione. *Bar. l 1. ff. ne quid in loc. ſac.*

Pictor pingens cum coloribus adulterinis tenetur ad intereſſe. *Bar. l. 2. C. de muri leg. lib. 11.*

Pictor obligatus pingere, non poteſt ſervire per ſubſtitutũ. *Bal. l. 1. §. nè a. C. de cad. toll.*

Picturæ precium non in ſubſtantia ſeu tabula, ſed in arte poſitum eſt. *l. mulieris. §. 1 & l. ſeq. ff. de V. ſig.*

10. Pignus non tollitur, licet debitor ſit condemnatus, niſi ſolvat. *Bar. l. quamvis. C. eod.*

Pignora pro Compromiſſo durant etiam eo prorogato, niſi ſint extranei. *Nic. de Neap. l. Titius. ff. de excuſ. tut.*

Pignus non poteſt uſucapi per tertium. *Bal. l. uſucapi. C. de pignor.*

Pignus poteſt locari. *l. creditor. ff. eod.*

Pignus ſi legatur pignoranti, debet ab hærede lui. *DD. l. ſi tibi homo. ff. de leg. 1.*

Pignus vendi poteſt propter debitum, & alias acceſſiones. *Bar. l. ſi neceſſarias §. cum pignus. ff de pig. act.*

Pignus vendi poteſt, niſi omnibus hęredibus ſatisfiat. *Bar. l. ſolutum. §. ſi creditorem. ff. eod.*

Pignus prætoris debet vendi cum authoritate iudicis. *Bal. l. 2. C. ſi in cauſ. iud. pig.*

Pignus non præſcribitur. *Bal. l. nec creditoris. C. de pig. act.*

Pignus convaleſcit, quando venditio de eo facta reſcinditur. *Bar. l. voluntatis. ff. quib. mod. pig. ſol.*

20. Pignoris venditio impeditur per ſecundum creditorem offerentem debitum primo. *Bal. l. fin. C. ſi ant. cred.*

Pignus ſibimet vendere creditor non poteſt. *Bal. l. & qui. C. de diſtract. pig.*

Pignus non poteſt vendi, niſi debitor fuerit in morâ ſolvendi. *l. cum ſolvendo. C. eod.*

Pignus addictum vel venditum creditori periculum in eum transfert. *l. à divo pio. §. ſi poſt addictum. ff. de re iud.*

Pignus diſtractum minoris, quàm debebatur, debitorem non liberat. *l. quæſitum. §. 1. ff. de diſtract. pig.*

Pi-

Pignus prætorium non conſtituitur, niſi in poſſ. mittatur. *l. non eſt mirum. §. 1. ff. de pign. act.*

Pignus prætorium non liberatur, niſi in totum redimatur. *l. his conſequenter. §. cum unus ff. fam. herciſc.*

Pignus alienæ rei adeptione dominii confirmatur. *l. cum res. C ſi alien. res pig. dat. ſit.*

Pignus conventionale à minoribus contractum, à creditoribus diſtrahi non poteſt. *l. 2. C ſi adverſ. vend.*

Pignus conventionale eſt, quod ex conventionibus & pactis hominum naſcitur. *l. 2. C. de prætor. pign.*

30. Pignus conventionale recuperatur pignoratitiâ, ut prætorium. *ibid.*

Pignus apud debitorem exiſtens, eo non ſolvente, à creditore vendi poteſt. *l. ſi in hoc. C. de diſt. pig.*

Pignus depoſitum in locis conſuetis, ſi pereat caſu fortuito, debitori perit. *l. pignus. C. de pignor. act.*

Pignus emptum à creditore per fideiuſſorem, domino refuſo præcio cum uſuris repeti poteſt. *l. 1. C. de dol mal.*

Pignus evictionis nomine datum contra evincentem ſententia lata ſolvitur. *l. 2. C. de pact. pignor.*

Pignus expreſſum generale, eſt obligatio bonorum ſuorum, quæ habet, quæque hab tu us eſſet. *l. 3. C. de ſerv. pig. dat.*

Pignus extinctum ſemel unius voluntate inſtaurari nequit. *l. cum ex cauſa. C. de remiſſ. pign.*

Pignus generale non compræhendit ea, quæ nemo ſani capitis obligaret. *l. 1. C. quæ res pig. oblig. poſſ.*

Pignus generale vendi poteſt poſt ſpeciale venditum. *l. quæ ſpecialiter. C. de diſt. pig.*

Pignus generale prius præfertur fiſco poſteriori. *l. 3. C. de remiſſ pign.*

40. Pignus generale prius non præfertur ſpeciali poſteriori. *l. 2. C. de pign & hypoth.*

Pignus generale prius præfertur ſpeciali poſteriori. *l. ſi generaliter. C. qui pot. in pig. hab.*

Pignus hæreditarium minoris à creditoribus diſtrahi poteſt. *l. 2. C. ſi adv. vend. pig.*

Pignus impetratum iure dominii, poſt biennium elapſum irrevocabile eſt. *l.* 3. §. 3 *C. de iur. dom. impet.*

Pignus invalidum conciliatur verſione pecuniæ. *l.* 1. *C. ſi alien. res pig. dat. ſit.*

Pignus invalidum confirmatur ratihabitione. *l ſi in rem ſuam. C. eod.*

Pignus invalidum convaleſcit adeptione dominii. *l. cùm res. C. eod.*

Pignus litigioſum vendi nequit. *l.* 2. *C. de diſtr pig.*

Pignus non ſufficiens quantitati ſolvendæ, non impedit, quò minus integram quantitatem petam. *l ſi pro mutuâ. C. ſi cert. pet.*

Pignus obligationis novatæ non transfertur in obligationem novatam, niſi ex pacto. *l.* 1. *C. Etiam ob chirographa.*

50. Pignus poſterius etiam reip. datum non tollit prius. *l.* 3. *C. de remiſſ. pign.*

Pignus poſterius non præfertur priori, etiam ex lucrativâ causâ. *l.* 3. *C. ut in poſſ legat.*

Pignus precariò debitori conceſſum, à creditore vendi poteſt. *l.* 2. *C. de distract pignor.*

Pignus prætorium conſtituitur à iudice, nedū in corporalibus ſed etiam in iuribus & actionib. *l.* 1. *C. de prat. pig.*

Pignus prætorium prius præſtat etiam prærogativam prioribus creditoribus. *l.* 2. *C. qui pot. in pig. hab.*

Pignus prætorium vendi potius eſt, quàm iure dominii poſſideri. *l.* 3. *C. ſi in cauſ. iud. pig.*

Pignus procuratori datum ipſo iure domino acquiritur. *l.* 2. *C. per quas perſon. nob. acq.*

Pignus redditum debitori, à ſolvente, pro eo, non repetitur. *l. cùm ex causâ C. de remiſſ. pign.*

Pignus remiſſum inutiliter vindicari poteſt ſolito more. *l. debitum. C. eod.*

Pignus remiſſum novo pacto poteſt reſtitui. *l.* 4. *C. eod.*

60. Pignus pro ſepeliendo debitore acceptum, nullum eſt. *l. cùm ſit iniuſtum C. de ſepul. viol.*

Pignus ſingulare poteſt à Principe addici creditori iure dominii. *l.* 1. *C. de iur. dom. impet.*

Pignus in ſolutum datum priori creditori, à ſequentibus repeti poteſt. *l.1.C.ſi antiq.cred.* *(pign.dat.*

Pignus ſpeciale impedit manumiſſionem. *l.2. C.de ſerv.*

Pignus ſpeciale prius vendi debet, deinde generale. *l. quæ ſpecialiter.C. de diſt.pig.*

Pignus tacitum contrahitur ædificio refecto mutuatâ pecuniâ.*l.1.ff.in quib.cauſ.pig.*

Pignus tacitum contrahitur in fructibus pro penſione ruſtici prædii.*l.in prædiis.ff.eod.*

Pignus tacitum contrahitur in invectis & illatis in prædium urbanum.*l.2.ff.eod.cum ſeqq.*

Pignus tacitum contrahitur in fideiubendo ignoranter pro obligatione rei ſuæ tertiò factâ. *l.Pomponius.§.2.ff. eod.*

Pignus tacitum contrahitur pro parte debiti. *ibid.*

70. Pignus tacitum non contrahitur in invectis & illatis in domum gratis conceſſam. *ibid.in pr.*

Pignus tacitum eſt fiſco ex cauſâ tributorum.*l.1,C.in quib. cauſ.pig vel hyp.tac.cont.*

Pignus tacitum eſt uxori in bonis mariti. *l.fin.§.1. C.qui potiores in pig.hab.*

Pignus tacitum eſt in bonis contrahentis cum fiſco. *l.2.C. in quib.cauſ.pig.vel hyp.tac.cont.*

Pignus tacitum eſt in bonis mariti pro paraphernis reſtituendis.*l.fin.C.de pact.convent.* *(hyp.*

Pignus tacitum eſt pro cenſibus. *l.1. C.in quib. cauſ.pig. vel*

Pignus tacitum eſt in emptâ militiâ, creditoris pecuniâ. *l. fin.C.de pig. & hyp.*

Pignus tacitum eſt in fructibus coloni pro penſione. *l.ſi non inducta.C.in quib.cauſ.pig.vel hyp.*

Pignus tacitum eſt in fructib. pignoris extantib. *l.3.C.eod.*

Pignus tacitum eſt in redemptâ ab hoſtibus non autem partu eius.*l præſes provinciæ C.de poſtlim.reverſ.*

80. Pignus tacitum non impedit manumiſſionem.*l.2.C. de ſer pign.dat.*

Pignus tacitum vendi non debet à colonis vel inquilinis. *l.1.C.de prec.& Salv.interdict.*

Pignus tantum non eſt in non inductis. *l. ſi non inducta. C. in quib. cauſ. pig. vel hyp. tac. cont.*

Pignus non eſt in bonis creditoris. *l. itaq. fullo. §. 2. ff. de furt.*

Pignus nullum eſt cuius perſecutio negatur. *l. ſi noxale. ff. de nox act.*

Pignus addici non poteſt creditori à ſemetipſo. *l. & qui ſub imagine, C. de diſt. pign.*

Pignus addicitur creditori in ſubſidium. *l. 3. C. ſi in cauſ. iud.*

Pignus adiudicari non poteſt creditori in ſolutum, niſi in ſubſidium. *l. 3. C. de execut. rei iud.*

Pignus adiudicatur creditori, in ſolutum, ſi alius emptor non inveniatur. *ibid.*

Pignus alienari poteſt à debitore conſenſu creditoris. *l. 2. C. de remiſſ. pign.*

190 Pignus auferri non poteſt privato per imperationem Civitatis. *l. antepen. ff. de reb. autor. iud. poſſid.*

Pignus capi ac diſtrahi non poteſt ante rem iudicatam. *l. 1. C. de execut. rei iud.*

Pignus conſiſtit etiam in immobili. *l. 3. C. de legat.*

Pignus conſtitui non poteſt ſub calore emptionis. *tot. tot. c. plus val. quod agit.*

Pignus non contrahitur Eccleſiaſticæ rei, niſi in Eccleſiæ utilitatem. *l. privilegia. §. 1. C. de SS. Eccleſ.*

Pignus creditori non perit. *l. pignus. C. de pig. act.*

Pignus diſcutiendum eſt poſt rem & fideiuſſores diſcuſſos. *l. fin. C. de oblig. & act.*

Pignus dividi nequit nec activè nec paſſivè. *l. 1. & 2. C. ſi un. ex plurib.*

Pignus inane eſt, ſi pecunia numerata non fuit. *l. 2. C. ſi pign. convent.*

Pignus individuum eſt. *l. 2. C. de luit. pignor.*

200 Pignus inutile eſt, quod aliis vendi non poteſt. *l. mulier. C. de diſtract. pign.*

Pignus legari poteſt creditori, qui illud reſtituere non tenetur, etiam oblato vel ſoluto precio. *l. creditor. C. de leg.*

Pignus probatur inſtrumento publico. *l. ſcripturas, C. qui pot. in pig. hab.*

Pignus liberari poteſt à pignoratione, intra tempus à iudice datum. *l.3.§.3.de iur.dom.impetr.*

Pignus remitti nequit pacto inutili. *l. debitum. C. de remiſſ. pign.*

Pignus reſtituendum eſt tale, quale erat tempore conventionis. *l. creditor. C. de pignor. act.*

Pignus retineri poteſt pro expenſis, in illud à creditore factis. *l. in ſumma C. de pig. & hyp.*

Pignus ſequitur rem non perſonam. *l.2.C. ſi un. ex plur.*

Pignus ſubhaſtari debet. *l.3.C. de execut. rei iud.*

Pignus ſubhaſtari poteſt à fiſco, ſilentibus creditoribus. *l. ſi hypothecas. C. de remiſſ. pig.*

110. Pignus vendi poteſt à creditore, licet apud debitorem ſit. *l. ſi in hoc. c. de diſtract. pign.*

Pignus vendi poteſt à chirographario in præiudicium hypothecarii. *l. rei creditor. C. eod.*

Pignus vendi non poteſt à creditore, qui debitum & uſuras ex fructibus eſt conſequutus. *l.1.C. eod.*

Pignus vendi nequit à creditore ſecundo, donec prior tenet niſi ſatisfaciat ei. *l. diverſis C. qui pot. in pig. hab.*

Pignus vendi nequit à muliere ſpecialiter pro extraneo datum. *l. mulier. C. de diſt. pig.*

Pignus vendi nequit contra bonam fidem. *l 4. C. eod.*

Pignus vendi nequit à debitore reſiduum debiti offerente. *l ſi reſiduum. C. eod.*

Pignus vendi nequit ante ſententiam latam. *l. 1. C. de execut. rei iud.*

Pignus ſoluitur acceptilatione. *l. ſolutum. ff. de pig. act.*

Pignus ſolvitur acquiſitione dominii à creditore. *l. ſi rem alienam. ff. eod.*

120. Pignus ſolvitur acquiſitione lucri occaſione rei pignoratæ. *l. pen. ff. de diſtr. pign.*

Pignus ſolvitur æſtimatione litis à poſſeſſore oblatæ. *l.2. ff. quib. mo. l. pig. vel hyp. ſol.*

Pignus ſolvitur alienatione conſenſu creditoris factâ, *l. 4. ff. eod.*

Pignus demittit creditor, qui permittit rem venire. *l. creditor. ff. de reg. iur.*

Pignus accipiens minus idoneum creditor, ſibi non præiudicat. *l. creditor. ff. ſi cert. pet.*

Pignori dare non poteſt ſocius partem conſocii. *l. conventio generalis. ff. de pignor.*

Pignus & hypotheca, quantum ad actionem, non differunt. §. *Item Serviana. Inſt. de act.*

Pignus eſt, quod accedit pignori. *l. iuſtiſſima. ff. de ædil. Edict.*

Pignus iudiciale à iudicato, non à iudice denominatur. *Coler. de proceſſ. exec. part. 3. cap. 12. n. 3.*

Pignus non tollitur per venditionem nullam. *l. ſi debitor. §. ult. ff. de diſtract. pign.*

150. Pignus conditionem ſemper reſpicit. *l potior. §. 1. ff. qui pot. in pig. hab.*

Pignore liberato ceſſant omnia iura. *Sich. conſ. feud. 10. num. 4.*

Pignus non ſolum contrahitur traditione, ſed etiam nudâ conventione. *l. 1. ff. de pign. act.*

Pignus dicitur commercium. *l. 1. §. eam rem ff. quæ res pign. oblig. poſſ.*

Pignora præſenti pecuniâ diſtrahi debent. *l. à Divo §. ſi emptor. ff. de re iud.*

Pignus & dominium nequeunt concurrere. *l. neque pignus. ff. de reg. iur.*

Pignus eſt obligationis acceſſio. §. *creditor. Inſt. quib. mod. re contrah. oblig.*

Pignus habetur pro fideiuſſione. *l. 1. §. iubet. ff. de coll. dot.*

Pignus extinguitur æſtimatione rei obligatæ. *l. ſicut re corporali. ff. quid. mod. pig. vel hyp. ſol.*

Pignorum interitu non liberatur debitor. *Bal. l. ſervo. C. de pign. & hypoth.*

160. Pignus ſuæ rei nemo contrahit. *l. non ſolum. ff. de uſuc.*

Pignus reddi debet debito ſoluto. *Sal. l ſi fundi. in pr. C. de pact. pign.*

Pignus augetur per alluvionem. *Bar. l. ſi fundus. ff. de pig.*

Pignus præſupponit traditionem. *Pet.Iac.prax.de pignor. act.num.2.*

Pignus ſine credito non conſiſtit. *l.1.& 2. C.ſi pig conv. num.pec.*

Pignore utens furtum committit. *leg. ſi pignore. ff. de furt.*

Pignus poteſt creditor à debitore emere. *Bar.l.reſcriptum. ff.de diſtract.pign.*

Pignoris remiſſio non eſt donatio. *l.ſi pignus.ff.quæ in fraud. cred.*

Pignoris conſtitutio impropriè dicitur alienatio. *Bal l.fin. C.de reb alien.non alien.*

Pignus non efficitur extranei invenientis. *Bald. res.C.de pignor.*

170. Pignus non poteſt propriâ autoritate debitoris auferri creditori, ſed debet agi actione pignoratitiâ. *Bald.l. ſi quis in tantam C.unde vi.*

Pignus debet reddi tale, quale fuit datum. *l ſervum.ff.de pignor.*

Pignus datum à defuncto poteſt peti petitione hereditatis. *Bar.l ei qui.§.1,ff.de pet.her.*

Pignus poteſt ſubrogari unum pro alio invito creditore, dummodo ſit æquè idoneum *gl.l.Titio.ff.de pig.*

Pignus poteſt vendicari à poſſeſſore per ſecundum creditorem, non obſtante exceptione, quòd alter ſit prior. *Spec.de petit.& poſſ.§.2.V.Item nunquid.*

Pignoris causâ poteſt creditor agere actione furti. *Spec. de furt.V.in ſumma.*

Pignus inutiliter datum non poteſt retineri. *l cùm vicioſè.ff.de pignor.*

Pignus ſubrogatum pro pignore non dicitur pignus, ſi nō ortum habet à re, cuius loco ſubrogatur in pignus. *Bar. l.fideiuſſor §.Lucius. ff.eod.*

Pignus prætorium poteſt pro chirographariâ pecuniâ retineri, ſed non pro hypothecariâ. *Bald.add. Spec. de pig. V.pro chirographaria.*

Pignus prætorium vel iudiciale debet ali à debitore, *gloſſ. Auth.ei qui.C.de bon.autor.iud.poſſid.*

180. Pi-

180. Pignus in compromiſſo non tenetur pro eo, quod augetur in cauſâ reductionis. *gl. & Bar. l. in propoſita. ff. pro Soc.*

Pignora non veniunt in legato bonorum. *Bar. l. qui habet. ff de leg. 3.*

Pignus datur pro omni obligatione. *Bar. l. ſi rem. §. 1. ff. de pig. act.*

Pignora ex pacto communicato inter creditores retinent privilegium prioritatis. *l. inſulam. ff. qui pot. in pig.*

Pignus pro mutuo filiifam. non tenetur, ſicut nec fideiuſſor. *l. ſi alius. ff. quæ res pig. obl.*

Pignus ſi creſcat vel decreſcat, ad debitorem ſpectat. *l. ſi inter. § quicquid. ff. de pig.*

Pignus heredi reddi debet, licet in Inſtrumento non ſit dictum de herede. *Bar. l. ſi uxor. C. eod.*

Pignora diverſa pro diverſis debitis data poſſunt omnia retineri pro utroque debito. *Bald. l. 1. C. Etiam ob chirographa.*

Pignus æquè idoneum dari poteſt pro alio pignore. *gl. l. ſi Titio. ff. de pignor.*

Pignus trahit ad ſe etiam Inſtrumenta fundi pignorati, quæ ſunt ibi perpetuò. *l. debitor. ff. eod.*

190. Pignus ſimpliciter præſtitum intelligitur pro ſorte, non pro uſuris. *l. per retentionem. C. de uſur.*

Pignora capi non poſſunt, niſi præmiſſâ citatione. *Bald. add. ad Spec. de Citat. V. Item debitor.*

Pignoris appellatione non venit hypotheca. *Bart. l. ſi rem. ff de pignor. act.*

Pignus pro uno debito non poteſt pro alio retineri. *l. 1. C. Etiam chirographa.*

Pignus etiam per epiſtolam contrahi poteſt. *Spec. de procur. § ratione a. V. quid ſi mandato.*

Pignus contrahitur etiam inter abſentes. *l. creditor. § obligatio. ff. de pignor.*

Pignus non intelligitur repetitum in obligatione novante. *l. novatione ff. de novat.*

Pignus etiam de nocte poteſt conſtitui *gl. l. mora. ff. de fer.*

Pi-

Pignus etiam in teſtamento conſtitui poteſt. *Bar. l. non eſt. ff. de pignor. act.*

Pignus prætorium non conſtituitur, niſi tradatur poſſeſ-(ſio. *ibid.*

200. Pignus pro filio pater etiã poteſt ſtipulari, tanquam adminiſtrator *gl. & Bar. l ſi legati ff. de pign.*

Pignus à pupillo debet conſtitui cum autoritate iudicis & tutore. *gl. l. 1. ff. quæ res pig oblig. poſſ.*

Pignus etiã per Procuratorem ſpecialem acquiri poteſt, vel ſaltem ſi dominus ratificet. *l ſi inter. ff. de pign.*

Pignus contrahitur etiam per miſſionem in poſſ. ex primo decreto. *Bar. l ſi is qui. § 1. ff eod.*

Pignus per alium ſine mandato obligari non poteſt. *Bal. l. 1. C. ſi res al pign. dat ſit.*

Pignus etiam ſine ſcripturâ poteſt conſtitui. *Bar. l. contrahitur. ff. de pign.*

Pignora non ſunt obligata fideiuſſori creditori ſolventi, niſi creditor credat ei ius pignoris. *Bal. l. mandati. C. de fideiuſſor.*

Pignus datum præſumitur idoneum. *l. 2. C. de pign.*

Pignus ex turpi causâ conſtitutum poteſt vendicari per pignorantem. *Alex. & gl. l. iurisgentium. ff. de pact.*

Pignus conſtitui poteſt per tutorem alienantem ſine decreto, licet alienatio non valeat. *Alex. conſ. 54. Vol. 4.*

210. Pignus acquiritur mutuanti pecuniam alienam ſuo nomine, non autem domino pecuniæ. *Bar. l. etſi frater. C. de pig.*

Pignus fieri non poteſt detectorum tegulor. *Bart. l. nutu. §. fin. ff. de leg. 3.*

Pignus pignorari poteſt. *l. 1. & 2. C ſi pig. pig. dat. ſit.*

Pignus in re communi conſtitui poteſt per unum ex ſociis, & durat totum in qualibet parte, etiam factâ diviſione rei. *l. 3. ff. qui pot. in pig.*

Pignus rei alienæ non confirmatur, licet dominus ſuccedat pignoranti. *Bar. l. ſi Titio. ff. de pig.*

Pignus liberatur amiſſione debiti. *Bart. l. ſolvitur. ff. quib. mod. pig. ſolv.*

Pignus cadit in omni re, in qua cadit emptio, & venditio. *l. ſed quod emptionem. ff. de pig.*

Pi-

Pignus ſolvitur multis modis.*tit ff.quib.mod.pig.ſol.* & *C. de remiſſ.pig.*

Pignus obligatum duobus non liberatur à ſecundo creditore, quamvis liberetur à primo.*l.creditor.§ 1.ff.qui pot. in pig hab.*

Pignus diſſolvitur, ſi fiat creditoris. *Bart.l.eleganter ff. de pig. act.*

220. Pignus emphyteuſis diſſolvitur finitâ emphyteuſi. *Bar. l tutor.§.fin ff.eod.*

Pignus in ſolutum dari non poteſt creditori invito. *Bart.l. 1 C. de pignor.*

Pignus remitti poteſt pro parte pro indiviſo.*Bart.l.ſi conſentit.ff. quib.mod pig.ſol.*

Pignus non liberatur per filium, nec per ſervum. *l ſicut.§. non paciſci. ff.eod.*

Pignoris redditio non inducit liberationem, *l poſtquam.ff. de pact. Inn,c.2. de fid.Inſt.*

Pignoris liberatio eſt individua. *l quamdiu. C. de diſt.pig.*

Pignus non liberatur per procuratorem ſine mandato. *l.ſi conſenſit.§.videamus ff quib.mod.pig.ſol.*

Pignus liberatur causâ ſopitâ per ſententiam vel iuramentum principali delatum. *Bar.l.ſi defendente.ff.eod.*

Pignus emptum à creditore deſinit eſſe pignus, niſi emptio ſit ſimulata. *Bal c.1. de contr.inveſt.*

Pignora uxoris liberantur, ſi vir eius heres ſolvat debitum. *Bal.l.ſi uxor. C.de pignor.*

230. Pignus in domo durat, etiam eâ dirutâ, quia per ruinam non ſolvitur, ſi domus reficiatur *l.fin.ff eod.*

Pignus non tollitur alienationem legalem.*Bar.l.uſucapio. C.eod.*

Pignori capi non debent bona tutoris propter debitum pupilli.*l 1.C.quand.fiſc.vel privat.*

Pignus furtivum nemo cogitur apud Iudæos reſtituere. *l. ſervus.ff.de cond.indeb.*

Pignus non idoneum accipiens non amittit reliquum debitum.*l.creditor ff.de reb.cred.*

Pi-

Pignus ut vendere liceat pactum in rem eſt, & ad hæredem tranſit. *l ſi neceſſarias. ff. de pig. act.*

Pignore electo pro reſiduo manet prima actio. *l. adverſus debitorem. C. de obl & act.*

Pignore peremto non perimitur obligatio. *l. ſervo, C. de pign. & hyp.*

Pignorum gratiâ nihil, quod ad culturam agri pertinet, auferri debet. *l pen. C. quæ res pig obl. poſſ.*

Pignorum ius exequi licet, ſi in ſolutione ceſſetur. *l. ſi tibi. C. mandati.*

240. Pignus ſolvitur oblatione debiti, à quovis poſſeſſore factâ. *l tutor. ff. eod.*

Pignus ſolvitur pacto de non petendo debito. *l. ſolvitur. ff. quib. mod. pig. vel hyp. ſol.*

Pignus ſolvitur pacto procuratoris in rem ſuam. *l. ſicut. §. 2. ff. eod.*

Pignus ſolvitur ſatisfactione qualibet. *l. item liberatur pignus. § 1. ff eod.*

Pignus ſolvitur ſolutione debiti. *l. ſi rem alienam. ff. de pig. act.*

Pignus ſolvitur actione perſonali in totum ſublatâ. *l. 2. C. (de luit. pign.*

Pignus ſolvitur compenſatione debiti. *l 3. C. eod.*

Pignus ſolvitur donatione precii redemptionis. *l 2. C. de poſtlim. reverſ.*

Pignus ſolvitur oblatione, conſignatione & depoſitione debiti. *ibid.*

Pignus ſolvitur præſtatione ſortis & uſurarum. *l. ſi mandator. C. quod cum eo, qui in al. pot.*

250. Pignus ſolvitur proſtitutione redemptæ ab hoſtibus. *l fœdiſſima. C. de poſtlim. reverſ.*

Pignus ſolvitur quaſi cõſenſu creditoris. *l. 1. C. de remiſſ. pig.*

Pignus ſolvitur redditione chirographi. *l. creditricẽ. C. eod.*

Pignus ſolvitur renunciatione tacitâ. *l. ſi eo tempore. C. eod.*

Pignus non ſolvitur additione qualitatis. *l. ſi fundus. §. 2. ff. de pign. & hypothec.*

Pignus non ſolvitur detractione qualitatis. *ibid.*

Pignus non ſolvitur alienatione conſenſu pupilli factâ. *ib.*

Pi-

Pignus non ſolvitur condemnatione rei principalis vel fideiuſſoris. *l. grege.* § 4. *ff. eod.*

Pignus non ſolvitur diviſione inter ſocios factâ, *ibid.* § 4.

Pignus non ſolvitur exuſtione domus, ſi poſtea reædificata ſit. *l. Paulus, ff. eod.*

260. Pignus non ſolvitur mutatione qualitatis. *l. ſi fundus.* § 2. *ff. eod.*

Pignus non ſolvitur novatione in effectu non validâ. *l. grege.* § 1. *ff. eod.*

Pignus non ſolvitur poſſeſſione longi temporis. *l. 1.* § 2. *ff. eod.*

Pignus non ſolvitur remiſſione à filio gratis factâ. *l. ſicut.* § *an paciſci ff. quib. mod. pig ſol.*

Pignus non ſolvitur remiſſione à procuratore omniũ bonorum factâ, ſine ſpeciali mandato. *l ſi conſenſit. ff. eod.*

Pignus non ſolvitur neceſſitate rei familiaris. *l. 4. C. de pig.*

Pignus non ſolvitur ſolutione particulari. *l. quamdiu. C. de diſtr. pign.* (*pig.*

Pignoris cauſâ ceſſante, pignus reddi debet. *l. 2. C. de pact.*

Pignoris nexus eſt alienatio. *l. fin. C. de reb. al. non alien.*

Pignore accipere poteſt, qui prohibitus eſt emere. *ibid.*

270. Pignori accipiens rem alienam ſcienter committit furtum. *l ſervus cuiuſdam. ff. de cond. indeb.*

Pignori accipiens iuſtè poſſidere videtur, ſine opinione tamen dominii. *l ſi ſervus. ff. de nox act.*

Pignori accipiens rem ſuam ignoranter, non abiurat proprietatem. *l. re tua. C. de rei vindicat.*

Pignori dare fructus rei eſt. *l. fructus. ff. de reg. iur.*

Pignorans dicitur alienare. *l. fin. C. de reb. alien.* (*act.*

Pignorari non poteſt res propria. *l. ſi rem alienam. ff. de pig.*

Pignorari poſſunt pro debito fructus beneficiorum. *Spec. de her. V. in favorem. ad fin.*

Pignorari poteſt Emphyteuſis. *l fin. C. de iur. Emphyt.*

Pignorari poteſt etiam penſio. *l. cum convenit. ff. de pig.*

Pignorari poſſunt etiam fructus pendentes. *l. & quæ nondum in pr ff eod.*

280. Pignorari poteſt nomen debitoris. *l. 1. C. de præt. pig.*

Pignorari non poſſunt eâ quæ ſunt in commercio. *l. 2. §. eam rem ff. quæ res oblig poſſ.*

Pignorari non poſſunt ſacra. *Bar. l. in quorum. ff. de pignor.*

Pignorari non poteſt res litigioſa. *Bar. l. 2. §. quid ergo. ff. quæ res pig. obl.*

Pignorari non poteſt res aliena in præiudicium domini. *l. quæ prædium. C. ſi res alie. pig. dat. ſit.*

Pignorata res manet in dominio debitoris. *l. reſcriptum. ff. de diſtract. pign.*

Pignoratio vicioſa ius retentionis non parit. *l. cum vicioſe. ff. de pign. & hypoth.*

Pignoratio pro tanta quantitate quod non ſit ſpes luitionis, non videtur in prohibito acquirere. *Bar. l. in quorum. ff. de pignor.*

Pignoratio dicitur nominatus contractus. *Bal. rubr. C. de rer. permut. V. ſed quæritur.*

Pignoratio rei alienæ non valet niſi dominus fraudem committat. *Bal. l. 1. C. ſi res. al. pig. dat ſit.*

290. Pignoratio rei donatæ fieri non poteſt per donantem. *Bal. l. quæ prædium. C. eod.*

Pignoratio eſt alienatio. *l. lex quæ tutores. C. de adm. tut.*

Pignoratio eſt contractus bonæ fidei. *l. quæ fortuitis. C. de pign. act.*

Pinguedo ventris arguit groſſum ſenſum. *Spec. de pet. ſent. V. not. gl. 44. diſt. § fin.*

Pinguius ſuccurrere debemus donatori, quam ei, qui verum debitum perſolvere compellitur. *l. ex hæredatum. ff. de re iud.*

Pinguius eſt remedium reſtitutionis in integrum quàm expenſarum reparatio. *Teſſaur. deciſ. 9. num. 10.*

Pilæ iactæ in mare eius manent qui iecit. *l. 3. § 3. ff. ne quid in loc. publ.*

Pilæ & columnæ extra domum domui iunctæ cedunt venditioni domus. *l. creditor. ff. de act. empt.*

Piratæ ſunt ipſo iure diffidati. *Bald. Auth. navigia. C. de furt.*

Pira-

Piratæ non poſſunt creari milites & privilegiis non gaudent. *Bal.l.1.C.qui bon.ced.poſſ.*

300. Piratæ poſſunt puniri in loco vicino mari, in quo delinquunt. *Bal.& DD.l.inſulæ.ff.de iud.*

Piſcandi ius poteſt præſcribi. *Bald. l. 1. C. de eman. lib.*

Piſcator longo tempore in flumine publico præſcribere non poterit, neç alium prohibere, quo minus piſcari poſſit *l.fin.ff.de uſucap.*

Piſcationes in mari non prohibentur. *Bar.l.1.ff.nequid in loco publ.§.ſi quis in mari.*

Piſcationes ſunt permiſſæ vel prohibitæ, ſecundum conſuetudinem. *l.ſi quiſquam. C. de div. & temp. præſcript.*

Piſcatio in flumine permiſſa eſt, quouſque dominus loci prohibeat, *DD.l.3.§.Nerva.ff.de acq.poſſ.*

Piſces in piſcinam procreandi cauſa miſſi, immobilium appellatione veniunt. *l.Iulianus.ff.de act.empt.*

Piſces non veniunt in venditione fundi venditi in quo eſt piſcina. *l.Iulianus.§.fin.ff.de act.empt.*

Piſces in piſcinis noſtris poſſidentur à nobis, non in ſtagnis vel lacubus magnis. *DD.l.licet.ff.de acq.poſſ.*

Piſtoriæ cauſæ diebus feriatis poſſunt peragi. *l.publicas.C.de fer.*

310. Piſtrinum in domo uſufructuaria fieri nequit per uſufructuarium, niſi ex arbitrio iudicis, *Flor.l.æquiſſ.ff.de uſufr.*

Pium eſt carceratos alere. *gl.l.iudices.C.de Epiſc.aud.*

Pium eſt liberare carceratum, licet pro maleficio. *Alex.l.quævis.ff.ſol.mat.*

Pium eſt, manes defunctorum ab iniuriâ vindicare. *l.1.§.etſi forte.ff.de iniur.*

Piis cauſis relicta diminuuntur per legitimam. *l.ſi quis ad declinandam.C.de Epiſc.& cler.*

Pia cauſa renovat repetitionem indebiti ſoluti. *l.cùm is.§.ſi mulier.ff.de cond.indeb.*

Pius actus dicitur, qui principaliter vergit in ſalutem animæ. *l. ſi quis Titio ff de leg. 2.*

Pium eſt exequi voluntatem defuncti. *l. cum quidam. C. de neceſſ. ſerv. hær. inſtit.*

Piæ voluntates defunctorum non ſunt caſſandæ. *C. admonere. 16. q. 1.*

Piorum legatorum actio mora duplicatur. *l. ſancimus. C. de Epiſ. & cler.*

320. Pia ſententia mutari non poteſt. *l. 3. C de infant. expoſ.*

Piarum cauſarum adminiſtratores nullo modo alienare poſſunt annalia ipſis relicta. *l fin. C. de Epiſ & cler.*

Pia cauſa habet favorē ſpecialem. *gl. §. item miſto. inſt. de act.*

Pia cauſa dicitur cauſa dotis. *Bal. l. 1. C. de SS. Eccleſ.*

Pia cauſa ex veriſimili mēte teſtatoris non videtur præferēda propriæ ſoboli ipſius teſtatoris. *Corn. conſ. 276. vol 3.*

Pia loca & Eccleſia gaudent eiuſdem privilegiis. *l. fin. C. de SS. Eccleſ. Io. And. C. 1. & 2. de in int. reſt.*

Pia loca tenentur ad Canonicam portionem. *Ioan. And. c. Ioannes, de teſtam.*

Pia loca dicuntur, in quibus exercetur officium pietatis. *ib.*

Pietatis causâ quandoque dicitur fieri expenſa. *gl. ult. l. ex duob. §. ff. de neg. geſt.*

Pietatis cauſa ſi quis alitur, non repetuntur alimenta. *ibid.*

330. Piæ cauſæ favore debetur melius in legatis ad pias cauſas generaliter factis. *Bar. l. Titio. §. Seia. ff. de aur. arg. leg.*

Pietatis ſcientia eſt noſſe legem, intelligere Prophetas, credere Evangelio, Apoſtolos non ignorare. *c. ſi quis artem. diſt. 37.*

Pietas ad omnia utilis eſt. *c. hoſpitalem. 47. diſt.*

Pietas recte inſtituta incipit à ſe. *c. ſi non licet. 23. q. 5.*

Pietas habenda eſt incarceratis. *Pet. Santerran. tract. de aſſecur. part 3. n. 69.*

Pietas eſt fundamentum omnium virtutum. *Menoch. de præſumpt. lib. 4. q. 89. n. 17.*

Pietatis ratio inter parentes & liberos ſecundum naturam ſalva eſſe debet. *l. 1. ff. de obſeq. à. lib. & libert.*

Pietas maior debetur patriæ, quam parentibus. *Bal. add. l. 2. n. 2. ff. de iuſt. & iur.*

Pietati, paternæ non convenit utilitatem vel honorem liberis invidere. *c. ſi qui liberi. 22. q. 2.*

Pietatis causâ nihil iniuſtè agẽdum *c. non eſt putanda. 1. q. 1.*

340. Pietatis ratione parentes à liberis non ſeparantur. *l. plerumq. ff. de ædil. Edict.*

Pietas ficta non eſt pietas, *Bertaz. conſ. 205. n. 5. vol. 2.*

Pietas eſt, non crudelitas, crimen punire pro Deo. *c. legi ſyromaſten. 23. q. 8.*

Pietatis modus non excedendus. *Omphal. de uſurpat. LL. lib. 2. cap. 14. n. 1.*

Pietas & neceſſitas non habent ferias *l. ſunt perſonæ. ff. de relig. & ſumpt. fun.*

Pietas maximè decet Principem, *Mynſ. proëm. inſt. num. 22.*

Pietas filii debet eſſe æqualis patri & matri. *l. furioſa. ff. de cur. fur.*

Pietatis officium non debet eſſe venale. *Bal. l. ſancimus. C. de infant. expoſ.*

Pietas eſt alere liberos & contrà. *auth. licet. C. de neceſſ. ſerv.*

Pietatis iura violantur, ſi voluntas matris negligatur. *l. contra voluntatem. C. de teſt. man.*

350. Pietas operatur, ut matri nudâ proprietate relictâ, etiam uſusfructus concedatur. *l. ſi extraneo. ff. de uſufr.*

Pietas debetur patri. *l. 3. C. de patr. poteſt.*

Pietas exercẽda in fratrum filios. *l. pietatis. C. de ſuſpect. tut.*

Pietas eſt, alere liberos. *l. 3. C. de infantib. expoſ.*

Pietas matris revocat etiam quandoq. ab accuſatione contra filium inſtrtuta. *l. propter. inſidias. C. qui accuſ. nõ poſſ.*

Pietas matri debita, ſi lædatur, ſeverius vindicatur. *l. 4. C. de pat. poteſt.*

Pietas matri debita violatur, ſi eius voluntas ſpernitur. *l. contra voluntatem. C. de teſtam. man.*

Pietas parentum violari non debet. *l. cùm te pietatis. C. de inoff. teſt.*

Pietas paterna conſiſtit in alendo filio. *l. 4. C. de alend. lib.*

Pietas patris ſumptus neceſſarios filiofam. ſtudiorum cauſâ abſenti præſtare debet. *l. Macedoniani. C. ad SC. Mac.*

360. Pietatis causâ datũ quãdoq. repetitur, *l. ſi quis. ff. de cal.*

Pietatis causâ factum non repetitur. *l. liber captus. C. de poſtl. rev.*

Digitized by Google

Pietatis favor maximus. *l ſi quis ad declinãdam. C. de Epiſ. & cler.*

Pietatis officium eſt defendere mortem defuncti. *l. 1. C. de his quib. ut indig. auf. hered.*

Pietatis officium geri non debet, mercimonio contracto. *l. 3. C. de infant. expoſ.*

Pietatis officium omittentes bonæ fidei poſſeſſores æſtimari non debent. *l. 1. C. de his quib. ut indig. her. auf.*

Pietatis religio violari non debet. *l. cùm te pietatis. C. de inoff. teſt.*

Pietatem liberi, non operam debent parentibus. *l. pen. ff. de obſeq. par. vel patron. præſt.*

Pietatem quæ lædunt, non ſunt facienda. *l. filius. ff. de cond. inſt.*

Pietas patris non eſt reprehendenda. *l. 1. ff. ſi quid in fraud. patr.*

370. Pietas eſt mater boni operis. *l. ex duob. ff. de neg. geſt.*

Pietatis causâ factæ expenſæ non repetuntur. *ibid.*

P L.

Placatur DEUS in correctione malorum. *c. ſi quos. 23. quæſt. 4.*

Placere cuique debet in ſua perſona, quod placuit in aliena. *l. 1. §. ſi quis. ff. quod quiſq. iur.*

Placitum non poteſt revocari. *Oldrad. conſ. 142.*

Placitum eſt cuſtodiendum. *l. ſi plus. ff. de Evict.*

Placito eſt parendum. *l. emptorem. C. de locat.*

Placita Principis habent legis vigorem. *l fin. C. de LL.*

Placita quædam omitti poſſunt. *l. poſt certi. C. de lib. cauſ.*

Placitis fidem adhibere oportet. *l. pen. C. de rer. permut.*

Plagæ domeſticæ probari poſſunt per teſtes domeſticos. *l. cum ſenſu §. fin. C. de repud.*

10. Plagium eſt nomen criminis criminaliter intentandi. *Bal. l. alienum. in fi. C. de furt.*

Plagium non officit ingenuitati. *l. antepen. C. de ingen. manum.*

Pla-

Plagium committit, qui ſciens hominem liberum vendit. *l ſi filium tuum. C. de liber. cauſ.*

Plagio exportata uſucapi non poſſunt. *l. ſubtracto. C. de furt.*

Plagarius alienare non poteſt. *l. quoniam. C. ad l. Fab. de plag.*

Plagarius conveniri poteſt rei vindicatione. *leg. 1. C. eod.*

Planta cedit ſolo, & pertinet ad emptorem. *Spec. de empt. & vend. § 1. ad Evidentiam.*

Plantatio hominis ad pœnam non eſt permiſſa de iure. *Flor. l. qui occidit. ff. ad l. Aquil.*

Platea etiam dicitur ædificium plateæ vicinum deſtructum. *Bar. l. fin. ff. de loc. & itin. pub.*

Platea communis vendi non poteſt, niſi prius fiat ſtatutum de vendendo. *Bart. leg. 1. ff. ne quid in loc. publ.*

20. Platea Columnarum ordines quatuor à porticibus habere debet. *l. pen. § præterea. C. de ædif. priv.*

Platea dividi non poteſt inter privatos. *ibid.* §. 3.

Platea minui non debet à privato. *ibid.*

Plateæ latitudo minui non debet ædibus privatis. *l. ædificia. C. de oper. publ.*

Plateæ communes ſunt in quibus omnes publicè converſantur, ſed privatæ ſunt privatorum. *Card. clem. 2. § ab olim. de ſepul.*

Plauſtrarius operam præſtare debet, mercede acceptâ. *l. ſi qui à vobis. C. de locat.*

Plebanus habet patronatum in capellis. *Inn. c. ad audientiam. de Eccleſ. ædif.*

Plebeium ſuſcipere non licet, adverſus remp. & iuſſionem Principis. *l. 1. C. de ſenatoſ.*

Plebeius quis potius præſumitur, quam nobilis in qualitatibus quæ nobis non inſunt à natura. *Sat. conſ. 246. Vol. 2.*

Plebei poſſunt mercari. *leg. 3. C. de commer. & mercat.*

30. Plebs intelligitur habere curam animarum. *Bal. Margaritha. V. plebs.*

Plebs eſt patrona ratione dotationis & fundationis capellæ in ea ſitæ. *Card. Clement. 6. quæſt. 6. de ſup. neg. pral.*

Plebis non eſt eligere, ſed electioni conſentire. *cap. cleric. diſt. 63.*

Pleno iure ſubiectus dicitur quis, quo ad ſpiritualia, & quo ad temporalia. *DD. c. cum inter. de re iud.*

Pleno iure dicitur res mea, ſcilicet quę eſt prohibita alienari. *Bal. l. voluntas. C. de fideicom.*

Pleniſſimam cognitionem requirunt cauſæ criminales. *Sichard. l. iudices n. 5. C. de iud.*

Plena ætas in maribus 20. in fœminis 18. annis. *l. 3. C. de curat. fur.*

Plena poteſtas non eſt ſubiecta neceſſitati. *Bal. l. 2. num. 45. C. de ſerv. & aq.*

Plena adminiſtratio idem eſt quod libera *l. 1. § fin ff. de off. proconſ. Caſ*

Plenum ius non dicitur cui aliquid poteſt deeſſe vel addi. *Raphael. Cuman. conſ. 187. n. 2.*

40. Plenum non recipit magis plenum. *l. ſi te ſolum. ff. de her. inſt.*

Plenum extinguit ſemiplenum. *leg. iubemus. C. de teſtam.*

Plenum dominium dicitur ex proprietate & uſufructu. *l. 4. ff. de uſufr.*

Plenum ius dicitur, quando quis habet ius & poſſeſſionē. *Bal. l. venditor. §. veniſſe. ff. de her. vel act. vend.*

Plenus venter de ieiuniis facilè diſputat. *c. gloria. 12. quæſt. 2.*

Plenus eſt iuſtitiâ, qui patriam tuetur bello à Barbaris. *c. fortitudo. 23. q. 3.*

Plenus animi affectus non requiritur ad acquirendam poſſeſſionem. *l. 3. C. de acq. poſſ.*

Ple-

Plenior voluntas eſt ſervanda. *Bald. l. ſi ita. ff. de her. Inſt.*

Plenior voluntas prævalet.*ibid.*

Plene beneficiatus non dicitur, qui non habet poſſeſſionem beneficii. *Bertach.repert.part.3.fol.236.*

50. Plenè ac planè neceſſaria eſt diligentia ad omne exercitium. *l.legatis §.ornatricib. ff.de leg.3.*

Plenariè dicitur, ut etiam minima pars non deficiat. *gloſſ. clem.1.de re iud.*

Plenaria reſtitutio comprehendit omnia. *l.inter bonorum. ff.de admin.tut.*

Plenitudo poteſtatis excludit vicium ſub: & obreptionis. *gl. c.2.de fil. preſbyt.*

Plenitudo poteſtatis idem eſt, quod poteſtas abſoluta. *gl.c. ubi periculum.de Elect.lib.6.*

Plenitudini addere vanum eſt. *c.bene quidem. diſt.96.l.1.ff. de dot.præleg.*

Plenitudine poteſtatis utitur quandoquè Princeps. *l. Lucius Titius.ff.de Evict.*

Plenitudo non indiget adiectione gratiæ. *c. omnia. 6. quæſt.1.*

Plenitudo poteſtatis non debet exerceri in præiudicium ſubditorum. *Bal.l.1.§.cum a.C.de cad.toll.*

Plenitudo poteſtatis non extenditur ad aliquid iniquum. *Curt.conſ.73. Fulgoſ conſ.61.*

60. Plerumq; dum proprietas verborum attenditur, ſenſus veritatis amittitur. *c.propterea. Ex.de V. ſignif.*

Plerumque fœmina ſuo conſilio ſibi nocet. *l.ſi pater. C.de ſponſ.*

Plerumque difficilis eſt probatio, quanti cuiuſque interſit. *l.fin.ff.de præt. ſtipul.*

Plerumque tàm heredibus noſtris, quàm nobis ipſis cavemus. *l.Pactum.ff.de prob.*

Plerumque naſcitur ex genere incertitudo. *l.ita fidei.ff.de iu.fiſc.*

Plerumque fiunt incendia culpâ inhabitantium. *l.3.ff.de off.præf.vig.*

Plerumque evenit, ut, quod alteri ſupereſt alteri deſit. *l.1 ff. de contrah. empt.*

Plerumque idonei non tàm patrimonio quàm fide æſtimantur. *l. ſi quis ſtipulatus. § fin. ff. de ſolut.*

Plerumque ſub authoritate iuris Civilis ſtricti perniciosiſſimè erratur. *l. ſi ſervum §. ſequitur ff. de V. O.*

Plerumque accidit ut extra id, quod agitur, tacita obligatio naſcatur. *l. ſi is qui. § fin. ff. commod.*

70. Plerumque ubi ſucceſſionis eſt emolumentum, ibi & tutelæ onus eſſe debet. *§. fin. inſtit. de leg. patron. tut.*

Plerumque robur hominis, ætas temporis quaſi opportunitas naturalem cauſam operariam mutat. *l. ſi non ſortè. §. ſi libertus. ff. de cond. indeb.*

Plerumque contingit, veritatem obumbrari, & errori per iuris ſubtilitatem. *Bar. Soc. conſ. 118. vol. 2.*

Plerumque minus natum toleratur, ut gravius evitetur. *l. abſentem. ff. de pœn.*

Plerumque pauperior opera ſupplet, quod ei per comparationem patrimonii deeſt. *l. ſocietas. ff. pro Soc.*

Pluralis locutio in teſtamentis verificatur in una. *Dec. conſ. 5.*

Pluralis numerus libertatis favore pro ſingulari eſt, & è cōtra. *l. cum inter veteres. C. de fideicom. libert.*

Pluralis locutio debet ſaltem duos compræhendere. *Decian. conſ. 51. num. 43. vol. 3.*

Pluralis locutio ſingulari non acquieſcit, ſed in pluribus vera eſſe dicitur. *Mynſ. cent. 6. obſ. q. 9.*

Pluralis locutio non eſt unius. *Raph. Cuman. conſ. 179. num. 4.*

80. Pluralis numeri verba non verificantur in uno. *l. fin. ff. ad Trebell.*

Pluralis locutio non eſt contenta uno. *l. ubi numerus. ff. de teſtib.*

Pluralis locutio non ſemper requirit plura. *Butrig. l. 1. ff. de cond. inſert. col. 1. part. 2.*

Plurale ad minus duo requirit. *l. ubi numerus. ff. de teſt.*

Pluralitas rerum plures accuſationes conſtituit. *l. ſi quis ex bonis, §. 1. ff. de furt.*

Pluralitas rerum exiſtens ad ſenſum nota non recipit dubitationem. *Maſſa. lib. 2. de exercit. iurisprud. num. 31.*

Pluralitas cum de forma eſt, non reſolvitur in ſingularitatem *gl. l. 3. §. hoc a. ff. de itin. actuq. priv.*

Pluralitas non præſumitur in re, quæ una & eadem eſſe poteſt. *Zaſ. conſ. 2. num. 35. lib. 2.*

Pluralitas factorum non præſumitur. *c. cum Ioannes. de fid. inſt.*

Pluralitas ingerit difficultatem. *Bald. l. cuius bonis. num. 3. ff. de curat. fur.*

90. Pluralitas nominis inducit obſcuritatē. *Gail. lib. 1. obſ. 50. num. 2.*

Pluralitas effectuum non extinguitur uno remedio. *Pet. Heig. quæſt. iur. Civ. & Sax. 19. num. 16. vol. 2.*

Pluralitas habituum requirit pluralitatem privationum. *ibid. num. 18.*

Pluralitas iudiciorum admittenda non eſt, ubi uno iudicio lis expediri debet. *l. 3. ff. de compenſat.*

Pluralitas una geminat plures ſingularitates, *l. qui concubinam. §. 4. ff. de leg. 3.*

Pluralitas & reiteratio non præſumitur in delictis. *l. inficiando. §. infans. ff. de furt.*

Pluralitas quando reſpicit plures affectus reſolvitur in ſingularitatem. *Bar. l. falſa. § fin. ff. de cond. & dem.*

Pluralitas verificatur in duobus. *l. ubi numerus. ff. de teſt.*

Pluralitas verificatur quandoq in tribus vel quatuor. *l. cogi. § item Metianus. ff. ad Treb.*

Pluralitas facit duas ſingularitates. *l. qui concubinam. §. ſi Stichus. ff. de leg. 3.*

100. Pluralitas rerum, nominum locorum inducit obſcuritatem. *l. duo ſunt, Titii. ff. de teſt. tut.*

Pluralitas quandoque reſolvitur in ſingularitates. *Bar.l. falſa.§.fin ff. de cond. Alex.conſ.84.vol.4.*

Pluralitas nec in perſonis,nec in actibus hominis præſumitur. *Bal.l neque.natales.C.de prob.*

Pluralitas vinculorum non attenditur, niſi in fratres,& fratrum filios. *Caſt. Conſ 318.*

Pluralitas vinculorum non attenditur,niſi,quando agitur de ſucceſſione patrui. *ibid.*

Plures loco unius ſubſtituti habentur pro uno. *Bal.l.2.C. de impub.& al ſubſtit.*

Pluries contra fieri non dicitur quando faciendo fit contra, non quando omittendo. *Bald. l.1. C. de his quæ pen nom.*

Plurium integrum eſt iudicium. *Spec. de Advoc.§.3.V. habita.*

Plures plura ſciunt. *ibid.*

Plures eſſe melius eſt,quam unum. *ibid.*

110. Plurium capitulorum confeſſio non reſultat ex confeſſione unius tantum. *Spec.de teſte.§.9.V.pen.*

Plura præcepta non dicuntur,ſed unum tantùm,quando fiunt circa eandem rem. *Spec.de contum.§ 4.V ſed pone.*

Plures rationes & plura iura,& plurium opinione, faciunt aliquem obtinere. *Spec de diſp.& alleg.§.3.V.ſtudeat.*

Pluries eodem inſtanti petitum ſemper videtur petitum. *Spec.de appell.§.4.V.& debet.*

Plura facta unius familiæ quandoque puniuntur ut unum, quandoque ut plura. *l.adeò.quidem.ff.de iuriſdict.*

Plures conſentiunt difficile. *l. 2.§.8 ff.de orig iur.*

Plures numerantur etiam unius loco. *l. ſi plures. ff. de pact.*

Plures accuſari poſſunt,eodem libello,de eodem crimine. *l.2. C.ſi reus vel accuſat.mort.fuer.*

Plures condemnari poſſunt ſimul una ſententiâ,qui pro virili in dubio tenentur. *l.1.C.ſi plur.una ſent.*

Plurium aſſertioni ſtandum. *l. 1.ff.de vent. inſpic.*

120. Plurium appellatione venit totum. *l. qui totam.ff.de acq.har.*

Plu-

Plures hereditatem petere poſſunt, uno momento. *l. fin. §. 4. C. de teſt. manum.*

Plures obligari poſſunt uno Inſtrumento. *l. eò, quod à multis. C. ſi cert. pet.*

Plurium iura ſi ad unum perveniant, poterit ille facere, quod faciebant plures. *l. ſi mihi & tibi. ff. de leg. 1.*

Plurium factum dominum obligat, tanquam unius. *l. 3. §. fin. ff. eod.*

Pluribus intentus minor eſt ad ſingula ſenſus. *l. fin. C. de Aſſeſſor.*

Plurib. quod placet, admittendum eſt. *l. fin. C. qui bon. ced.*

Pluribus quod placet, obtinere debet. *ibid.*

Pluribus unus bene ſufficere non poteſt. *l. fin. C. de Aſſeſſ.*

Pluribus exceptionibus etiam diverſis, uti licet. *l. nemo. ff. de except.*

130. Plura imperfecta non faciunt unum perfectum. *l. ſi tres tutelas. C. qui num. tut. ſe excuſ.*

Plures ut tres ſuſtinent vicem unius. *l. 2. § ſi tres. ff. de collat. bon.*

Plura facta non ſunt, ubi eſt unum conſilium. *l. ſi familia. ff. de iur. omn. iud.*

Plurimum quod accidit, præſumitur. *l. cùm de indebito. ff. de probat.*

Plures in unum convocari eſt difficile. *l. 2. §. deinde. ff. de orig. iur.*

Plurimum conferunt accidentia ad rerum cognitionem. *l. 1. ff. de ædil. Edict.*

Plures vocati collectivo nomine habentur pro uno. *Iaſ. l. fin. C. de impub.*

Plura veriſimilia faciunt probationem perfectam. *Bald. l. ſi creditoris. C. de fideicom.*

Plures gula, quàm gladius extinguit. *DD. c. non debet. de conſang. & affin.*

140. Plures præſumptiones uni prævalent. *Cagnol. l. ubi repugnantia. ff. de reg. iur.*

Plura delicta in una re plures admittunt actiones. *l. plura. ff. de act. & oblig.*

Plura remedia quis habere poteſt. *l.pen.ff.de in rem verſ.*

Plures defectus magis afficiunt, quàm unus. *Auth. itaq. C.Com.de ſucceſſ.*

Plurium confirmatio plus efficit quàm unius. *Neviſ.conſ. 12.num.36.*

Plures homines naſci intereſt reip. *l.1.ff.ſol.mat.*

Plura ſunt negotia quàm vocabula. *l. nam natura. ff. de præſcript. verb.*

Plurimorum reorum una eſt obligatio. *l.3.ff.de duob.reis ſtip.*

Plurium vicem unus aliquando ſuſtinet. *l.nam tertium.ff. de her.inſtit.*

Plurimorum ſententiis iudicium comprobatum ſanius eſſe exiſtimatur. *c. prudentiam de off.del.*

150. Plura facta unum intelliguntur propter continuationem. *l.unde §.fin.ff.ad l.Aquil.*

Plura coniuncta reputantur unum corpus. *l.ſed ſi plures.§. filio ff.de vulg.& pup.*

Plura exiguntur ab eis, quibus plura committuntur. *l.preſbyteri.C.de Epiſc.& cler.*

Plures in uno fundo dominium iuris intellectu, non diviſione corporum obtinent. *l.Mævius.§.duob.ff.d eleg.2.*

Plura ſpecialia non debent concurrere circa idem. *l. fin. ff. de ſerv. leg.*

Plura diverſa ſimul iuncta habentur pro uno. *l.ſed ſi plures. §.filio.ff.de vulg & pup.*

Plurium ad diverſa competentium uno electo cætera non excluduntur. *l.fin.C.de ann.except.*

Plures non poſſunt unius rei eſſe domini. *l. ſi ut certi.§. fin. ff.commod.*

Plurium iuramentorum relaxatio fieri poteſt. *Natt. conſ. 10.num 3.*

Plures delinquentes in unum tenentur in ſolidum. *l.ſi plures.ff.de iniur.*

160. Plures præſumptiones ſunt fortiores una. *Weſemb. conſ.4.nu.30.*

Plures eandem rem in ſolidum poſſidere non poſſunt. *l.3. §.ex contrario.ff.de acq.poſſ.*

Plu-

Plures ex una eâdemq. cauſâ actiones non licet ad eandem rem cumulare. *l. nemo ex iis. §. quoties. ff. de reg. iur.*

Plura delicta concurrentia faciunt nunquàm, ut ullius impunitas detur. *Bar. l nunquàm. C. de privat. delict.*

Plures vel plurimi, quoad minus ſignificant tres. *l ſed eam quæ. ff. de LL.*

Plura quando requiruntur, non ſufficit unum adeſſe. *l. tutor. §. pecunia. ff. de admin. tut.*

170. Pluribus hæredibus exiſtentibus ex æquo omnes ſuccedunt in viriles portiones. *Curt. Iun. de feud. part. 4. num. 131.*

Plures per copulam uniti habent vim collectivæ orationis. *l. ſi chorus. in pr. ff. de leg. 3.*

Plura volens dicere probet. *Alex. conſ. 16. vol. 5.*

Plura vulnera enecant, *l. ſervo. §. ſi alienus. ff. de leg. 1.*

Plures præſumptiones tollunt pauciores & fragiles. *Sichard. l. cùm poſteaquam. n. 2 C. de pact.*

Plurium commixtio parit incommodum. *Zaſ. l. ſciendum. n. 5 ff. de ſeparat.*

Plura iura ſunt fortiora unico. *Sal. l. itaq. C. de bon. mat.*

Plura iura poſſunt concurrere in eâdem re. *l. 3. §. ex pluribus. ff. de acq. poſſ.*

Plura interdum faciunt unum. *l. rerum miſtura. ff. de uſucap.*

Plures non facile conſentiunt. *l. 1. §. fin. ff. de acq. poſſ.*

180. Plurium actionum cumulatio valet. *Gail. lib. 1. obſ. 63. num. 1.*

Plura determinabilia reſpiciens dictio debet ea determinare uniformiter. *Mol. conſuet. Pariſ. tit. 1. mat. feud. §. 2. gl. 4. V. ſerment. n. 38.*

Plura ſunt legata annuum legatum. *Deciſ. Capell. Tholoſ. 341. num. 4.*

Plures reos unà accuſare nefas eſt. *l. denunciaſſe. §. ult. ff. de publ. iud.*

Plures probationes poſſunt coniungi, ut probent. *Bart. l. admonendi. ff. de iureiur.*

Pluris cum res eſt, tanti etiam eſt. *Menoch. de arb. iud. quæſt. lib. 2. cent. 1. caſ. 47. n. 8.*

Plu-

Plures imperfectæ probationes iunguntur ad faciendam plenam & perfectam probationem. *Gabriel.concluſ.1.n.1.lib.1.*

Plures in unum convocare eſt difficile. *l.ex hoc iure.ff.de iuſt.& iur.*

Plura ubi exiguntur, debent concurrere omnia. *Bertaz.conſ.15.n.5.lib.1.*

Plurium aggreſſor non præſumitur unus. *Ib. conſ.1, nu.10.*

190\. Plurium integrum eſt iudicium. *Spec.de Advoc.§.3.V.habito.*

Plus facit abſentia, quàm præſentia cum contradictione. *l.Item ſi unus.§.Celſus.ff.de recept.arb.*

Plus valet actum, quàm ſcriptũ. *l.4.C.plus val.quod agit.*

Plus offerens in licitatione vincit. *l.1.C.Com.divid.*

Plus valet umbra ſenis experti, quàm eloquentia iuvenis. *Bal.c.1.de renunc.*

Plus & minus ſpecificè non tribuunt differentiam. *Gœdda.l.1.n.30.ff.de V.ſignif.*

Plus eſt in re, quàm in opinione. *l. ſi putas.C.de pet.her.*

Plus eſt reſtituere, quàm exhibere. *l.plus eſt.ff.de in int.reſt.*

Plus non continetur in ſtipulatione, quàm in obligatione. *l.ſi ſtipulatus.ff.de uſur.*

Plus eſt auro perſuadere, quàm cogere. *Maſcard.vol.3.concluſ.num.29.*

200\. Plus eſt ſtatim aliquid ſolvere, minus eſt poſt moram ſolvere. *§.non ſolùm a.Inſt.de fideiuſſor.*

Plus eſt reddere rationẽ, quã edere. *l.cognoſcere.ff.de V.ſign.*

Plus eſt hominem veneno extinguere, quàm gladio occidere. *l plus eſt.C.de malefic.* *(nupt.*

Plus punitur clàm delinquens, quàm palàm. *l.fin.ff.de rit.*

Plus valet, quod ſpecialiter promittitur, quàm quod generali cautione pollicetur. *c.quanquàm.23.diſt.*

Plus valet unus teſtis oculatus, quàm decem auriti. *§.fin.Inſt.de grad.cognat.*

Plus eſt, voluntatem facto, quàm verbis declarare. *l.certum.ff.ſi cert.pet.*

Plus eſt, in re quod eſt, quàm quod in exiſtimatione. *l.pater.§.1,ff.de man.vind.*

Plus

Plus & minus non faciunt differre genere. *Bar l.legato generaliter.ff.de leg.1.*

Plus parentes liberos amore dicuntur, quàm liberi parentes ament. *l.ſcripto.ff.unde liberi.*

210. Plus punitur faciens contra iuramentum, quàm cõtra ſimplicem loquelam. *c.1.22.q.1.*

Plus expendens, quàm ſit ei mandatum, repetere nequit. *l.liberto.§.libertos ff.de neg.geſt.*

Plus continet diſtrictus, quàm Comitatus. *Caſt. conſ.85. num.2.vol.1.*

Plus eſt facto violari, quàm iniuriâ verbali. *Bar.l.1.§.huius. n.2.ff.uti poſſid.*

Plus creditur teſtibus deponentibus plus valere, quàm deponentibus tantum valere. *Alex.conſ.46.Vol.2.*

Plus creditur teſtibus qui non ſunt de univerſitate, quàm teſtibus univerſitatis. *Hippol.l.1.§.ſervus.ff.de quaeſt.*

Plus eſt alienare, quàm obligare. *Vult.Inſt.lib.2.tit.8.§.1. num.19.*

Plus creditur deponentibus in ſpecie, quàm in genere. *Soc. conſ.54.col.3.vol.4.*

Plus delinquit mandans, quàm conſulens. *Corn. conſ.5.n. 4.vol.4.*

Plus delinquit quis in committendo, quàm in omittendo. *Bal.l.omnes. C.de Epiſcop.& cler.*

220. Plus negans non negat minus. *Fulv.Pac.de prob.lib. 1.cap.18.num.4.*

Plus debet ſpectari, quod in veritate ſubſiſtit, quàm quod partes ſimulant. *l.ſi forte.ff.de Caſt.pec.*

Plus eſt de novo facere, quàm augere. *Grav.conſ.291.n.2.*

Plus eſt mentiri, quàm verum tacere. *Innoc.c.proponent.de reſcript.*

Plus eſt in ipſo facto, quàm verbis aliquid fateri & recognoſcere. *l.Paulus.ff.rem rat.hab.*

Plus ſolent timeri, quae ſpecialiter caventur. *Abb.c.ut debitus.de appell.*

Plus petens, quàm ei debetur, cadit cauſâ. *§.plus peti. Inſt. de act.*

Plus

Digitized by Google

Plus & minus eſt in loco, ſicut in tempore. *Bal. l. ſi teſtamentum. num. 3. C. de teſt. mil.*

Plus eſt ſolvere, quam non ſolvere. *Bal. §. præiudiciales. nu. 21. inſt. de act.*

Plus probat confeſſio debiti recepti, quàm inſtrumenti redditio. *Sal. l. pecunia. C. de ſolut.*

230. Plus venit in inquiſitione, quam in accuſatione, *Bal. l. damni. §. ei cuius. num. 2. ff. de dam. inf.*

Plus petitum ſimpliciter negari poteſt *c. 1. Ex. de lit. conteſt.*

Plus neceſſaria eſt erga corrigendos benevolentia, quam ſeveritas. *c. licet nonunquam. diſt. 45.*

Plus ſemper debet valere pignus, quam debitum. *l. fin. §. fin. C. de iur. dom. impet.*

Plus negat negatio, quam ponit affirmatio. *l. filiusfam. §. 1. C. de donat.*

Plus facit gravitas & benigni mores quam, facultátes. *l. ſcire oportet. §. pen. ff. de tut. & cur.*

Plus energiæ habet in ſe reſtitutio in integrum quam exceptio. *Mauric. de reſt. in int. cap. 30. num. 3.*

Plus conferens ad efficientiam rei, præfertur. *l. filio. ff. de lib. & poſthum.*

Plus ſapientiæ maturitas, quam corporis canicies conſideranda eſt, *diſt. 84. c. quiſquis.*

Plus in qualitate non includit minus in quantitate, *gl. c. plus ſemper. de reg. iur. lib. 6.*

240. Plus fructus colligens plus ſolvit. *Bar. l. pro locis. C. de annon. lib. 10.*

Plus patriæ quam parentibus debemus. *Bar. l. veluti. ff. de iuſt. & iur.*

Plus & minus non differunt qualitate, ſed ſpecie. *l. fin. ff. de fund. inſtr.*

Plus uno verum eſſe non poteſt. *Thoming. deciſ. 4. num. 6.*

Plus cautionis eſt in rem, quam in perſonam. *l. plus. ff. de reg. iur.*

Plus valet opinio quam veritas. *l. Barbarius Philippus. ff. de off. præt.*

Plus

Plus eſt facto, quàm verbis appellare, *c. Electi de appellat.*

Plus eſt poſſidere, quàm pignora habere. *l. plus eſt. ff. de Verb. ſignif.*

Plus favemus animæ, quàm cunctis aliis rebus. *c. præcipimus. 12. q. 2. l. ſancimus. C. de SS. Eccl.*

Plus valet, quod agitur, quàm quod ſimulatè concipitur. *tot. tit. C. plus valere, quod ag.*

250. Plus debet operari expreſſa ſtipulatio, quàm tacita. *Bal. l. inter ſocerum. ff. de pact. dot.*

Plus conferunt iura ad tempus, quàm arma. *Proëm. lib. 1. Inſtit.*

Plus debitoris eſt tardius ſolvere. *§. fideiuſſores. Inſt. de fideiuſſor.*

Plus quàm datum eſt, adimi poteſt. *l. ſi quis. §. ſi quis. ff. de adim. legat.*

Plus accipiens quàm dedit, uſuras expetit. *14. q. 3. c. ſi fœnoraveris.*

Plus favetur certantibus de damno vitando, quàm de lucro captando. *Modeſt. Piſtor. deciſ. iur. 122. n. 81. V. 3.*

Plus & minus non conſtituunt ſpeciem, ſed gradum. *Iaſ. l. Imperium. ff. de iuriſdict.*

Plus ſe amat homo in ungue pedis, quàm alterum in vertice capitis. *Bal. conſ. 312. vol. 4.*

Plus iuris habere eos, qui poſſeſſionem duntaxat uſusfructûs, non etiam dominium adepti ſunt, abſurdum eſt. *l. 3. ff. ſi uſufr. pet.*

Plus eſſe quis non poteſt, quàm filius. *gl. §. ſed hodie. V. emancipatus. Inſt. de adopt.*

260. Plus & minus non mutant ſpeciē. *Ceph. conſ. 300. n. 11.*

Plus petens debet præſtare expenſas. *Bertr. conſ. 418. num. 9. Volum. 6.*

Plus ſtatur vivæ voci, quàm mortuæ. *Alex. conſ. 132. nu. 4. vol. 4.*

Plus facit abſentia, quàm ætas. *l. 3. ff. de minor.*

Plus favetur actui neceſſario, quàm voluntario, *l. fideiuſſor. § 1. ff. qui ſat. cog.*

Plus honoris habet finis. *Afflict. deciſ. Neap. 1. nu. 7.*

Digitized by Google

Plus expreſſa movent. *idem deciſ. 72. num. 4.*

Plus habet delicti fœneratio, quam fuga ſervi. *Royz. deciſ. Lit. 5. num. 102.*

Plus ſemper in ſe continet, quod eſt minus. *l. qui quartam. ff. de leg. 1.*

Plus quam debeat faciens bene facit *Spec. de locat. § 6. V. 33.*

270. Plus in acceſſione eſſe nequit, quam in principali. *§ 5. inſt. de fideiuſſ.*

Plus petentium ſpolia ſunt coercenda. *l. 4. C. de def civ.*

Plus petitio nocet convictis manifeſtè, ſe delinquere per avaritiam. *l. 1. C. de plus petit.*

Plus petitio non nocet ignorantiæ cauſam habentibus. *ib.*

Plus petitio tutoris vel curatoris non nocet pupillo. *l. properandum. § fin. C. de iud.*

Plus petitionis pœna tollitur pœnitentia, ſi lis nondum ſit conteſtata. *l. 3. C. de plus petit.*

Plus poſcendum non eſt in cõtributionibus quam neceſſitas imperavit. *l. omnes. C. de oper. pub.*

Plus transferri nequit, quàm transferens habet. *l. ſi liberam. C. quod cum, & qui in al. poteſt.*

Plus favetur creditoribus quam legatariis. *l. fin. C. de iur. delib.*

Pluit pecunias ſi de diſcrimine vitæ agitur. *Beuſt. repert. l. admonendi. num. 1091. ff. de iureiur.*

POE.

Pœna non debet egredi delinquentem. *l. ſancimus. C. de pœn.*

Pœna pecuniaria delinquentis tranſit in hæredes. *l. ſciunt. C. ad l. Iul. rep.*

Pœna rei impoſſibilis non committitur. *l. ſi homo mortuus. ff. de V. O.*

Pœna per diffinitivam impoſita eſt perpetuo. *l. caſtitati. C. ad l. Iul. de adult.*

Pœnæ unius alterius premium eſſe non debet. *l. ſi ſequens. ff. de SC. Syllan.*

Pœna non præſtatur ubi nihil intereſt. *l. ſi ſervus. ff. de ſerv. expert.*

Pœ-

Digitized by Google

Pœnæ non repetuntur, cùm depenſæ ſunt. *l. pœna. ff. de cond. indeb.*

Pœnam ſententiâ dictam renovare iudici non licet. *l. pœnam. C. de pœn.*

Pœnarum uſuræ peti non poſſunt. *l. fin. C. de mag. conven.*

10. Pœna delictorum non tranſit ad hæredes. *l. Vn. C. ne ex delict. defunct.*

Pœna petentis ante diem vel conditionem eſt, quòd duplicantur induciæ & tempus. *c. 1. de plus pet.*

Pœna ſeu mulcta requirit novam citationem. *Bar. l. 1. ff. ſi quis ius dic.*

Pœna impoſita pro contumaciâ regulariter ſecundum mites contumaciæ. *c. ex literis. de conſtit.*

Pœna capitalis, ubicumque à lege vel ſtatuto imponitur, non debet imponi actualis amputatio capitis. *gl. l. 1. C. ne Chriſt. mancip.*

Pœna ubi corporalis venit imponenda, culpa lato dolo non æquiparatur. *Bar. l. lege Corneliâ. ff. ad l. Corn. de ſic.*

Pœnam ubi Epiſcopus imponit, licet poſſit rem retinere honeſtius tamen pro evitandâ ſuſpicione cupiditatis in pium caſum deputabit. *Abb. c. de cauſis. de off. del.*

Pœna ubi imponitur à lege poſitivâ, non eſt ſolvenda in foro coſcientiæ *gl. c. fraternitatis. 12. q. 2.*

Pœna pecuniaria ſingulariter à lege impoſita propter delictum applicatur fiſco, ubi lex introducit accuſationem. *Abb. rub. de iud.*

Pœnam pecuniariam poteſt iudex Eccleſiaſticus imponere, ſi illa magis timetur. *Abb. & DD. c. cæterũ. de off. ord.*

20. Pœnis impoſitis alternativè à lege, iudicis, non rei eſt electio *gl. c. ſicut de Iuda.*

Pœna non imponitur cogitanti, qui potuit perficere, & noluit. *l. qui falſam. ff. ad l. Corn. de falſ.*

Pœnæ plures non ſunt imponendæ pro eodem delicto. *l. Senatus. ff. de accuſ.*

Pœna conventionalis exigi poteſt. *gl. c. dilecti. de arb.*

Pœna peti non poteſt, ut ſtetur ipſi laudo. *ibid.*

Pœna non imponitur ſine accuſatore. *c. de manifeſta. 2. q. 1.*

Digitized by Google

Pœna quæ debet ſolvi, poteſt retineri in foro conſcientiæ. *DD.c.canonum. de conſtit.*

Pœna contractui licito loco intereſſe adiecta poteſt excedere duplum. *gl.l.1.C.de ſent.quæ pro eo.*

Pœnâ extraordinariâ quis punitur per exceſſum defenſionis. *Rom.ſingul.3.*

Pœna iuris communis poteſt alterari per Statutum. *Bal.l.1.ff.de publ.iud.*

30. Pœna debet temperari, quando iudex movetur ad condemnandum ex præſumptione violentâ. *DD. c.afferte.de præſumpt.*

Pœna mutari ac tolli poteſt. *Damaſ.reg.97.*

Pœnâ mortis puniri debet confitens. *Marſil.l.repetitio.nu. 27.ff.de quæſt.*

Pœnâ capitis punitur eximens aliquem de manibus familiæ condemnatum, vel in carcere exiſtentem. *Bart.l. cuiuſq.ff.ad l.Iul.maieſt.*

Pœnâ pari punitur conſulens, ut ille, cui conſilium dat. *Lancell.de off.præt.tit.de Conſulente.*

Pœnâ æquali puniuntur mandans, fieri homicidium & mandatarius, illud perficiens. *l.D.Adr.ff.ad l.Cor.de ſic.*

Pœna adiecta in promiſſione pacis ſervandæ, ſive offenſæ non faciendæ intelligitur de primâ offensâ. *Ioan.And. add.Spec.de treug & pac.in ſi.*

Pœnæ irrogantur conventionaliter. *l.quicquid.C.arb.tut.*

Pœna non debet imponi ſine culpâ. *l.abſentem.ff.de pœn.*

Pœna legalis regulariter per iudicem minui poteſt vel mutari. *l.quid ergo.ff.de infam.*

40. Pœna impoſita uni ex correlativis in ſpecie ad alterum non extenditur. *§.Item mixta.Inſt.de act.*

Pœna impoſita uni ex correlativis extenditur ad alterum. *l.1.C.de Cupreſſ.lib.10.*

Pœna impoſita pro contumaciâ regulatur ſecundum limites contumaciæ. *c.ex literis.de conſtit.* *(lict. defunct.*

Pœna ex delicto contra heredem non tranſit. *l.Vn.C.ex de-*

Pœna ubi imponitur à lege poſitivâ, non eſt ſolvenda in foro conſcientiæ. *gl.c.fraternitatis.12.q.2.*

Pœ-

Digitized by Google

Pœna ibi eſſe debet, ubi noxia eſt. *l. ſancimus. C. de pœn.*

Pœna pecuniaria in corporalem tranſmutari non debet pro minimis. *Bal. l. quicumq. C. de ſer. fug.*

Pœna infertur per contumaciam. *l. ſi ſequens. ff. ad Syll.*

Pœnas maleficiorum timere expedit. *l. ſi unius. ff. de pact.*

Pœnæ potius ſunt molliendæ quàm exacerbandæ. *l. pen. ff. de pœn.*

50. Pœna pro parte ſolutâ pecuniâ nihilominus in totum committitur. *l. hæres. § illa. ff. fam. herciſc.*

Pœna committitur, etſi per promiſſorem non ſteterit, ſed per caſum. *l. ait prætor. ff. de conſtit.*

Pœna poſt diem interpellationis poteſt purgari. *l. ſancimus C. de fideiuſſ.*

Pœna reſtituitur à lege inducta. *l. illud. ff. de pet. her.*

Pœna purgatur ſuſcipiendo debitum. *l. 2. ff. ſi quis. Caut.*

Pœnæ promiſſio valet, etiam in decuplum. *l. ſed etſi. §. ult. ff. eod.*

Pœna ubi ipſo iure imponitur, poteſt ferri ſententia abſq. Citatione. *Abb. c. reprehenſibilis. de appell.*

Pœna ſolvitur morte. *l. pen. ff. de oper. nov. nunc.*

Pœna, quæ indefinitè ponitur pro delicto, commiſſo, debet intelligi toties, quoties fuerit commiſſum deberi. *Bal. add. Spec. § nunc aliqua. de Emphyt. q. 37.*

Pœnam ipſo facto iura imponentia nunquam habent locum, niſi præcedat declaratio, quòd quis in eam incurrerit. *Fel. c. cùm non ab homine. de iud.*

60. Pœnę mutari, mitigari ac tolli poſſunt. *c. omnes. diſt. 45.*

Pœnam non meretur legitimè factum. *l. ſancimus. ff. de admin. tut.*

Pœnæ abolitio eſt temporaria cohercitio. *l. fratres. in pr. ff. de pœn.*

Pœna ſublevanda eſt eius, qui diu ſorditatus fuit. *l. ſi diutius. ff. eod.*

Pœna unius metus multorum. *l. 1. ff. ad l. Iul. repet.*

Pœnis legibus comprehenſis contenti eſſe debemus. *l. ſi ita. ff. de V. O.*

Pœna non parit pœnam, *Menoch. conſ. 94. n. 48. Vol. 1.*

Pœnam nemo incurrit ſine morâ. *id. conſ. 132. num. 27.*

Pœnâ pari puniuntur agentes & conſentientes. *Ceph. conſ. 282. num. 22.* (*nu. 19.*

Pœna non debet eſſe ubi non eſt peccatum. *Ceph. conſ. 546.*

70. Pœna eſt ditiſſima verſari inter homines, & hominum carere ſuffragiis. *l. hi qui ſanctam. C. de Apoſtat.*

Pœna ex cauſâ non ſolùm minui, ſed etiam augeri poteſt. *Proſp. Farinac. de del. & pen. lib. 1. tit. 3. q. 20. num. 1.*

Pœnæ unius impoſitio aliam conſumit. *Bart. l. vulgaris ff.*

Pœna ſine fraude eſſe nequit, *l. aliud. ff. de V. ſig.* (*de furt.*

Pœnæ infligendæ ſunt ſecundum qualitatem & conditionem perſonarum. *l. Padius ff. de incend. nauf.*

Pœnæ minor imponitur ſublimioribus quam humilibus, *l. 3. § fin. ff. de adult.*

Pœnæ requirunt probationem liquidiſſimam. *Bal. c. 1. qual. uom. feud.*

Pœna non excedit perſonam delinquentis. *l. quod verò. ff. de LL.*

Pœnæ omnes morte delinquentis expirant. *l. ex iuditiorum ff. de accuſat.*

Pœnæ non infliguntur durius ſævientis animo, ſed medentis. *c. odio. diſt. 86.*

80. Pœnarum numerum exigit numerus delictorum. *Ferman. de gabell. 5. part. princip. q. 7. & 8.*

Pœnæ ſapiunt uſuram *c. ſuam. de pœn.*

Pœnæ quæſtus appellantur inhoneſti. *ibid.*

Pœna ſemel commiſſa amplius non committitur, niſi ſit actum, *Bar. l. ſi duo rei. §. ſemel. ff. de recept. arb.*

Pœnæ conſentit, qui delinquit. *l. 1. §. beſtias. ff. de poſtul.*

Pœna acerrima pro pœnâ mortis accipitur. *l. 1. C. de ſeditioſ.*

Pœna augeri poteſt ob delicti frequentiam. *l. 2. C. de Epiſc. aud.* (*Abb. de pœn.*

Pœna illa irrogari debet, quæ magis timetur. *gl. c. licet. ubi*

Pœnæ ſunt in dubio molliendæ. *l. interpretatione. ff. eod.*

Pœna debet dari ſecundum conditionem delictorum. *Auth. ut iud. ſine quoq. ſuffrag. §. ſic igitur. V. ſciant.*

90. Pœna debet penſari ex qualitate facti. *l. Vn. C. ſi quis. imp. mal.*

Pœ-

Pœna debet ſequi maior ex maioritate delicti. §. *Item lex. Iulia. Inſt. de publ. iud.*

Pœna eſt multiplicanda inobedienti. *Auth omnes. C. Com. de ſucc.*

Pœnam petere nequit, qui in illam incidit. *Bart. l. cùm pater §. libertis. ff. de leg. 2.*

Pœna ſanguinis pœna mortis eſt. *Donell. l. tranſigere. n. 43. C. de tranſact.*

Pœna per diffinitivam impoſita eſt perpetua. *l. Caſtitati. C. ad l. Iul. de adult.*

Pœna non habet locũ, niſi iure exprimatur *c. ult. de iu. pat.*

Pœna augetur ex frequenti delicto *l. 3. C. de Epiſcop. aud.*

Pœna præſupponit culpam. *l. ſi qua pœna ff. de V. ſig.*

Pœna legato adiecta nõ remittitur. *l. Vn. C. de his quæ pœn.*

100. Pœna debet eſſe liquida. *Dec. conſ. 313 & conſ. 295.*

Pœna minor in dubio eligi debet. *l. ſi præſes. ff. de pœn.*

Pœnæ tantùm delinquentem ligare debent. *l. ſancimus. C. de pœn. c. quæſivit de iis quæ fi. à mai. part. cap.*

Pœna nõ debet maior eſſe delicto. *Gail. de Arreſt. c. 10. n. 16.*

Pœna ut incurratur requiritur plena & certa notitia. *Rot. deciſ. 21. Ruin. conſ. 66 n. 13. vol. 3.*

Pœna dicitur, non poſſe appellare. *Phil. Franc. c. cupientes. §. cæterùm. n. 2. de Elect lib. 6.*

Pœna cum delicto commenſuranda eſt. *Menoch. recup. poſſ. remed. 5. num. 39.*

Pœna eſt noxiæ vindicta. *l. aliud eſt fraus. ff. de V. ſignif.*

Pœna variatur ratione circumſtantiarum. *l. aut facta. ff. de pœn.*

Pœna ob illatum metum mitigãda. *Cyn. l. 1. n. 8. C. Vnd. vi.*

110. Pœnæ ad deterrendos hominum animos à delictis imponi debent. *l. cùm ſervum. ff. de ſerv. fug.*

Pœna unius alterius præmium eſſe non debet. *l. ſi ſequens. ff. ad SC. Syllan.*

Pœna non defendentis procuratoris eſt, ut denegetur ei actio. *l. mutus. § pœna. ff. de appell.*

Pœna dicitur ſignum culpæ. *l. teſtamento. ff. de man. teſt.*

Pœna obligationem præcedentem novat. *Zaſ. l. ſi inſulam. n. 8. ff. de V. O.*

Digitized by Google

Pœnæ ſuos tenere debent autores. *l. ſancimus. C. de pœn.*

Pœna non eſt imponēda, niſi probatio habeat omnes ſuas qualitates *gl. c. exhibitæ. de homicid.*

Pœnam exſolvere nemo tenetur in foro conſcientiæ. *c. fraternitatis. 12. q. 2.*

Pœna non diſcretè expreſſa intelligitur arbitraria. *gl. l. 3. C. de SS. Eccleſ.*

Pœna ibi cadit, ubi eſt controverſia. *§. fin. inſt. de legat.*

120. Pœnas ob maleficia ſolvi magna ſuadet ratio. *l. ſi à reo. §. id quod vulgò. ff. de fideiuſſ.*

Pœnæ tempore finito finitur infamia. *l. falſi nominis. §. 1. ff. ad l. Cor. de falſ.*

Pœna eſt inducere nullitatem actûs. *l. Senatus. c. de contr. empt.*

Pœna & proviſio hominis videtur facere ceſſare pœnam & proviſionem legis. *l. fin. C. de pact. convent.*

Pœnæ exigendæ ius eſt tranſmiſſibile ad hæredes. *Hercul. de Caut. cap. 7. n. 7.*

Pœna non debet dare immunitatem. *l. ſive hereditaria. ff. de neg. geſt.*

Pœnam auget iteratio. *l. 1. ff. de iur. patron.*

Pœnas deſidiæ induſtrius perſolvere non debet. *l. fin. C. de poſ.*

Pœna infertur per contumaciam. *l. 4. ff. de pœn.*

Pœnas maleficiorum timere expedit. *l. ſi unus. ff. de pact.*

130. Pœna privationis locum non habet niſi exprimatur. *Sen. Pedemont. deciſ. 77. n. 3.*

Pœnæ omnes in Principe ſunt arbitrariæ. *id deciſ. 80. n. 18.*

Pœna furem quocunque euntem tenet. *idem deciſ. Lituan. 5. num. 165.*

Pœna non eſt ſpectanda, ſed criminis natura. *idem deciſ. Lituan. 3. n. 397.*

Pœna propter naturalem affectionem alleviatur. *ib. n. 427.*

Pœnæ non ſunt ſtricti iuris. *Bal. l. non ſine. C. de bon quæ lib.*

Pœna ſpiritualis non tollit temporalem. *Bal. l. placet. C. de SS. Eccleſ.*

Pœna etiam eſt annullatio actûs. *Alex. l. ſi prætor. §. hoc interdictum. ff. de ope. no v. nunc.*

Digitized by Google

Pœnæ excluſio non eſt excluſio delicti. *gl. l. decurionum. C. de infam.*

Pœna habet inſtar cauſæ lucrativæ. *Bald. c. 1. §. caterùm. de prohib. feud. al. per Fed.*

140. Pœnæ diverſæ imponuntur pro diverſis delictis contra eundem. *Bal l. adverſus. C. de furt.*

Pœna intelligitur impoſita taliter, quòd duret perpetuò. *Bar. l ſi quis. ff. de adult.*

Pœna ſuccedit loco actionis perſecutoriæ. *Bal. l. 1. C. de his, qua pœn. nom.*

Pœna ad tempus videtur remiſſa poſt tempus. *Bart. l. fratres, ff. de pœn.*

Pœna præſumitur inflicta ei, qui deliquiſſe probatur. *Bal. l. voluntas. C. de fideicom.*

Pœnæ exigendæ veniunt appellatione bonorũ mobilium relictorum pauperibus. *Oldr. conſ. 218.*

Pœnæ dicuntur fructus iuriſdictionis datæ in dotem, unde cedunt marito in lucrum. *Bar. l fin. ff. ſol. mat.*

Pœnæ appellatione venit corporalis. *Abb. c. inter alia. de immun. Eccleſ.*

Pœna dicitur, quæ in corpus infligitur; mulcta, quæ in pecuniâ. *Card. clem. 2. §. 1. de haret.*

Pœna ad terrorem aliorum debet imponi. *Card. clem. 1. de off. ord.*

150. Pœna eſt publicanda. *Card. clem. 2. §. verùm de re iud.*

Pœna per nomina ſimplicia poteſt excedere duplum & quadruplum. *l. ſtipulatio. §. alteri. ff. de V. O.*

Pœna eſt verè actus, cui apponitur. *Bertach. repert. part. 3. fol. 114. b. col. 2. in med.*

Pœna præſumitur potius irrogata ob crimen, quàm ob contumaciam. *Ioan. de Lign. c. ex literis. de conſtit.*

Pœna debet imponi ſecundum qualitatem culpæ. *Bald. Auth omnes. C. Com. de ſucceſſ.*

Pœnæ pecuniariæ non ſunt meri Imperii. *Bal l. fin. ff. de off. praefect. vig.*

Pœnæ pecuniariæ videntur reſervatæ in reſervatione meri Imperii. *Spec. de Advoc. §. 7. in fi.*

Pœna non debet in præmium converti. *Spec. de compet. iud. adi. §. 1. V. ſed pone.*

Pœna non debet eſſe deluſoria. *Spec. de loc. §. 6.*

Pœnam evadere & lucrari ſunt diverſa *Spec. de uſur. V. ſed pone.*

160. Pœnarum mitigatio fieri debet. *Spec. de iniur. §. 1.*

Pœna ipſo iure impoſita requirit actum perfectum, aliàs non habet locum. *Alex. l. ea mente ff. de furt.*

Pœna ipſo iure impoſita afficit delinquentem, quantumcumque occultum. *Abb. c. fin. de heret.*

Pœna in matrimoniis non poteſt apponi. *Spec. de ſponſal. §. 1.*

Pœna ultimi ſupplicii poteſt indeterminatè commutari in pœnam pecuniariam, vel aliam temporalem. *c. licet. de pœn.*

Pœna ubi apponitur negativè, non committitur, niſi præcedat monitio. *Abb c. extirpandæ. de præbend.*

Pœna in contractu nullo poſita eſt nulla. *c. Iudæo. 9. diſt.*

Pœna adiecta venditioni non habet locum in venditione nullâ. *Bal l. 2. C. de Epiſc. aud.*

Pœna conventionalis ex facto fruſtratorio non committitur. *ibid.*

Pœna pro petitione prohibitâ valet, & committitur, licet petitio ſit infructuoſa. *Bar. l. 1. C. de pæ. bo ſubla. lib. 10.*

170. Pœna eſt nulla, quando principalis obligatio eſt nulla, ex cauſâ incertitudinis. *Alex. l. ita ſtipulat. ff. de V. O.*

Pœna impoſita ratione alicuius actûs deficientis committitur, etiamſi actus intervenit, ſed de iure invalidus: *Card. clem. fin. 12. q. de Elect.*

Pœna ſuper tranſactione alimentorum invalida eſt nulla. *Bart. l. cum hi ff. de tranſact.*

Pœna committitur contra vaſallum cogitantem aliquid contra dominum per viam contractûs etiam invalidi. *Bal. c. 1. de prohib. feud. alien. per Loth.*

Pœna Statuti propter ceſſionem non valet, ſi ceſſio fuerit inutilis, *Bar. l. filium. §. ſi quis. ff de leg. præſt.*

Pœ-

Pœna ſuper Statuto invalido non valet. *Bal. l.1. C. de ind. vid. toll.*

Pœna Statuti contra opponentem exceptioni non habet locum contra opponentem ineptè. *Alex. l. adverſus ff. de in ius voc.*

Pœna non committitur contra eum, qui venit contra ſuū contractum invalidum. *l. continuus. ff. de V.O.*

Pœna ſupra iuriſdictionem iudicis non valet. *Bertach. repert part. 3. fol. 115. b. col. 1. poſt med.*

Pœna pacto vel præcepto turpi non poteſt apponi. *l. 1. ff. de his quæ pœn. nom.*

180. Pœna in præcepto continente rem non factibilem, non poteſt apponi. *ibid. Bald.*

Pœna præcipitationis de turri eſt prohibita. *l. ſi diuturno. § fin. ff. de pœn.*

Pœna valet in ſtipulatione invalidâ. *Bar. l. ita ſtipulatus. ff. (de V.O.*

Pœna plantationis in terram eſt prohibita. *Flor. l qui occidit. ff. ad l. Aquil.*

Pœna perpetuæ cuſtodiæ carcerum eſt prohibita. *Bald. l. 1. q. 1. C. qui ad lib. perven. non poſſ.*

Pœna perſonalis per pactum non poteſt imponi. *Bald. l. executorem. C. de except. rei iud.*

Pœna per iudicem incompetentem imponi non poteſt. *Bal. Margar. V. Factum. V. 10.*

Pœna ſuper notorio fundata non valet, ſi non ſit notorium. *Bal. add Spec. de notor. crim. V. 1.*

Pœna privationis hereditatis non poteſt apponi heredi propter inobedientiam tertii. *Bal. l. 1. C. de his quæ pœn. nom.*

Pœnæ promiſſio inter abſentes non valet, ſed obligatio bonorum ſic. *Spec. de inſtr. edit. § 15. V. ſi a.*

190. Pœna non debet executioni mandari, donec ſententia ſuper eo ſit lata, & in rem tranſeat iudicatam. *c. cùm ſecundùm leges. de hæret. lib. 6.*

Pœna adiecta à teſtatore non concernit, niſi bona obvenientia ex teſtamento ipſius. *Abb. c. Raynaldus. de teſtam.*

Pœna appoſita à teſtatore onerat heredem ad eius obſervantiam. *c. cùm in officiis. de teſtam.*

Pœ-

Pœna per legatum provinciæ poteſt apponi. *Imol. c. fin. de offic. leg.*

Pœna poteſt apponi per iudicem in ſententiâ. *Bald. l. quid tamen. §. fin. ff. de arbit.*

Pœna non poteſt apponi per arbitrum. *ibid.*

Pœnæ non poſſunt imponi per eos, qui diſponere non poſſunt. *Bal. auth. ſed novi iure. ff. de ſerv. fug.*

Pœna filio offendēti patrem imponi debet arbitrio patris. *Bertach. repert. part. 3 fol. 216 col. 2. poſt. pr.*

Pœna conventionalis maior legali promiſſa tenet. *Bar. l. non impoſſibile. ff. de pact.*

Pœna conventionalis non ceſſat propter pœnam legalem. *l. ſi quis maior. C. de tranſact. Corn. conſ. 206 vol. 4.*

200. Pœna conventionalis ſuper divortio valet. *Caſt. & Alex. l. ſi ita ſtipulatio. ff. de V. O.*

Pœna conventionalis debet applicari parti, non fiſco. *l. ſi duo. §. pen. ff. ſi quis. caut.*

Pœna conventionalis cenſetur repetita in prorogatione termini. *Bal. l. 1. q. 10. C. de his, quæ pœn. nom.*

Pœna conventionalis non committitur contra offenſorē ſuum. *DD. l. ſemel. mora ff ſol. mat.*

Pœna non committitur, niſi concurrant omnia requiſita ad eius commiſſionem. *Alex. conſ. 33. vol. 2.*

Pœna non committitur contra eum, qui promiſit factum alienum, ſi fecit quod potuit. *Abb. c. ſignif. de off. deleg.*

Pœna ſemel committitur, non pluries. *l. fin. ff. de V. O.*

Pœna committitur in totum reſpectum partis iurando. *Fulg. conſ. 223.*

Pœnam periurii nemo præſumitur incurrere. *Ang. cōſ. 182.*

Pœna committitur contra non ſervantem pacta tranſactionis. *Bar. l. promiſſis. C. de tranſact.*

210. Pœna non committitur, niſi fiat formaliter contra mandatum. *Bal. l. 1. C. de his, quæ pœn. nom.*

Pœna non committitur ex coniecturis, ſed liquidis probationibus. *ibid.*

Pœna non committitur, ſi terminus prorogatur. *Bar. l. cum ſtipulatus. ff. de V. O.*

Pœ-

Digitized by Google

Pœna non infertur pro facto non malo animo. *Bal. l.1. C. de his, quæ pœn. nom.*

Pœna corporalis requirit dolum. *Caſt. Conſ. 190.*

Pœna compromiſſis committitur, ſi pars vadit ad iudicem. *Ang. Auth. de iud. §. quia verò.*

Pœna compromiſſi peti poteſt. *Bald. l. promiſſis. C. de tranſact.*

Pœna compromiſſi committitur contra eum, qui ſuccumbit in causâ reductionis. *Bar. l. qui Romæ. §. duo fratres. ff. de V. O.*

Pœnæ diverſæ non ſunt ab initio infligendæ. *Spec. de contum. §. & verum. V. ſed pone.*

Pœnâ duplici non debet quis puniri ex eodem facto. *Spec. de expenſ. §. 3. V. quid ſi tal.*

210. Pœna tractatûs non confunditur cum pœnâ delicti ex intervallo pòſt perfecti. *Bal. l. adverſus. C. de furt.*

Pœna iterata debet mitior imponi. *Alex. l. Senatus. ff. de accuſat.*

Pœna graviſſima eſt flagellis cædere. *Bar. l. ſed ſi hac. §. ait prætor. ff. de in ius voc.*

Pœna fuſtigationis quandoque imponitur in ſupplementum pœnæ. *Spec. de accuſat. V. item quod non.*

Pœna ignis eſt maior, quàm decapitationis. *Sal. l. 1. C. de rapt. virg.*

Pœna perſonalis non poteſt in pactum deduci. *Bal. l. executorem. C. de exec. rei iud.*

Pœna homicidii capitalis eſt. *Bal. l. 3. C. de Epiſc. aud.*

Pœna quælibet corporis maior eſt quacumque pecuniariâ. *Iaſ. §. pœnales. num. 65. Inſt. de act.*

Pœna nova intelligitur tollere antiquam. *Bal. l. eum qui. C. de furt.*

Pœna pecuniaria non cadit in ſervum. *Sal. l. 2. C. de accuſat.*

230. Pœna criminalis dicitur, quæ applicatur fiſco. *Bar. l. Agraria. ff. de term. mot.*

Pœnæ condemnatio, licet non fiat in ſententiâ ſufficit, quòd iudex declaret, delictum eſſe commiſſum. *Bar. l. ſi te. C. de infamib.*

Pœ-

Pœnâ extraordinariâ punitur denegans alimenta. *Bart. l. necare. ff. de lib agnoſc.*

Pœna mitigatur Doctori vel habenti dignitatem. *l. Moſchis. in fi ff. de pœn.*

Pœna furcarum pro primo furto per Statutum impoſita poteſt per iudicem mitigari. *Rom. conſ. 469.*

Pœna debet mitigari ex violentâ præſumptione, nè mora imponatur. *Inn. c. quia veriſimile. de præſumpt.*

Pœna mitior debet imponi homicidæ confeſſo feciſſe ad ſuam defenſionem. *Abb. c. auditus. de præſcript.*

Pœna ſemel impoſita non poteſt per iudicem augeri, minui vel remitti, niſi de licentiâ fiſci vel Principis. *l. acta. ff. de re iud.*

Pœna mitigari debet ei, qui deliquit motus iuſto dolore. *Abb c. cùm olim. de reſcript.*

Pœna mortis poteſt per iudicem commûtari in aliud genus mortis. *Bal l. data. C. qui accuſ. non poſſ.*

Pœna gravior imponi debet, quantò maior eſt delinquens. *c. homo. 40. diſt c. viliſſimis. 1 q. 1.*

260. Pœna gravior debet imponi pro culpâ graviori. *Card. clem. 1. §. quæ omnia. de pœn.*

Pœna augetur ex dignitate offenſi. *ibid. §. nec ſuper.*

Pœna ex qualitatibus aucta nunquam poteſt excedere quadruplum. *Bal. l. 1. C. de ſent quæ pro eo.*

Pœna duplicanda debet duplicari cum qualitatibus ſuis. *Bar. l. 1 fin. ſi fam. fur. fe. dic.*

Pœnam augeri vel minui petitur officio iudicis. *Bart. l. quid ergo. §. pœna. ff. de infam.*

Pœna contraria iuri communi non poteſt permutari, niſi per illum, qui habet poteſtatem diſſolvendi. *Inn. c. licet. de pœn.*

Pœna ordinaria non poteſt per iudicem alterari. *Bar. l. 2. C. (de uſur.*

Pœna poteſt mitigari per iudicem ex cauſâ ætatis. *l. auxilium. §. in delictis. ff. de minor.*

Pœna poteſt alterari ex cauſâ doli ceſſantis. *l. reſpiciendum. delinquunt. ff. de pœn.*

Pœna mitigatur in provocato iniuriante. *Abb. c. cùm te. de re iud.*

270. Pœ-

Digitized by Google

270. Pœna alterat ratione effectûs non ſecuti. *l. ſi is qui cum telo. ff. ad l. Cor. de ſic.*

Pœna alteratur ex cauſâ publicæ utilitatis. *Bar. l. quid ergo. §. pœna. ff. de infam.*

Pœna contra corrumpentem habet etiam locum contra effundentem. *Flor. l. inquit. ff. ad l. Aquil.*

Pœna impoſita uni diſpoſitioni, ſi illa mutetur in aliam, non cenſetur repetita in aliâ diſpoſitione. *Bar. l. in teſtamento ff. de cond. & dem.*

Pœna conſtitutionis ſervitutis poſita non ſequitur fundum, *l. per fundum. ff. de ſerv. ruſt. præd.*

Pœnæ binuborum ſunt communes. *Bal. l. humanitatis. C. de impub & al. ſubſt.*

Pœna ementi impoſita afficit etiam vendentem. *Bar. l. 1. C. de Cupreſſ lib. lib. 11. Abb. c. 1. de loc.*

Pœna cenſetur etiam in prorogatione termini. *Bald. l. 1. C. de his, quæ pœn. nom.*

Pœna Abbatiſſæ impoſita non extenditur ad Abbates. *Card. clem. 2. §. ſtatuimus. de ſtat. mon.*

Pœna per bannum illata non tranſit ad heredem. *Bald. l. pen ff. de cond. inſert.*

280. Pœna interdum applicatur offenſo. *Bal. Auth. cui relictum. C. de ind. vid. toll.*

Pœna indebitè ſoluta poteſt repeti. *l. eleganter. §. ſi qua lex. ff. de cond. indeb.*

Pœna petitur ſimul cum ſorte, ſi contractus eſt iuratus. *c. cùm dilecti. de arbit.*

Pœna de iure fori peti poteſt. *l. ſtipulatio. ff. de V. O.*

Pœna loco contemptûs appoſita poteſt peti cum principali. *Bar. l. ſi quis rem. ff. de arb.*

Pœna remiſſa propter inopiam non debetur, ſi pinguior fortuna ſuperveniat. *Bar. l. illicitas. ff. de off. præſ.*

Pœna licet remittatur, remanet prohibitio, cui fuit appoſita. *Sal. l. uſurpationem. C. de vectig.*

Pœna videtur remiſſa, quando remittitur principale. *Bar. l. 2. ff. ſi quis Caut.*

Pœna poteſt remitti condemnato ex gratiâ. *Bart. l. acta §. de ampliandâ. ff. de re iud.* Pœ-

Digitized by Google

Pœna mariti repudiantis ſine causâ eſt amiſſio dotis & nuptialis donationis. *l. conſenſu.* §. 5. *C. de repud.*

290. Pœna & debitũ ſimul peti non poſſunt. *l. 4. C. de pact.*

Pœna abdicatum recipientis eſt crimen læſæ reip. *l. abdicatio. C. de pat. poteſt.*

Pœna abortum facientis ope ſuâ & induſtriâ, eſt, ut repudiari poſſit. *l. iubemus.* §. 2. *C. de repud.*

Pœna abſentis citati & non comparentis vel per ſe vel procuratorem, eſt condemnatio. *Auth. qua in provinciâ. C. ubi de crim. agi oport.*

Pœna abſtrahentis ab Eccleſiâ ſuâ authoritate eum, qui ad Eccleſiam confugit eſt fuſtigatio, tonſura & deportatio. *l. 2. C. de crim. ſacrileg.*

Pœna accuſantis fratrem in magno & capitali crimine, eſt exilium. *l. ſi magnum. C. de his qui accuſ. non poſſ.*

Pœna temerè accuſantis eſt ultio congrua. *l. ſi ſororẽ. ff. eod.*

Pœna accuſantis teſtamentum falſum eſt amiſſio hæreditatis. *l. 2. C. de his quib. ut indig.*

Pœna accuſationem malefici non deferentis eſt ultimum ſupplicium. *l. fin. C. de malef. & math.*

Pœna accuſationem omittentis rei ſuſcepti, eſt corporalis, cum amiſſione bonorum. *l. 1. C. de quis qui latron.*

300. Pœna accuſationem rei latitantis ſponte non facientis eſt amiſſio domûs ſuæ & exilium perpetuum. *ib. l. 2.*

Pœna accuſatoris calumniantis eſt paritas pœnæ. *l. 4. C. de fruct. & lit. expenſ.*

Pœna accuſatoris contumacis eſt ſolutio expenſarum litis & itineris, & arbitraria pœna. *l. 3. C. de his qui accuſ.*

Pœna accuſatoris deſiſtentis ab ordinatâ accuſatione, eſt infamia præter motum iudicis. *l. 2. C. ad SC. Turpill.*

Pœna accuſatoris non probantis iudicem corruptum eſſe in causâ criminali, eſt bonorum confiſcatio, in civili, litis æſtimatio. *Auth. novo. C. de pœn. iud qui mal. iud.*

Pœna accuſatoris prævaricatoris eadem eſt, quæ rei fugientis veritatis inquiſitionem. *l. de crimine. C. de adult.*

Pœna accuſatoris vilis non proſequentis accuſationem intra tempus legitimum eſt exilium. *l. 2. C. ut int. cert. tem.*

Digitized by Google

Pœna accuſatorum falſorum eſt paritas pœnæ. *l.2.in fi.C. de his,qui latron.*

Pœna inſtituentium alieno nomine actiones calumnioſas,eſt,ut ipſi obligētur. *l non eſt ignotum. C. de adm.tut.*

Pœna actoris abſentis, ſi reus præſens ſit, eſt rei abſolutio & dãni præſtatio. *Auth.qua in provinciâ.C.ubi de crim.*

310. Pœna actoris calumniantis in causâ Civili,eſt ſolutio expenſarum,quas reus fecit,& damnorum præſtatio. *l. 4.C.de fruct.& lit.expenſ.*

Pœna actoris contumacis,& non comparentis intra annũ à Citatione legitimâ,eſt actionis amiſſio, *Auth.quod.C. quomod.& quand.iud.*

Pœna actoris corrumpentis iudicem,procuratorẽ vel Advocatũ rei, eſt amiſſio cauſæ. *l.1.C.de pœn.iud.qui mal.*

Pœna actoris domum vel poſſeſſionem hæreticis concedentis,eſt amiſſio cauſæ, *l.quicumq.§.3. C.de hæret.& Manich.*

Pœna actoris nolentis iurare de calumniâ eſt cauſæ amiſſio. *Auth.principales.C.de iur.propt.cal.dand.*

Pœna actoris negantis ſuam ſcripturam eſt cauſæ amiſſio. *l.ſi reus.C.de fid.inſt.*

Pœna actoris rerum privatarum, iniurias privatis inferentis,eſt crematio vivi. *l univerſi C.ubi cauſ.fiſcal.*

Pœna actoris reum ad vetitum examen trahentis eſt amiſſio cauſæ. *l.in criminali §.1.C.de iuriſd.*

Pœna adiutoris commentarienſis negligentis eſt eadem, quæ Commentarienſis. *l.4.C.de cuſtod.reor.*

Pœna adminiſtrationem publicam aſſumentis,ſine mandato Principis,eſt eadem,quæ ſacrilegii. *l.4.C.de crim. ſacrileg.*

320. Pœna adminiſtratorum reip. conſpirantium cum iuramento adverſus eam, eſt infamia & expulſio ab omni honore. *l.3.C. de iur.propt.cal dand.*

Pœna adnotati non comparentis intra annũ, eſt, ut bona eius irrevocabiliter confiſcentur. *l 2.C.de requir.reis.*

Pœna adſcribentis ſibi in teſtamento,eſt eadem,quæ legis. *Corn.de falſis.l.3.C.de his,qui ſibi adſcrib.*

Poe-

Pœna adſcriptitii nuptias contrahentis cum liberâ muliere, eſt extraordinaria. *l.1.C.de SC.Claud.*

Pœna adulteræ eſt, ut verberata in monaſterium detrudatur. *Auth.ſed hodie.C.de adult.*

Pœna adulteram uxorem ſcienter ducentis vel reducentis eſt eadem; quæ lenocinii. *l.caſtitati.C.eod.*

Pœna adulterii eſt capitalis. *ibid.*

Pœna adulterii eſt verberatio, tonſura & narium abſciſſio. *l.fin.C eod.*

Pœna adulterii gladius eſt. *l.quamvis.§.1.C.eod.*

Pœna adulterii eſt infamia. *l.etſi crimine.C.eod.*

330. Pœna adulterum occidentis inconſulto dolore, lege non permittente, eſt exilium. *l.4.C.eod.*

Pœna advocantis ad ſe aruſpicem ſuaſionibus & præmiis, eſt deportatio & bonorum confiſcatio. *l.nullus aruſpex. C.de malef. & math.*

Pœna Advocati corrupti pecuniâ, in civilibus eſt tripli reſtitutio, & dignitatis amiſſio; ſi verò promiſſa tantũ ſit, duplum reſtituit. *auth. novo.C.de pœn.iud.qui mal.iud.*

Pœna Advocati, cuius morâ fit, quò minus lis definiatur, ſunt duæ libræ auri. *l.properandum.§.illo.C.de iud.*

Pœna Advocati in ſuffragii petitione ius ſibi dicentis, eſt poſſeſſionis reſtitutio, privatio iuris acquiſiti, & patrocinii amiſſio. *l.1.§.3.C.de ſuffrag.*

Pœna Advocati præpoſterâ exceptione utentis eſt præſtatio unius libræ auri. *l.pen. C.de except.*

Pœna ædificantis circa publicas ædes, non relicto pedum quindecim intervallo, eſt, ut ædes deſtruantur. *l. ſi cui loci.C.de ædif.priv.*

Pœna ædificantium contra leges, eſt demolitio, & confiſcatio domûs vel mœniani. *l.mœniana.C.eod.*

Pœna ædificatoris ædificantis in publico, eſt præſtatio decem librarum auri. *l.pen.§.Item illud.C.eod.*

Pœna aggeres Nili rumpentis, eſt, ut flammis eo loco conſumatur. *l.1.C.de Nil.agger.non rump.*

340. Pœna agricolas uſuris illicitis vel pignoribus capiendis vexantium, eſt amiſſio actionum. *Auth.adhæc.C. de Vſur.*

Digitized by Google

Pœna agrum alterius occupantis poſt litem fin. regund. conteſtatam, eſt occupati reſtitutio, & alterius tanti præſtatio. *l.4.C.fin.regund.*

Pœna aleatorum vincentium eſt in ſimplum reſtitutio. *l.1. C.de aleator.*

Pœna alienantis contra pactum donationi ſibi factæ adiectum, eſt amiſſio rei. *l.3.C.de cond.ob.cauſ. dat.*

Pœna aliud pro alio exigentis eſt quadrupli præſtatio, & iuris ſui amiſſio. *auth ſed omninò.C.ne vx.pro.mar.*

Pœna ambitûs eſt deportatio. *l.1.C.ad l.Iul.de amb.*

Pœna ancillæ cum decurione rem habentis eſt damnatio in metallum. *l.3.C.de inceſt.nupt.*

Pœna ancillæ raptori opem ferentis eſt crematio. *l.1.§.3.C. de rapt.virg.*

Pœna angiportus integros occupantis in privatum uſum eſt præſtatio. *50.librarum auri.l.qui ſine.C.de ob pub.*

Pœna appellantis iniuſtè invito iudice à quo, eſt, ut infamiâ notetur. *l.à proconſulib.C.de appell.*

350. Pœna appellãtis temerè ab ædificandi veniâ permiſsâ, eſt, ut in omnia damna condemnetur ex eius morâ ortâ. *l.pen.§ pen.C.de ædif.privat.*

Pœna appellantis perperam contra executionem eſt præſtatio. *50.librarum argenti.l.ab executione.C quar.appellat.non recip.*

Pœna appellationis iniuſtæ eſt. *50.librarum auri præſtatio.l. eos qui.§ 4.C.de appell.*

Pœna appellationem iuſtam non recipientis eſt extra ordinaria. *l.à proconſulib.C.eod.*

Pœna aquam alienam aliò per iniuriam derivantis eſt damni præſtatio. *l.2.C.de l.Aquil.*

Pœna arborum cæſarum non pertinet ad ignoranter in ſilvâ alienâ arbores cædentem, etſi mercede conductus fuerat. *l.4.C.de ſer.fug.*

Pœna argentariorum inſtrumenta recuſantium edere, ſine causâ, eſt damni, quod ex eâ causâ oritur, præſtatio. *l.fin. C.de fid.inſt.*

Pœ-

Digitized by Google

Pœna arma vendentis Barbaris eſt capitalis,& bon. omnium confiſcatio. *l.2.C.quæ res export.non deb.*

Pœna artificis opus imperfectum relinquentis, eſt omnis damni præſtatio. *l.pen.§.fin.C.de ædif.priv.*

Pœna avari nolentis ſolvere in tempore, eſt, ut ſolvat duplum. *l.ſi quis ſuo.C.de inoff.teſt.*

360. Pœna audaciæ à liberto in patronum commiſſæ, eſt extraordinaria. *l.4.C.de obſeq patron.præſt.*

Pœna beſtiarum ſubiectionis non poteſt filiis decurionum irrogari. *l.decurionum.C.de pœn.*

Pœna occidentis bovem aratorium,eſt exilium. *l. executores.C.quæ res pig.oblig.poſſ.*

Pœna boves aratorias pignoris causâ à labore auferentis vel abſtrahentis,eſt infamia,quadrupli reſtitutio & pœna arbitraria. *Auth.agri cultor.C.eod.*

Pœna calumniæ eſt infamia. *l.noſtris.C.de calum.*

Pœna calumniantis in accuſatione adulterii, eſt paritas pœnæ. *auth.ſed novo.C.de adult.*

Pœna calumniantis in accuſatione eſt paritas pœnæ. *l. ſi quis.C.ad l. Iul.de vi publ.*

Pœna carceris irrogatur convicto, donec educatur ad tribunal. *l.2.C.de cuſtod.reor.*

Pœna carceres privatos habentium eſt capitalis. *l.1. C.de falſ.mon.*

370. Pœna creditorum defunctum iniuriâ ob debitum afficientium, eſt amiſſio debiti. *l. fin. C de ſepul. Viol.*

Pœna cauſam malorum prębentis eſt,ut afficiatur pœnâ illius mali,quod accidit. *l.quoniam.C.de Vi pub.& priv.*

Pœna cautionem pluris exigentis per dolum, cum certa quantitas debita eſſet,poſt lit. cont. eſt debiti amiſſio. *l. 3.C.de plus per.*

Pœna cedentis rem litigioſam acceptâ pecuniâ,eſt reſtitutio pecuniæ & actionis amiſſio *l.fin.C.mand.*

Pœna cedentium actiones in minores, tempore curæ vel tutelæ, eſt earum amiſſio. *Authent. minoris.C.qui dar.tut.*

Pœna cælantis crimina inter ſuos parietes ipſo ſciente cō-miſſa, eſt publicatio mediæ bonorum partis. *l. 3. C. de inceſt. nupt.*

Pœna cælantis teſtamentum eſt amiſſio legati. *l. pen. C. de legat.*

Pœna Civitates ſpoliantium, ut rura ornent, eſt amiſſio poſſeſſionis ornatæ. *l. ſi quis. C. de ædif. priv.*

Pœna coitum viri & fœminæ impedientis eſt ſeveriſſima. *l. 4. C. de malef. & math.*

Pœna cogitantis de factione ſceleſtâ erga Maieſtatem, eſt capitalis, & confiſcatio bonorum. *l. quisquis. C. ad l. Iul. Maieſt.*

380. Pœna coloni rem retinentis uſque ad finem ſententiæ ſine causâ, eſt præter rei reſtitutionem etiam præſtatio æſtimationis. *l. pen. C. Vnde vi.*

Pœna comitum raptoris eſt eadem, quæ raptoris. *l. 1. § 1. & 2. C. de rapt. virg.*

Pœna Commentarienſis abutentis muliere in cuſtodiam coniectâ, eſt capitalis. *l. 4. C. de cuſtod. reor.*

Pœna complicis in raptu reperti eſt, ut poſſit interfici. *l. 1. C. de rapt. virg.*

Pœna conatûs, in nuptiis cum invitâ contrahendis, ratione poteſtatis, eſt exilium biennii, privatio poteſtatis & 10. librarum auri præſtatio. *l. 1. C. ſi quacumq. præd. pot.*

Pœna concubinam habentis, conſtante matrimonio, eſt extraordinaria. *l. 1. C. de concub.*

Pœna concubinam patris in uxorem ducentis eſt eadem quæ ſtupri. *l. 4. C. de nupt.*

Pœna conductoris contractum ſuâ culpâ impedientis eſt arrhæ amiſſio. *l. contractus. C. de fid. inſt.*

Pœna conſcii maieſtatis criminis eſt eadem, quæ reorum. *l. quisquis. § pen. C. ad l. Iul. maieſt.*

Pœna cōſcii læſæ maieſtatis eſt, ut torqueri poſſit. *l. 3. C. eod.*

390. Pœna conſcii raptûs, eſt capitalis, ſine confiſcatione bonorum. *l. 2. C. de rapt. virg.*

Pœna conſcii ſtuprum eſſe factum, & non prodentis, eſt damnatio in metallum. *l. 3. C. de inceſt. nupt.*

Pœna conſilium dantis ad ineundas inceſtas vel vetitas nuptias, eſt amiſſio hereditatis, in quam aliàs ſuccedere potuiſſet. *l.ſi quis.C.eod.*

Pœna conventiculas adverſus remp. cum iuriſiurandi religione componentium, eſt infamia & repulſio ab honoribus. *l.2.C.de iur.propt.cal.dand.*

Pœna corpora ſepulta contrectantis eadem eſt, quæ ſepulchri violati. *l 4.C.de ſepul.viol.*

Pœna liberos pro debito in ſervitutem redigentium, eſt amiſſio debiti. *Auth.imò.C.de act.& oblig.*

Pœna curatoris adultam ſuam ſibi vel filio ſuo in matrimonio collocantis eſt infamia. *l.pen.C.de interdict.mat.*

Pœna curatoris colluſione ſuâ in bona minoris miſſi, eſt æterna deportatio & bonorum cōfiſcatio. *l.1.C.Vnd.vi.*

Pœna curatoris non defendentis adultum eſt infamia, & damni dati reſtitutio. *l.fin.C.de admin.tut.*

Pœna curatoris deſerentis defenſionem ſuſceptam eſt infamia & reſtitutio damni. *ibid.*

400. Pœna curatoris inventarium facere negligentis eſt remotio à tutelâ ut ſuſpecti, infamia & extraordinaria pœna. *l fin.§.1.C.arb.tut.*

Pœna curatoris nurui ſuæ dati, ſi ſe non excuſet, eſt infamia. *l.licet.C.de excuſ.tut.*

Pœna curatorum ſuſcipientium fugam, ignorante minore, minori non nocet. *l.4.C.de ſerv fugit.*

Pœna declinantis iuriſdictionem competentis iudicis eſt ſimilis pœnæ contumaciæ. *l.2.C.Vbi quis de Cur.*

Pœna demolientis iniuriâ domum alterius eſt damni reſarcitio. *l.2.C.de leg.Aquil.*

Pœna depaſcentis aliena, eſt damni præſtatio. *ibid.*

Pœna deportationis habet adiunctam tacitam confiſcationem bonorum. *l.deportatorum.C.de pœn.*

Pœna detinentis bona damnati ultra tempus legitimum, eſt, ut quadruplum reſtituere teneatur. *l.pœn.C.de bon. damnat.*

Pœna diffamantis alienum ſtatum poſt interdictum iudicis, eſt extraordinaria. *l.diffamari.C.de ing.man.*

Digitized by Google

Pœna poſiti in dignitate, ſi iudicem ſuum recuſet, eſt dignitatis amiſſio. *l.fin.C.de iur.om.iud.*

410. Pœna diſcentium prohibita ſimilis eſt atque docentium. *l pen.C.de malef & math.*

Pœna domini invadentis ſuam poſſeſſionem violenter eſt reſtitutio eius, & dominii rei ſuæ amiſſio. *l.ſi quis.C.Vnde vi.*

Pœna domini ſcientis in domo ſuâ fornicatum eſſe, nec indicentis, eſt confiſcatio mediæ partis bonorum: ſi in agro, admiſſum ſit, confiſcatur fundus inſtructus. *l.3.C. de inceſt.nupt.*

Pœna emancipati non conferentis cum ſuis, eſt denegatio actionum. *l.poſthumo.C.de collat.*

Pœna emancipati ingrati eſt, ut privetur libertate immeritâ. *l.1.C.de ingrat.lib.*

Pœna evulſoris terminorum eſt arbitraria. *l.1. C.de accuſ.*

Pœna exhortantis ſervum, ut vim faciat, eſt infamia. *l.ſervus.C.ad l.Iul.de vi publ.*

Pœna exilii temporalis tempore expirato finitur. *l. omnes, & l.ſeq.C.de pœn.*

Pœna exponentis voluntariè ſuam ſobolem, eſt extraordinaria. *l.2.& 4.C.de infant.expoſ.*

Pœna exulis, egredientis loco exilio præſcriptum, eſt capitalis. *l.fin.§.1.C.de pœn.*

420. Pœna fines agrorum turbantis eſt extraordinaria. *l.1. C.de accuſat.*

Pœna fugæ amputatio pedis, metalli datio, capitis amputatio. *l.3 C.de ſerv.fugit.*

Pœna fumi venditoris eſt, ut fumo necetur. *l. qui explicandi.C.de accuſat.*

Pœna furis bis terve furantis eſt ſuſpendium. *Auth.ſed novo.C.de ſerv.fugit.*

Pœna furis eſt caſtigatio. *ibid.*

Pœna furti in dubio non eſt capitalis, licet iteratum ſit. *ib.*

Pœna furti nec manifeſti eſt duplum. *l.de his.C.de accuſ.*

Pœna furti manifeſti eſt quadruplum. *ibid.*

Pœna furti non eſt membri amputatio. *Auth.ſed novo.C. de ſerv fugit.*

Pœ-

Pœna gladii eſt ſolennis. *l. 1. C. de hu, qui par. vel lib.*

430. *P*œna gratiâ corrupti, ut male iudicet, eſt diſpendium æſtimationis & litis diſcrimen. *l. 2. C. de pœn. iud. qui mal. iud.*

*P*œna heredis amoventis aliquid ex hereditate, eſt reſtitutio dupli. *l. fin. §. licentia. C. de iur. delib.*

*P*œna heredis acquirentis rem Eccleſiaſticam alienari prohibitam, eſt amiſſio hereditatis. *l. fin. C. de Epiſc. & cler.*

*P*œna heredis non conficientis Inventarium eſt amiſſio Falcidiæ. *Auth ſed cùm. C. ad l. Falcid.*

*P*œna heredis nolentis filio legitimam relictam ſolvere, eſt duplicatio legitimæ. *l. ſi quis ſuo. C. de in off. teſt.*

*P*œna heredis rem hereditariam occultantis eſt reſtitutio dupli. *l. fin. §. licentia. C. de iur. delib.*

*P*œna transferentis teſtamentum ex loco publicationis eſt hereditatis amiſſio. *l. teſtamento. C de teſtam.*

*P*œna celantis voluntatem teſtatoris eſt, ut omne lucrum amittat, ut indignus. *l. fin. C. de fideicom.*

*P*œna homicidii ex vi illatâ facti eſt ſupplicium capitale. *l. quoniam. C. de vi pub. vel priv.*

*P*œna homicidii non tenet eum, qui probat, ſe non percuſſiſſe animo occidendi. *l 1. C. ad l. Corn. de ſicar.*

440. *P*œna honeſtiorum delinquentium levior eſt, quàm viliorum. *l. 4. C. quæ res ven. non poſſ.*

*P*œna honorem debitum non præſtantis eſt extraordinaria. *l mater tua. C. de oper. libert.*

*P*œna ob honorem publicum pecuniam dantis eſt exiliū. *l. non adverſus. C. ſi cert. pet.*

*P*œna hoſpitis capientis aliquid ex bonis peregrini in ſuâ domo defuncti, eſt tripli reſtitutio. *Authent. omnes. C. Com. de ſucceſſ.*

*P*œna ignorantis in domo ſuâ falſam monetam cudi, eſt amiſſio domus. *l. 1. C. de falſ mon.*

*P*œna incendiarii doloſi eſt eadem, quæ legis Corneliæ de ſicariis. *l. datâ operâ. C. de hu, qui accuſ. non poſſ.*

*P*œna incenſarū ædiū eſt dupli præſtatio. *l. 2. C. de l. Aquil.*

*P*œna infanticidii eſt capitalis. *l. 1. C. de famoſ. libell.*

Pœna inſtrumenta ruſtica pignoris cauſâ abſtrahentis eſt arbitraria. *l. executores, C. quæ res pig. oblig. poſſ.*

Pœnà invadentis, quod peti debuit, eſt amiſſio rei. *l. 1. §. 3. C. de ſuffrag.*

450. Pœna invadentis ſuum, ordine iuris non ſervato, eſt reſtitutio eius & amiſſio rei. *l. ſi quis in fortem. C. unde vi.*

Pœna invaſoris locorum eſt vel capitis vel deportationis. *l. invaſor. C. eod.*

Pœna irreptoris agrorum alieni iuris, eſt eius reſtitutio, & alterius tanti *l. 4. C. fin. reg.*

Pœna iterantis delictum duplicatur triplicaturque. *l. 4. C. de ſerv fugit.*

Pœna iudicis abſolventis dolo reum, eſt, ut eandem pœnã patiatur, quã abſolutus pati debuit. *l. 4. C. de cuſt. reor.*

Pœna appellationem ſupervacaneam accipientis, eſt præſtatio 50 librarum auri. *l. oportet. C de appell.*

Pœna iudicis male iudicãtis per ambitionem vel gratiã eſt ſolutio rei cum infamiâ. *l. 4. C. de pœn. iud. qui mal iud.*

Pœna iudicis male iudicantis per imprudentiam eſt ſolutio damni, ſalvâ famâ. *ibid.*

Pœna iuſiurandum illicitum exigentis eſt ea, quæ periurii. *Auth. quod eis. C. de nupt.*

Pœna latronis eſt mors. *Auth. ſed novo. C. de ſerv. fugit.*

460. Pœna latronem invenire promittentis, & non ſiſtentis, eſt extraordinaria. *l. ſi. Barſatoram. C. de fideiuſſ.*

Pœna latrones ſcienter ſuſcipientis eſt ſupplicium corporale cum amiſſione facultatum. *l. 1. C. de his qui latron.*

Pœna legatarii occupantis res legatas propriâ auctoritate eſt amiſſio iuris ſui. *l. non eſt dubium. C. de legat.*

Pœna legatarii celantis teſtamentum eſt amiſſio legati. *l. pen. C. eod.*

Pœna liberantis ex carcere reum monetæ, eſt capitalis. *l. 1. C. de falſ. mon.*

Pœna liberorum inclementiùs in parentes agentium eſt, ut ſeverius puniantur. *l. 4. C. de pat. pot.*

Pœna liberorum ingratorum eſt amiſſio lucrorum nuptialium. *Auth. heres. C. de ſecund. nupt.*

Pœna locantis militibus poſſeſſiones, eſt, nè quid ab iis exigat. *l. fin. C. de loc.*

Pœ-

Pœna locatoris contractum ſuâ culpâ impedientis, eſt reſtitutio dupli arrhæ nomine. *l. contractus. C. de fid. inſt.*

Pœna luxurioſæ uxoris eſt, ut repudiari poſſit. *l. pen. §. 2. C. de repud.*

470. Pœna magicis accincti artibus eſt ſeveriſſima. *l. 4. C. ad l. Iul. maieſt.*

Pœna maieſtatis reorum eſt, ut gladio feriantur, & in partes ſecentur, bonis omnibus fiſco addictis. *l. quisq. C. eod.*

Pœna mariti non inſinuātis donationem propter nuptias eſt lucri amiſſio. *Auth. eò decurſum. C. de don. ant. nupt.*

Pœna mariti res dotales ſuo tempore non ſolventis eſt uſurarum præſtatio. *l. 1. §. cùm a. C. de rei uxor. act.*

Pœna mariti ſcienter uxorem adulteram retinentis eſt, ut cæſus relegetur. *l. 2. C. ad l. Iul. de adult.*

Pœna matris tutores liberis non petentis eſt amiſſio hæreditatis. *l. cum à matrib. C. qui pet. tut.*

Pœna matrimonii illiciti eſt arbitraria. *l. 3. C. de nupt.*

Pœna mentientis eſt ſimilitudo ſupplicii. *l. fin. C. de accuſ.*

Pœna mentientis in dicendo teſtimonio eſt condemnatio in litem, aliæq. pœnæ corporales. *l. qui falſo. C. de teſtib.*

Pœna mercatorum monopolium exercentium eſt amiſſio bonorum & perpetuitas exilii. *l. 1. C. de monopol.*

480. Pœna mercaturam prohibitam exercentium eſt cōfiſcatio bonorum & perpetuum exilium. *l. fin. C. de cōm.*

Pœna metalli & liberis & ſervis irrogari poteſt. *l. metalli. C. de pœn.*

Pœna metalli filiabus decurionum irrogari non poteſt. *ib.*

Pœna militis conducentis alienam poſſeſſionem eſt amiſſio militiæ, & ſuæ opinionis damnum. *l. fin. C. de loc.*

Pœna miniſtri monetæ falſæ eſt capitalis. *l. 1. C. de falſ. mon.*

Pœna monetarii falſi eſt amiſſio manuum, *ibid.*

Pœna mortem ſibi conſciſcentis eſt confiſcatio bonorum. *l. 2. C. ubi cauſ. fiſcal.*

Pœna motûs ad delictum in graviſſimis eſt talis, atque ſi confectum eſſet. *l. 3. C. de ſerv. fugit.*

Pœna mulieris maiorennis renunciantis ſponſalibus eſt reſtitutio arrharum duplicatarum. *l. pen. C. de ſponſal.*

Pœ-

Digitized by Google

Pœna ex naufragio capientis & ſurripientis eſt bonorum publicatio, & pœna extraordinaria. *conſtit. Frid. C. de furt.*

490. Pœna navium conficiendarum artem Barbaros docentis eſt capitalis. *l his qui. C. de pœn.*

Pœna Nili aggeres rumpentis eſt, ut flammis in eodem loco conſumatur. *l. 1. C. de agg. Nil. non rump.*

Pœna negantis in l. Aquil. ſi convincatur, eſt dupli condemnatio. *l. 4. C. de l. Aquil.*

Pœna nubentis intra tempus luctûs eſt infamia. *l. 1. C. de ſecund. nupt.*

Pœna numeratam pecuniam falsò negantis eſt dupli reſtitutio. *Auth. contra. C. de non num. pec.*

Pœna nuncii in adulterio eſt verberatio, tonſura & relegatio. *l. fin. C. ad l. Iul. de adult.*

Pœna nuptiarum furtivarum capitalis eſt. *l. ux. C. de repud.*

Pœna nuptiarum inceſtarum eſt confiſcatio bonorum cōtrahentis, & exilium & cinguli ſpoliatio. *Auth. inceſtas. C. de inceſt. & inutil. nupt.*

Pœna nuptiarum inceſtarum eſt, ut donatio propter nuptias fiat caduca, & fiſco applicetur. *l. 4. C. eod.*

Pœna occidentis adulterum inconſulto dolore, lege non permittente, eſt exilium. *l 4. C. de adult.*

500. Pœna opem ferentis raptori eſt capitalis tantùm. *l. 1. §. 2. C. de rapt. virg.*

Pœna opificis opus imperfectum relinquentis eſt omnis damni præſtatio. *l. fin. §. fin. C. de ædif. priv.*

Pœna operis publici non poteſt infligi liberis veteranorū. *l. honor veteranis. C. de pœn.*

Pœna in opus publicum damnationis decurionibus irrogari nequit. *l. 3. C. eod.*

Pœna paciſcentis de crimine adulterii eſt eadem, quæ rei fugientis veritatis inquiſitionem. *l. de crimine. C. de adult.*

Pœna parricidæ eſt, ut inſuatur culeo, ubi ſit canis, gallus, vipera & ſimia, & proiiciatur in vicinum mare vel amnem. *l. 1. C. de his, qui par. occid.*

Pœ-

Pœna partûs ſubiecti eſt capitalis. *l.1.C.ad l.Corn.de falſ.*

Pœna pauperis delinquentis eſt, ut cùm non habeat in ęre, luat in corpore. *l.fin.§.item illud.C.de ædif.priv.*

Pœna peccantium in naturam ſexûs, ut inſurgant leges, armentur iura gladio ultore, & exquiſitis ſubdantur pœnis. *l.cùm vir nubit.C.de adult.*

Pœna peculatûs eſt capitalis. *l.1.C.de crim.pecul.*

510. Pœna pecuniâ corrumpentis iudicem vel adverſariũ eſt cauſæ amiſſio. *l.1. C.de pœn.iud.qui male iud.*

Pœna pecuniam accipientis, nè accuſet, eſt extraordinaria. *l.ſervi.§.1.C.ad l.Iul.de adult.*

Pœna pecuniam dantium vel accipientium contra iuramentum eſt, ut repetundarum teneantur in quadruplum. *l.fin.C.ad l.Iul.repet.*

Pœna peierantis per venerationem Principis conſultò eſt fuſtigatio. *l.3.C.de reb.cred.*

Pœna plus petentis per dolum lite conteſtatâ, eſt debiti amiſſio. *l.3.C.de plus petit.*

Pœna polygamiæ eſt infamia ipſo iure. *l.eũ qui.C.de adult.*

Pœna recipientis rapinam eſt eadem, quæ raptoris. *l.pen. C.ad l.Iul.de vi publ.*

Pœna ſacrilegii etiam ad ſepulchri violatorem pertinet. *l. pergit audacia.C.de ſepul.viol.*

Pœna ſacrilegii eſt fuſtigatio, tonſura & deportatio. *l.3.C. de crim.ſacrileg.*

Pœna ſepulturam impedientis ob debitum ſuum, eſt debiti amiſſio. *l.fin.C.de ſepulch.viol.*

520. Pœna terminos effodientium eſt extraordinaria. *l.1. C.de ter.mot.*

Pœna transfugæ eſt amiſſio iuris poſtliminii. *l.pen.C.de poſtlim.reverſ.*

Pœna thorum maritalem violantis eſt capitalis. *l.uxor.C. de repud.*

Pœna tranſigentium de adulterio, eſt extraordinaria. *l.ſervi.§.1.C ad l.Iul.de adult.*

Pœna vaſalli oſculantis uxorem domini eſt feudi amiſſio. *l.ſi à ſponſo.C.de nupt.*

Pœ-

Digitized by Google

Pœna vectigal illicite exigentis eſt perpetuum exilium. *l.3. C.Vectig.nov.inſtit.non poſſ.*

Pœna vectigalia maiora exigentis eſt capitalis. *l.univerſi. C. de vectigal.*

Pœna vinculorum perpetuorum prohibita eſt. *l. incredibile. C. de pœn.*

Pœna augenda vel minuenda eſt ex causâ. *l. aut facta.§.2. ff.de pœn.*

Pœna augenda vel minuenda eſt ex eventu. *ib. §. eventus.*

530. Pœna augenda eſt vel minuenda ex loco. *ibid.§.4.*

Pœna eſt augenda vel minuenda ex perſonâ. *ibid. §.3.*

Pœna eſt augenda vel minuenda ex qualitate *ibid.§.qualit.*

Pœna eſt augenda vel minuenda ex quantitate. *ibid,§.7.*

Pœna eſt augenda vel minuenda ex tempore. *ib. §. tempus.*

Pœna eſt augenda vel minuenda ex multitudine maleficiorum. *ibid.§.fin.*

Pœna eſt augenda vel minuenda ex commiſeratione ætatis. *l.auxilium.§.1.ff.de minor.*

Pœna eſt augenda vel minuenda ratione admiſſi in cognatum vel extraneum. *l.patri.ff.eòd.*

Pœna eſt augenda vel minuenda ex iteratione. *ibid.*

Pœna eſt augenda vel minuenda ob tumultum populi. *l.ſi mulier.ff.eod.*

540. Pœna eſt augenda vel minuenda ratione perſonarũ humilium vel ſpecioſarum. *l.3.§.pen.ff.ad l.Cor.de ſic.*

Pœna illegitima non irrogat infamiam. *l.perſpiciendum. in pr.ff.de pœn.*

Pœna immunitatem tribuere non debet. *l.fin.ff.de interd.*

Pœna inæqualis eſt quandoque ex eodem delicto. *l.ſi non defendantur.ff.de pœn.*

Pœna in mortuum ferri non debet. *l.ſi pœna alicui.ff.eod.*

Pœna moderatè ſtatuenda. *l.perſpiciendum.§.1.ff.eod.*

Pœna non infamat, ſed eius cauſa. *l.ictus fuſtium.ff.de inf.*

Pœna pendet ex authoritate legis, non ex voluntate magiſtratûs. *l.1.§.4.ff.ad SC.Turpill.*

Pœna peti non debet in ſtipulationibus antequam dies venerit, *l.ſi eum indicio.ff.ſi quis caut.*

550. Poe-

550. Pœna ſpectatur tempore delicti, non tempore ſententiæ. *l.1.§.1 & 2.ff.de pœn.*

Pœna adiicitur utiliter compromiſſo. *l.1.C.de recept.arbit.*

Pœna æqualis ſervanda eſt in marito & uxore. *l. pen. C. de repud.* (*cler.*

Pœna æqualis, ubi par delictum. *l.quenquam.C.de Epiſc.&*

Pœna alteri infligi nõ debet ex alteri⁹ peccato. *l.omn.C.eod.*

Pœna arbitraria eſt, ſi à Principe inducitur. *l.3.§.1.C.ubi Sẽ.*

Pœna augetur duplicatione criminis. *l.1.C.de rapt. virg.*

Pœna augetur frequentiâ delicti & vilitate perſonarum. *l. ſervos.in pr.C.ad l.Iul.de vi publ.*

Pœna augetur ratione maioris iudicis delinquentis. *Auth. ſeu hodie C.de offic. diverſ.iud.*

Pœna augetur vel minuitur liberi vel ſervi reſpectu. *l. Ariani.in fi. C. de hær. & Manich.* (*indig.*

560. Pœna ceſſat ceſſante culpâ. *l. ſi adeò. C. de his quib.ut*

Pœna committitur contumaciâ non comparentis coram compromiſſario. *l.2.C.de recept. arb.*

Pœna committitur die, ſub qua ſtipulatum eſt, exiſtente. *l.magnam.C.de cont. & com. ſtip.*

Pœna datur propter lucrum convenientis, etiamſi nihil intereſt. *l.1.C.de ſent. quæ pro eo quod inter.*

Pœna deterret animos à delicto. *l.cum ſervum. C.de ſerv. fugit.*

Pœna differenda non eſt in homicidio manifeſto, & gravioribus caſibus. *l. cum reis.C.de pœn.*

Pœna eſſe debet, ubi eſt noxia. *l ſancimus.C.eod.*

Pœna executioni mandatur in eo loco, ubi delictum eſt commiſſum. *Auth.ſi verò C. de adult.*

Pœna exigi non poteſt, ſi factum prohibitum non tenet. *l. pen. C ſi mancip.*

Pœna in facie ſcribẽda nõ eſt. *l.ſi quis in metallũ. C.de pœn.*

570. Pœna gravior eſt honorato. *l.preſ C.de Ep. & cler.*

Pœna infligitur ei parti quæ peccavit. *l.3. C.de ſerv.fug.*

Pœna in manibus ſcribi poteſt. *l.ſi quis.C.de pœn.*

Pœna minuitur noctu & dolore iuſto. *l.4.C.de adul.*

Pœna appellationis deſertæ nocet negligenti. *l.præſes provinciæ.C.de appell.*

Pœ-

Digitized by Google

Pœna app. deſertæ non irrogatur ei, qui morte præventus non potuit Apoſtolos præſentare intra tempus ſtatutum. *ibid.*

Pœna mitigatur infirmitate ſexûs. *l. quisquis. §. 3. C. ad l. Iul. maieſt.*

Pœna non debetur ſine morâ. *l. nulla. ff. de reg. iur.*

Pœna obiectione illicitâ præcluditur. *l. libertorum. C. de teſtib.*

Pœna præſcribi poteſt. *l. fin. C. de his, qui à non dom. man.*

580. Pœna remitti poteſt à ſuperiori iudice. *l fin. §. fin. C. de mod. mulctar.*

Pœna remittitur emendatis. *l. ſancimus. § 1. in fi. C. de Epiſcop. & cler.*

Pœna remitti facile non debet. *l. ſi operis. C. de pœn.*

Pœna remittitur indulgentiâ ſimplice, non infamiâ. *l. cum indulgentia. C. de ſent. poſſ.*

Pœna revocari non poteſt poſt ſententiam dictam. *l. pœnam. C. de pœn.*

Pœna in Iuris ſcribi poteſt. *l. ſi quis. C. eod.*

Pœna à vicio homines arcet, ſi non virtus. *l. ſancimus. §. 3. C. de Epiſc. & cler.*

Pœna conſiſtens in quantitate ſolutioni quantitatis adiecta, in fraudem uſurarum adiecta non videtur. *l. Iulianus. ff. de act. empt.*

Pœna delicti alieni quandoque ab alio ſuſtinetur. *l. cùm ratio. ff. de bon. dam.*

Pœna determinata tempore contra ſententiæ fidem, ulteriùs prorogari non debet. *l. Imperator. ff. de poſtul.*

590. Pœna gravior alieno admiſſo non eſt luenda. *l. fin. ff. de bon. damnat.*

Pœna inſtituti non debet eſſe præmium ſubſtituti. *l. ſi ſequens. ff. de SC. Syllan.*

Pœna paterna filio nullam maculam infligit. *l. crimen. ff. de pœn.*

Pœna prægnantis differtur in tempus partûs. *l. 4. ff. eod.*

Pœna præteriti facti præſtanda eſt. *l. 4. §. 2. ff. de hom. lib. exhib.*

Pœ-

Pœna promiſſa nudo pacto non poteſt exigi, niſi interſit. *l. ſervus. ff. de ſerv. expert.*

Pœna ſoluta repeti non ſolet. *l. 1. ff. de l. Fab. de plag. (de ſol.*

Pœna ſoluta non computatur in ſortem. *l. id quod pœna. ff.*

Pœna in ſententiâ comprænhenſa nullatenus mutari poteſt *l. aut. damnum §. 1. ff. de pœn.*

Pœna traiectitiæ pecuniæ non committitur creditore impediente, quò minus intra tempus eam accipiat. *l. pen. ff. de naut. fen.*

600. Pœna clandeſtina privata prohibita eſt, etiam in manifeſtum reum. *l. fin. C. de malef. & math.*

Pœna criminalis præſcribi poteſt temporis diuturnitate. *l. fin. C. de his, qui à non domi.*

Pœna finita non tollit infamiam, ſi irrogata ſit ex causâ famosâ. *l. ad tempus. C. ex quib. cauſ. infam. irrog.*

Pœna legalis applicatur fiſco. *l. 2. C. ſi ſerv. ex por. ven.*

Pœna maior maioris iudicis eſt. *Auth. hodie C. de cuſt. reor.*

Pœna matris non nocet filio ante damnationem concepto. *l. 4. C. de pœn.*

Pœna minor eſt eius, qui in ſuâ domo patitur delinqui, quàm eius, qui delinquit. *Auth. hodie. C. de cuſtod. reor.*

Pœna minor minoris iudicis eſt. *ibid.*

Pœna omnis requirit ſentētiam iudicis. *l. 3. C. de inceſt. nup.*

Pœna pecuniaria gravior infligitur potentioribus quàm pauperibus. *l. properandum. § fin a. C. de iud.*

610. pœna pecuniaria operi Civitatis applicanda. *Auth. præſides. C. de Epiſcop. aud.*

Pœna publica impediri non poteſt pactione privatâ. *l. 3. C. pro quib. cauſ. ſerv.*

Pœna remiſſa facit, ut facile ad maleficia proſiliatur, *l ne quis, C. de pœn.*

Pœna parti applicanda à Principe remitti non poteſt. *l. 1. C. de in ius. voc.*

Pœna ſententiæ rei coniuncta non viciat ſententiam. *l. 3. C. de re iud.*

Pœna temporalis non infamat finito tempore. *l. 4. C. ex quib. cauſ. infam.*

Ee

Digitized by Google

Pœna tempus adiectum non habens eſt perpetua. *l. ſervos ſub pœna. C. de pœn.*

Pœna temporalis, à iudice poſteà minui non debet. *l. ſi operis publici. C. eod.*

Pœna vilis perſonæ gravior eſt quà illuſtris. *Auth. inceſtas. C. de inceſt nupt.*

Pœna unica ſufficit delinquenti. *l. omnis. C. de pœn.*

620. Pœna uſurarum nomine promiſſa, ultra legitimas uſuras peti non debet. *l. cum allegas C. de uſur.*

Pœnæ nomine in teſtamentis vel codicillis relicta vel ſcripta valent, *l. 1. C. de his, quæ pœn. nom.*

Pœnæ nomine exactum ſolventi non redditur. *l quod à quoquo ff. de reg. iur.*

Pœnæ petitio habet naturam alternativi. *l. ſi pacto. C. de pact.*

Pœnam cumulat contumacia. *l. 4. ff. de pœn.*

Pœnam recte petit, qui in ipſam non incidit. *l. cum par delictum. ff. de reg iur.*

Pœnam præteritionis ferre non debet, qui ſuos filios non præterit. *l. 4. C. de poſth. & her.*

Pœnâ graviori, quam par eſt affectus, non infamatur. *l. quid ergo. §. pœna. ff. de infam.*

Pœnæ exigendæ ſaltem ſunt eæ, quæ vel cum competenti proferuntur moderamine, vel à legibus certo fine concluduntur. *l. 1. C de ſent. quæ pro eo quod int.*

Pœnę conventionalés certis finibus concluduntur. *l. 1. in fi. C. eod.*

630. Pœnæ legales certis finiuntur metis. *ibid.*

Pœnarum augmentis nemo debet delectari. *l. fin. in pr. C. de Epiſcop. & cler.*

Pœnas leviores lenitate, graviores temperamento irrogare debet iudex. *l. perſpiciendum ff. de pœn.*

Pœnis legum debemus eſſe contenti *l. pen. §. 1. C. de ſponſal.*

Pœnalis conſuetudo extenditur de ſimilibus ad ſimilia. *Bal. c. 1. §. porrò. quæ ſit prim. cauſ. benef. amit.*

Pœnalis lex non dicitur niſi privet propter delictum. *Bal. l. fin. C. de bon quæ lib.*

Pœnale non tenet, ſi principale non tenet. *Bart.l.Seius & Angerius.ff.ad l.Falcid.*

Pœnalis actio non datur in heredes. *l 1.§. hanc actionem.ff. de tut. & rat.diſtrah.*

Pœnalis diſpoſitio nullam temporis præfinitionem tacitè vel expreſſè continens, in dubio cenſetur perpetua. *DD. l.ſervus.ff.de pœn.*

Pœnales actiones tranſeunt ad heredem. *l. hac actio.ff.de ſerv corrupt.*

640. Pœnales prohibitiones ſunt odioſæ. *Sich.conſ.feud. 8,num.6.*

Pœnalis actio tollit perſecutoriam, ſi ineſt pœna. *l.metum. ff.de pœn.quod met.cauſ.*

Pœnalis actio obligat heredem ex cauſa. *l.1.§.1.ff.de priv. del.*

Pœnalis actio furti electione vindicationis non tollitur. *l. ancilla C.de furt.*

Pœnalia iudicia ſemel accepta in heredes tranſmitti poſſunt. *l.pœnalia.ff.de reg.iur.*

Pœnalis actio ſemel accepta tranſit in heredem. *l. pœnalia iudicia.ff.de reg.iur.*

Pœnalis actio non accepta non tranſit in heredem. *l.pupillum.ff eod.*

Pœnalis actio non tollitur per rei perſecutoriam nec è contra. *l.rei communis.ff pro ſoc.*

Pœnali in cauſa benignius reſpondendum. *l. factum.ff.de reg.iur.*

Pœnales eiuſdem rei actiones aliæ alias perimunt. *l. nunquam actiones.ff.de reg.iur.*

650. Pœnalia non ſunt extendenda. *Herculan. de caut. cap.13.nu.4.*

Pœnalia omnia per ſe ſunt odioſa. *l.interpretatione.ff.de pœn.*

Pœnitere non poteſt qui ſemel conſenſit. *l. in diem.ff.de aq.pluv arc.*

Pœnitere licet donatori donationis factæ uxori, non autē heredi. *l.cum hic ſtatus.§.2.ff.de don.int.vir. & ux.*

Pœnitere licet dotem danti, uſque ad tempus nuptiarum. *l. profectitia. ff. de iur. dot.*

Pœnitere licet reſpondenti, ſine captione tamen adverſarii. *l. de ætate. §. fin. ff. de interrog.*

Pœnitere licet uxori divortii miſſi. *l. ſi pœnituit. ff. de divort.*

Pœnitere licet in contractibus innominatis, re integra. *l. 3. §. 2. ff. de cond. cauſ. dat.*

Pœnitere licet in omnibus contractibus ſi dolus adverſarii cauſam dedit contractui. *l. cum in plures. §. 4. ff. loc.*

Pœnitere licet in ſponſalibus ex iuſta cauſa. *l. pen. C. de ſponſal.*

660. Pœnitere non licet in contractu innominato, cui ſtipulatio ſubiecta eſt. *l. 3. C. de locat.*

Pœnitere non licet in donatione legitima. *l. ſi te in vacuam. C. de don. int. vir. & ux.*

Pœnitere ſemper non licet. *l. ſive emancipatis. C. de donat.*

Pœnitendi facultas non tranſit ad heredem. *Sal. & Alex. l. ſi pecuniam. ff. de cond. ob cauſ.*

Pœnitens reſtituitur. *l. certiſſimè. §. 4. C. de Epiſc. aud.*

Pœnitens in contractibus innominatis alteram partem debet certiorare *l. ſi pecuniam. §. 1. ff. de cond. cauſ. dat.*

Pœnitens eſt ſibi contrarius. *Bal. l. 1. C. de furt.*

Pœnitentibus verè venia non denegatur. *l. Manichæo. C. de heret. c. quanto. 2. q. 5.*

Pœnitentibus iuſte ſubvenitur. *c. ult. §. ſi quis. 2. q. 6.*

Pœnitentibus iuſtè non eſt amputanda humanitas. *l. ſi quis libellos. C. de appell.*

670. Pœnitentibus ignoſcit DEUS. *Sen. Pedemont. deciſ. 124. n. 14.*

Pœnitentibus vitæ turpis ignoſcendum eſt. *l. ſi filiam. C. de inoff. teſt.*

Pœnitentibus hæreticis indulgetur. *Novell. conſt. 109. cap. 2.*

Pœnitenti Apoſtatæ non parcitur. *l. 3. C. de Apoſtat.*

Pœ-

Pœnitenti parcitur. *ibid.*

Pœnitentia in iudiciis prodeſt. *l. 1. C. de plus petit.*

Pœnitentia in delictis prodeſt. *l. reddentes, C. de S. Trin.*

Pœnitentia non reddit innocentem eum, qui crimen perfecit. *l. qui ea mente. ff. de furt.*

Pœnitentia furti pœnam non tollit. *ibid.*

Pœnitentia principium ſapientiæ. *Pet. Heig. quæſt. iur. civ. & Sax. 4. n. 7. vol. 2.*

680. Pœnitentia non habet locum poſt ius ſemel acquiſitum parti. *Coler. de proceſſ. execut. part. 1. cap. 5. num. 49.*

Pœnitentia & voluntatis mutatio non præſumitur. *Sen. Pedemont. deciſ. 118. n. 9.*

Pœnitentia non habet locum in contractu tranſactionis. *l. quamvis. C. de tranſact.*

Pœnitentia in verbo prolato non admittitur. *Bald. l. quidam elogio. C. de iur. delib.*

Pœnitentia ante accuſationem de inceſtu prodeſt. *gloſſ. c. quod ſicut. § fin. de Elect.*

Pœnitentia habet locum in contractibus innominatis, re integra. *Bar. l. quamvis. C. de tranſact.*

Pœnitentia locum non habet in contractibus vel promiſſionibus piis vel dotalibus. *DD. l. ſicut. C. de oblig. & act.*

Pœnitentia in actu, per quem finitur lis non habet locum. *Bal. l. edita ff. de edend.*

Pœnitentiæ locus eſt in actibus hominum. *c. quod a. Ex. de iur. patron.*

Pœnitentiam agens fatetur delictum. *Cephal. conſ. 304. num. 263.*

690. Pœnitentia tollit quandoque ingratitudinem. *l. 2. C. de libert.*

Pœnitentia revocari poteſt fideicommiſſum & legatum. *l. fideicommiſſum. C. de fideicom.*

Pœnitentia Apoſtaſim non tollit. *l. 3. C. de Apoſtat.*

Pœnitentia non reſcindit electionem. *l. fin. §. 1. C. de furt.*

Pœnitentia excuſat in falſo, ſed rarò. *l.3. C.de his qui ſibi adſcrib.in teſt.*

Pœnitentia prodeſt in ceſſione bonorum, ſi velit creditoribus ſatisfacere.*l.2.C.qui bon.ced.poſſ.*

Pœnitentiam ſapientes non improbant. *Pet.Heig quaſt. iur civ.& Sax.4.n.5.vol.12.*

Pœnitentia perfectam emptionem non revocat. *l.non idcirco.C.de contrah.empt.*

Pœnitentia non debet impediri. *l. ſi quis libellos. C. de appell:*

Poëtarum autoritates ſunt allegandæ in cauſis. *l. in tantum.§.fin.ff.de rer.diviſ.*

700. Poëtarum autoritas magna. *§.1.Inſt.de donat.*

Poëta à tutelâ non excuſatur. *gl. §. Romæ. Inſt. de excuſ. tut.*

Poëtas allegare licet. *Ang.§.eſt & aliud.n.1.& 2.Inſt.de don.*

POL.

Pollicitatio reip. ob honorem facta valet. *l. hoc iure.ff. de don.*

Pollicitatio generalis non refertur ad id, quod emptor ſciebat.*l.ea quæ.§.1.ff.de contr emp.*

Pollicitatio inhoneſta non valet. *l.3.ff.de pollicitat.*

Pollicitatio iuſta, non doloſa, firmatur ſtipulatione. *l.3. C. de don ant.nupt.*

Pollicitatio nuda actionem non parit.*l.nuda.C.de cont.& commit ſtip.*

Pollicitatio ſola operis publici obligat.*l.1.C.de ratiocin.op. publ.*

Pollicitatio non eſt, ubi non ſervatur forma iuris. *Alba. rub.ff.de V.O.n.76.ubi DD.Medic.reg.7.*

Pollicitatio & pactum differunt.*gl.& DD. v.duorum.l.1. ff.de pact.*

Pollicitatio requirit ſolum conſenſum promittentis pactum verum duorum. *Spec.de ſalar.§.nunc de procuratorum.*

10. Pol-

Digitized by Google

10. Pollicitatio ad propriam cauſam non transfert dominum. *l ſi quis rem.* §.1.*ff.de pollicitat.*

Pollicitatio ad dotem petendam ſufficit. *Bald.rub.C.de dot.promiſſ.*

Pollicitatio incipit à promiſſione ſine reſponſione. *Clem.1. de iureiur.gl l.1.ff.de pact.*

Pollicitatio inſtrumento prolàta importat pactum circa ſtipulationem, & ſufficit ad agendum, *Bal.l.1.C.de dot. promiſſ.*

Pollicitatio de hereditate viventis non valet. *Bart.l.cum donationis.C.de tranſact.*

Pollicitatio non parit naturalem obligationem. *gl.& Bar. l ſi unus §.pactus.ff.de pact.*

Pollicitatio eſt velut pars pacti. *Sichard. rub. C. de pact. num 11.*

Pollicitatione naſcitur actio *l.de pollicitationibus.ff.de pollicit.*

Pollicitus aliquid reip, ob cauſam tenetur. *l. 4.ff.de pollicit.*

Pollicitis dives quilibet eſſe poteſt. *Specul. de ſalar. §. 2. in pr.*

20. Polygamia eſt prohibita.§.*6.& 7.Inſt.de nupt.*

Polygamos data virgini ignoranti non repetit. *l.eum,qui duas.C.ad l.Iul.de adult.*

Pompa matrimonii non facit eſſe matrimonium. *l.ſi donationum.C.de nupt.*

Pompa non eſt de ſubſtantia Doctoratus. *Bald.ibid.*

Poma dicuntur fructus naturales. *Bald. l. ancilla. C. de furt.*

Pondera fraudulosa à magiſtratu ſunt prohibenda. *l.pen. C.de defenſ.civit.*

Pondus ſi falſificatur datur actio de dolo. *Bart.l.arbitrio.§. de eo.ff.de dot.*

Ponderet unuſquiſque ſermones ſuos,& alteri non loquatur,quod ſibi loqui non vult. *c.ponderet.50.diſt.*

Ponderãdum eſt,non quod fit,ſed quod fieri debet. *c.cum cauſam.de Elect.*

Ponibile non eſt, quod non eſt probabile. *gloſſ. 1. c. 1. de confeſſ.*

30. Ponens videtur confiteri, ſed capitulans non. *DD. c. fin. de confeſſ.*

Pons novus dicitur, ſi locus eſt mutatus. *Cæp. de ſer. ruſt. præd. tit. de alveo.*

Pons ſuper flumine dicitur via publica. *Bald. l. fin. ff. eod.*

Pons ſuper via publica de una Domo ad aliam fieri non poteſt, etiam per dominum utriuſque domus. *Caſtr. l. ſi intercedat. ff. de ſervit.*

Pons ſuper via publica conſtructus de licentia vicini non debet removeri ad eiuſdem Inſtantiam. *Flor. l. 2. ff. com. præd.*

Pontifex non habet poteſtatem in Ius divinum. *c. ſunt quidam. diſt. 25.*

Popina præſumitur apta adulterio committendo. *Auth. ſi quis. C. de adult.*

Populator agrorum capi poteſt propria autoritate, ſicut debitor ſuſpectus. *Bal. l. extat. ff. quod met. cauſ.*

Populus propter magnitudinem delicti poteſt puniri. *Felyn. c. delictus de Simon.*

Populus Rom: hodiè non poteſt condere leges. *Bart. l. fin. C. de LL.*

40. Populus non reſtituit ad famam per viam indulgentiæ, ſed per viam reſtitutionis in integrum. *Bald. c. iniuria de pac. iur. firm.*

Populus conſtat ex decem hominibus. *Bal. Auth. quod locum in fin. C. de collat.*

Populus præſcribit ſibi libertatem ſpacio 100. annorum. *Bl. l. 1. C. ne rei dam. vel temp.*

Populus recognoſcens ſuperiorem non habet ius fiſci. *Bal. l. 1. C. de hered. Inſtit.*

Populus eſt loco unius. *Bald. l. 2. C. de Impub. & al. ſubſtit.*

Populus reputatur unum corpus individuum. *ibidem.*

Po-

Populi clamor facit nihil ritè geri,ſed non excuſat à pœna. *Bal.tract.ſchiſmat. 5.coll.*

Populus ligatur conſuetudine à ſe inducta. *Ang. l. venditor.§.ſi conſtat.ff.com.prædior.*

Porcus in venatione captus & datus cani, eſt domini canis licet canis ſit incapax.*Flor.l ſtatua.ff.de uſufruct.*

Porcus eſt oculus ruſtici. *gloſſ. l. illicitas. ff. de offic. præſid. in fi.*

50. Porcis & Canibus ſancta non ſunt committenda. *c. in mandatis. 43. diſt.*

Porta in domo cum apertura in viam publicam fieri poteſt, quatenus ſe protendunt ſtillicidia domus, etiam prohibente vicino. *Flor. & Bart. l.fin.ff.de ſerv.ruſt. præd.*

Portæ ſunt ſanctæ. *Connan. Com. iur. civ. lib. 3. cap. 1. num 6.*

Portorium exigitur à venditore. *l. inter publica. §.1. ff.de V. ſig.*

Portoria ſunt à milite exſolvenda.*l.3.C.de vectig.*

Portus eſt de regalibus Principis. *Bald. c. 1. quæ ſint regal.*

Portus ædificari debent ſumptibus omnium. *l.ad portus. C.de oper publ.*

Portus refici debent omnium ſumptibus.*ibid.*

Portus publicus eſt.*l.4.§.1.ff.de rer.diviſ & qual.*

Populus ſemper idem eſt. *l,præponebatur.ff.de iud.*

60. Populus monendus eſt,non ſequendus.*Vital. proœm. malef. n.8.*

Populus non recognoſcens ſuperiorem, poteſt eſſe iudex in cauſa propria.*Fel.c.cum veniſſent de iud.*

Populus non debet præire, ſed ſubſequi. *c. docendus. diſt. 62.*

Populus in magiſtratum non habet iuriſdictionem. *Bald. l.omnes populi.n.23 ff.de iuſt.& iur.*

Populum DEI per diſcordias Principum & bella, damna pati non oportet. *c. hæc quippe. in fin. 3. quæſt. 6.*

Populum faciunt decem homines. *gl. & Abb. c.1. ext. de Elect.*

Popularis actio competit agenti, non eius procuratori. *l.5. ff. de popul. act.*

Populi vetus memoria pro veritate eſt. *Vaſq. cont. illuſt. part. lib. 2. cap. 63 n. 9.*

Populus docendus eſt, non ſequendus. *l. decurionum. C. de pœn. c. miramur. 60. diſt.*

Populus ſemper eſt præſens, licet nonnulli abſint. *l. proponebatur. ff. de iudic.*

70. Populus illudi non debet. *Bl. un. num. 2. C. de Lat. lib. toll.*

Populorum intereſt, non habere plures dominos. *ibid. & num. 10.*

Populus carens iuriſdictione poteſt condere ſtatuta ſuper adminiſtratione rerum ſuarum. *Bart. l omnes populi. ff. de iuſt. & iur.*

Populus habens iuriſdictionem præſcriptam & conceſſam à Principe, poteſt per ſe facere ſtatuta, nec requiritur confirmatio ſuperioris. *ibid.*

Populus ſuſcipiens contra rempublicam graviſſimè punitur. *l. 1. C. de ſeditioſ.*

Populus acclamans abſolutionem vel condemnationem à iudice audiri non debet. *l. decurionum. C. de pœnis.*

Populus poteſt habere ius præſentandi. *l. querelam de Elect.*

Populus poteſt iurare per alium. *Bart. l. municipib. ff. de appellat.*

Populi conciliator non tenetur criminè læſæ maieſtatis. *Bal. l. 1. & 2. C. de ſeditioſ.*

Populi appellatione non venit clerus, niſi in favorabilibus. *Card. Clem. in pluriſque de Elect.*

80. Populus Rom: accipitur pro toto Imperio Rom. *Gloſſ. l. Roma. ff. de municipal.*

Porticus non venit appellatione ædium. *l. cætera. § hoc Senatus. ff. de leg. 1.*

Por-

Porticus cōſuetudine fieri poteſt in domo ſuper viam publicam. *Bal rub. C. quæ ſit long conſuet.*

Porticus minui non debet ædibus privatis, ideóque eæ deſtruendæ ſunt. *l. ædificio. C. de oper. publ.*

Porticus occupari non debet ad privatum ſuum uſum. *l. qui ſine autoritate. C. eod.*

Porticus publicæ ſunt. *l. pen. C. de ædif priv.*

Portator literarum non præſentans eos tenetur ad intereſſe ob moram. *l. fin. C. de fabricenſ. lib. 12.*

Portator rei tenentur de periculo, ſi pretio portat, vel ſi ad periculum ſe obligavit. *Bart. l. eum qui. §. fin. ff. de furt.*

Portiones ſubſtitutionis præſumuntur eædem, quæ erant Inſtitutionis. *l. 1. C. de Imp & al. ſubſtit.*

Portiones utiles præſumuntur factæ in ſententia generali. *l. 1. §. ſi plur. una ſent. condem.*

90. Portatur leviter quod portat quiſque libenter. *gloſſ. l. tria onera. ff. de exc. tut.*

Portio deficiens ſubſtitutis & coheredibus cum onere ſuo defertur. *l. cum pater. §. cum pater. ff. de leg. 2.*

Portio pro indiviſo poteſt donari. *Bald. l. portione. C. de donat.*

Portio deficiens eius, qui nemini erat coniunctus, accreſcit omnibus. *Bart. l. liber homo. §. cum quis. ff. de her. inſt.*

Portio accreſcit pro viribus in quibus eſt facta ſubſtitutio. *Bar. l. Lucius. § ſi pater. ff. ad Trebell.*

Portio legati accreſcens poteſt repudiari. *gl. & Bar. l. neminem ff. de leg. 2.*

Portio accreſcens ſapere debet naturam eius rei cui accreſcit. *Bar. Soc. conſ. 154. vol. 4.*

Portio accreſcit portioni, non perſonæ. *l. ſi totam. ff. de acq. hered.*

Portio iam acquiſita ſi deficit, non facit locum iuri accreſcendi. *l. aquam. §. fin. ff. quemadm. ſerv. amitt.*

Poſitiones ſuccedunt loco probationis. *Spec. de teſte. §. fin. V. Item nota.*

100. Poſitiones dubiæ quandoque admittuntur, ſalvo iure impertinentium. *Spec. ibid. §. nunc reſpondendum.*

Poſitiones in causâ ſummariâ non admittuntur. *ib. §. 3.*

Poſitiones actoris non admittuntur, quando ex eis non accreſcit actori ius cõtra ius rei. *Bal. l. fin. C. de ædil. edict.*

Poſitionum alteram probari per teſtes, alteram per confeſſionem partis ſufficit. *Bar. l qui Stichum. ff. de confeſſ.*

Poſitio cum reſponſione non arguit lit. cont. *c. dudum. de lit. conteſt.*

Poſitionum admiſſio requirit citationem partis. *Rota, deciſ. 10. in nov. Abb. c. 2. de teſtib.*

Poſitiones fieri poſſunt etiam per eum, qui ſe adſtrinxit ad probandum per inſtrumenta vel teſtes. B*al. addit. Spec. de poſit. §. 1. V. licet. pars.*

Poſitiones fieri nõ poſſunt per eum, qui renunciavit omni generi probationum *ib. V. qui renunciavit.*

Poſitiones de proprietate fieri poſſunt ab eo, qui agit poſſeſſorio ad colorandum poſſeſſorium. *Spec. de teſte. §. nunc videndum.*

Poſitiones fieri poſſunt à quolibet, qui admitteretur ad probandum. *ibid. V. 1.*

110. Poſitiones fieri poſſunt ab actore & à reo, *Spec. de poſit. §. 3. V. fiunt quoq.*

Poſitiones poſſunt fieri ante lit. cont. *ff. tit de inter. act.*

Poſitiones fieri poſſunt poſt lit. cont. ſed non poſt publicatas atteſtationes. *Inn. c. cum Ioan. de fid. inſt.*

Poſitio debet prius fieri, quam deveniatur ad aliquod genus probationis. *Bal. add. Spec. de poſit. V. 3.*

Poſitionibus poſt terminum probatorium factis non eſt reſpondendum. *Old. conſ. 243.*

Poſitiones fieri non poſſunt poſt lapſum terminum probatorium. *Bal. add. Spec. de dilat. V. lapſo termino.*

Poſitiones factæ intra terminum poſſunt declarari etiam poſt terminum, & poſt concluſum in causâ. *Bal. & Pet. de Suz. l. tres. ff. quom. & quand. iud.*

Poſitiones in causa criminali, etiam civiliter motâ, non admittuntur poſt terminum. *Rot. deciſ. 32. in nov.*

Poſi-

Poſitiones novæ licet admittantur in ſecundâ inſtantiâ non datur ſecunda remiſſio *Rot.deciſ.219. in nov.*

Poſitiones in cauſa iniuriarum civili poſſunt produci, etiam poſt terminum. *Rot.deciſ.319. in antiq.*

120. Poſitiones poſt terminum non admittuntur, etiam productę per procuratorem novum. *Bal. ad Spec. de proc.*

Poſitioni criminoſæ non eſt reſpondendum, *Bar. l. tranſactione. C. de tranſact.*

Poſitioni criminoſæ de facto alieno non debet reſponderi. *Bar. l. Marcellus. § iurare. ff. rer. amot.*

Poſitio per verba contumelioſa nō debet recipi. *Card. add. Spec. de poſit. V. ſi libellus.*

Poſitio incerta admittitur, ſicut libellus. *Inn. c. ex parte. de reſcript. Bal. l. fin. C. de codicill.*

Poſitio debet eſſe clara. *Bal. l. edita. C. de Edend.*

Poſitioni obſcuræ non eſt reſpondendum *ibid.*

Poſitio poteſt propriâ authoritate ponentis interpretari, *Bal. addit. Spec. de poſit. V. pono.*

Poſitio ſeu negatio ſemel tantum revocari poteſt. *Bal. l. 1. C. de furt.*

Poſitio nulla eſt, niſi fiat de re, de qua agitur. *c. cum olim. de off. iud. deleg.*

130. Poſitionibus reſpondere nolens habetur pro confeſſo *gl. c. ſi poſt præſtitum. de iureiur. in 6.*

Poſitio tota non debet negari, ſed admitti pars vera. *c. præſentium. de teſtib. lib. 6.*

Poſitiones incontinenti revocari poſſunt. *DD. l. lecta. ff. ſi cert. pet.*

Poſitioni incertæ non debet quis reſpondere. *l. 1 ſi quis argentum. ff. de poſ.*

Poſitionum appellatione in ſtatuto non veniunt interrogationes. *Caſt. Conſ. 300.*

Poſitionibus procuratoris non tenetur quis reſpondere. *Bal. l. 1. c. de ſent. Alex. l. ſi actor. ff. de procur.*

Poſitionibus non poteſt reſpondere pupillus ſine authoritate tutoris. *Bar. l. 1. § ſufficit. ff. de admin. tut.*

Po-

Poſitionibus reſpondens non tenetur uterum iurare de calumnia. *Bal. Auth. hodie. C. de iur. cal.*

Poſitionibus reſponſuro datur terminus, ſi libelli copiam non habuit. *Pont. l. 1. ff. de in ius voc.*

Poſitioni quæ multiplex eſt, non eſt reſpondendum. *gl. c. ſi poſt præſtitum. de confeſſ. lib. 6.*

140. Poſitioni, quæ fit de facto alieno civili, debet reſponderi per verbum credo. *Bar. l. Marcellus. ff. rer. amot.*

Poſitio captioſa dicitur, quando quis reſponderet contra ſe. *Caſt. l. controverſiam. ff. de tranſact.*

Poſitio pertinens dicitur etiam, quæ eſt de pendentibus. *l. qui proprio. § item quæritur. ff. de procur.*

Poſitioni impertinenti notoriæ non eſt reſpondendum: *Imol. l. 4. § item. ff. de dam. infect.*

Poſitio cavilloſa non dicitur, licet quis taceat ius partis. *Bal. add. Spec. de poſit. V. non dicitur.*

Poſitio impertinens non debet admitti. *gl. c. ſi poſt præſtitum. de confeſſ. in 6.*

Poſitio de dominio poſſeſſoris dicitur impertinens, cui poſſeſſor non cogitur reſpondere. *l. in ſpeciali. ff. de rei vend.*

Poſitio contraria de directo dicitur multipliciter. *gl. Clem. teſtib. de teſt.*

Poſitio continens in ſe contrarietatem, non valet, nec ei reſpondendum. *Bal. add. Spec. de poſit. V. non valet.*

Poſitioni contrariæ non eſt reſpondendum. *ibid.*

150. Poſitioni rei præiudiciali poſitioni actoris debet prius reſponderi. *ibid. V. ſi poſitio.*

Poſitio præiudicialis impedit proceſſum. *ibid.*

Poſitioni iuris non eſt reſpondendum. *l. ornamentorum. ff. de aur. arg. leg.*

Poſitioni iuris municipalis vel extravagantis debet reſponderi. *Bart. ibid.*

Poſitio mutatur & corrigitur, tanquam erronea conſtito de errore. *Bal. add. Spec. de poſ. V. poteſt quis.*

Poſitiones factæ poſt lit. cont. poſſunt mutari in cauſâ appell. *Bal. add. Spec. de app. V poſitiones.*

Po-

Poſitiones actoris ſuper defectibus rei non poſſunt fieri, & eis non eſt reſpondendum. *Spec. de act. §. ſuper. petitionib. V. reus.*

Poſitio de identitate fieri debet, quando apparet varietas. *Bar. l. Senatus. ff. de accuſ.*

Poſitio ſemel facta iterum fieri nequit. *l. ampliorem. §. 1. C. de appell.*

Poſitio fieri poteſt de omnibus quæ probari poſſunt. *Bal. l. non audis. C. de prob.*

160. Poſitio de negativâ improbabili fieri nequit. *gl. c. dudum. de elect.*

Poſitio de iure accreſcendi non eſt neceſſaria. *Bal. l. 1. §. ubi a. C. de cad. toll.*

Poſitio non fit de eo, quod non auget ius partis. *In. c. cum Bertoldus. de re iud.*

Poſitio negativa non dicitur, quod quis eſt furioſus. *Bal. l. nec codicillos. C. de codicill.*

Poſitio per verbum Abſque dicitur negativa. *Bal. add. Spec. de poſit. V. tantum eſt dicere.*

Poſitio negativa probatur per confeſſionem partis adverſæ *ibid V. pone.*

Poſitioni negativæ non eſt reſpondendum. *ibid.*

Poſitionibus non reſpondens non videtur confiteri. *ib. V. qui non vult.*

Poſitio cuius eſt, eius eſt privatio. *l. 4. ff. de acq. hered.*

Poſitio impertinens à iudice admitti non debet. *l. ſi dus patroni §. 2. ff. de iureiur.*

170. Poſitio contra naturam non admittitur. *Spec. de poſit. §. 7. V. 16.*

Poſitio non debet de neceſſitate concludere, ſed articulis ſic. *Alex. l. non fatetur. ff. de confeſſ.*

Poſitio ſemel facta non debet iterari. *l. ampliorem. §. 1. C. de appel.*

Poſitio negata non prodeſt neganti, quod velit ſe in ea fundare. *Bal. add. Spec. de poſit. V. ponens.*

Poſitio conſequentis arguit antecedens. *Fulg. l. Barbarius. num. 5 ff. de off. prat.*

Po-

Digitized by Google

Poſitio eſt brevis narratio factum continens, ad eliciendam veritatem concepta. *Io. And. c. 1. de confeſſ.*

Poſitio eſt alicuius particularis rei ad cauſam pertinens aſſertio. *Bar. l. 2. C. de iur. cal.*

Poſitiones dicuntur membra litis. *Bal. l. generaliter. C. de reb. Cred.*

Poſitiones factæ non dicuntur, niſi ſint per iudicem admiſſæ. *c. cum contingat. de off. del.*

Poſitiones ſumuntur de corpore libelli. *Spec. de teſt. §. ſequitur. V. ſciendum.*

Poſitiones debent concludere de neceſſitate. *Bart. l. non hoc. ad fin. C. unde cogn.*

180. Poſitiones ſi non fiant, teſtes ſunt examinandi ſuper petitione. *Card. Clem. ſæpe. §. quia. de V. ſig.*

Poſitiones aptæ non proſunt, quando petitio vel libellus eſt ineptus. *Io. And. c. examinata de iud.*

Poſitiones ſunt introductę, ut quis relevetur ab onere probandi. *Spec. de poſit. §. 2. ad pr.*

Poſitiones debent fieri in ſcriptis. *gl. c. 1. de lit. cont.*

Poſitioni etiam non concludenti reſpondendum eſt. *Bald. l. ſive poſſidetis. C. de prob.*

Poſita parte integrali non ponitur totum. *§. plebiſcitum. Inſt. de Iuſt. & iur.*

Poſito uno inconvenienti ſequitur aliud. *Bart. l. ſed ſi plures. n. 1. ff. de vulg. & pup.*

Poſito genere ponitur quælibet ſpecies. *l. in genere ubi Alc. ff. de V. ſig.*

Poſito uno contrariorum in eſſe removetur reliqui ne. *l. hæc verba. ff. eod.*

Poſitus in conditione cenſetur vocatus ex coniecturis. *Rip. l. Centurio. ff. de vulg. & pup.*

190. Poſito uno de correlativis neceſſariò ponitur & alterum. *Bar. l. liberorum. §. 1. ff. de infam.*

Poſitivum præſupponit comparativus. *Abb. c. pervenit. de iureiur.*

Poſitâ ſpecie ponitur genus. *Gœdd. l. 2. num. 11. ff. de V. ſig.*

Poſ-

Poſſeſſio ſecundum communem uſum loquendi intelligitur proprietas. *Bar. l. cum antiquitas C. de uſufr.*

Poſſeſſionum appellatione non venit pecunia, licet poſſideatur. *Bertach. repert. part. 3 fol. 241. col 2.*

Poſſeſſio debet æſtimari alio modo, quam proprietas. *Bar. l. ſi mulier, §. qui poſſeſſionem. ff. quod met. cauſ.*

Poſſeſſionis commoda ſunt à iure privilegiata. *§. commodum. inſt. de interdict.*

Poſſeſſionem omnem ſequitur vicium reale, *l. vicia. C. de acq. poſſ.*

Poſſeſſionem aſſignans videtur rem poſſeſſam aſſignare. *Bal l. 3. C. ne ux. pro mor.*

Poſſeſſio eſt ius. *Bar. l. peregrè in pr. ff. de acq poſſ.*

200. Poſſeſſio eſt aliud, quam res. *l. ſi duo. §. fin. ff. uti poſſid.*

Poſſidere eſt aliud, quam eſſe in poſſeſſione. *Spec. de 1. & 2. decret. §. iam de effectu.*

Poſſeſſio longa habetur pro veritate. *l. 2. C. de ſervit.*

Poſſeſſio præſumitur continuata & qualificata in qualitate tituli. *Mol. conſ. 10 num. 11. vol. 1.*

Poſſeſſio ſine perſonâ non dicitur. *Bal. l. fin. C. de Edict. D. Adr. toll.*

Poſſeſſio ponitur pro quaſi poſſeſſione. *l. planè ff. de ſerv.*

Poſſeſſio & q. poſſeſſio reperiuntur ſicut proprietas & q. proprietas. *Alex l. 1. ff. de public.*

Poſſeſſio etiam unius anni dicitur longa. *Bald. c. 1. § fin. de conſuet. rec. feu.*

Poſſeſſionis actus præſumitur fieri, tanquam à domino. *gl. & Bar. l. 2. C, de acq. poſſ.*

Poſſeſſione rei corporalis acquiſitâ competit exercitium incorporalium. *c. tranſmiſſa. de Elect.*

210. Poſſeſſionem locatio probat, ubi alicuius non poſſidet. *c. inter dilectos. de fid. inſtr.*

Poſſeſſio longa præſumitur ſolennis et cum titulo. *Ang. l. qui in. aliena. § 1. ff. de acq. her.*

Poſſeſſione pignoratâ intelligitur res pleno iure pignorata. *Bal. l. 1. C. ſi. pig. pign. dat. ſit.*

Digitized by Google

Poſſeſſio pacifica rei dicitur,in qua lis non movetur. *Abb. c.1.de conſ.util.vel inutil.*

Poſſ. plena intelligitur naturalis,civilis & pacifica. *Bald. l. mater.C.ad Tertull.*

Poſſ. probatur ex traditione clavium. *Bart. l.clavib.ff.de cont.empt.*

Poſſ. poteſt probari ex perceptione fructuum. *Bart. l.2.C de acq.poſſ.*

Poſſ. vacua dicitur,quæ à nemine detinetur animo & corpore. *Bar,l.ratio.§ 1.ff.de act. empt.*

Poſſ. vacua intelligitur, ſcilicet ſine fructibus, niſi à tempore moræ. *ibid.*

Poſſ. licet non ſit vacua, non tamen impeditur præſcriptio. *Bar l.miſſo.ff.pro empt.*

230. Poſſeſſio pacifica dicitur, cui nulla infertur moleſtia. *Paul.Leaz.clem gratia.de præſcript.*

Poſſ. tradenda debet tradi vacua,id eſt,ab alio non occupata. *Bar.l.2.ff.de act.empt.*

Poſſ. vacua rei propriæ poteſt occupari propriâ autoritate. *Spec.de act.V.Item qui vult.*

Poſſ. naturalis dicitur corporalis. *Bar.l.1.ff de acq poſſ.*

Poſſ. naturalis non ſufficit ad acquiſitionem fructuum, ſed civilis ſic. *Bar.l.Iulianus.ff.de uſufruct.*

Poſſ naturalis remanet apud donatorem uſufructuarium, *l.quisquis C de donat.*

Poſſ. naturalis non transfertur per conſtitutionem precarii. *Bar.l.2.C.de acq.poſſ.*

Poſſ. naturalis dicitur eſſe apud Emphyteutam. *Bar.l.ſi ut certa §.ſi duob.ff.commod.*

Poſſ.nat.nō ſufficit in præſcriptione. *Bar l. 1.ff.de acq.poſſ.*

Poſſ.nat.transfertur ex locatione ad longum tempus. *Alex.conſ.1.vol.4.*

240. Poſſ civilis dicitur,quæ animo retinetur. *Bal.l.pen. C.ſi à non compet.iud.*

Poſſeſſio civilis debet probari per poſſeſſorem. *ibid.*

Poſſeſſio,etiam civilis, dicitur eſſe apud detinentem. *gl.c. cauſam.de præſcript.DD.l.3.ff.de acq.poſſ.*

Poſſ.

Poſſ. civilis præſumitur ex naturali. *Bald. l. 1. C. de ſeru. fugit.*

Poſſ. civilis vera requiritur in præſcribente. *ibid.*

Poſſ. Civilis facit poſſeſſorem dici continuare, non de novo quærere poſſeſſionem, quam vacantem occupat. *c. cùm veniſſent. de reſt ſpol.*

Poſſ. civilis accuſat uſucapionem. *gl. & Bar. l. ſi ut certo. §. ſi duob. ff. Commod.*

Poſſ. civilis eſt cauſa dominii acquirendi. *Spec. de empt. & vend. §. 1. V. ad evidentiam.*

Poſſ. civilis dicitur ficta. *Alex. l. 3. ff. de acq poſſ.*

Poſſ. vera dicitur, quæ acquiritur per traditionem rei corporalem. *Bal. l. 1 C. Com. de leg.*

250. Poſſ. vera quæritur etiam ex fictâ traditione. *Bart. l. ab emptione. ff. de pact.*

Poſſ. præſumitur vera, & non abuſiva, id eſt, nomine proprio, non alieno. *Inn. c. cùm olim. de privil.*

Poſſ. ficta per procuratorem acquiri poteſt. *Bal. l. 1. §. ne a. C. de cad. toll.*

Poſſ. ficta non parit interdictum reintegrandæ; ſed adipiſcendæ tantùm. *Alex. conſ. 37. vol. 1.*

Poſſ. ſimulata præſumitur, quæ acquiritur lite pendente, vel quæ de omnibus bonis eſt acquiſita. *Bald. l. executorem C. de execut. rei iud.*

Poſſ. momentaneæ iudicium poteſt exerceri per quamlibet perſonam. *Spec. de act. V. Et quid.*

Poſſ. violenda non poteſt confirmari per privilegium ſuperioris. *Bar. & Bal. l 3. C. unde vi.*

Poſſ. iurium non dicitur, ſed q. poſſeſſio. *Spec. de reſt ſpoliat. §. 2.*

Poſſ. propriè non cadit in iuribus. *l. 3. ff. de acq. poſſ.*

Poſſ. non dicitur vacare mortuo Prælato. *Bar. & Caſt. l. 1. §. municeps ff. de acq. poſſ.*

260. Poſſ. vacans poteſt per dominum occupari. *Inn. c. in præſentia de probat.*

Poſſ. vacans prodeſt domino, & ſi non eſt vacans, prodeſt bonæ fidei poſſeſſori. *Inn. c. Cumana. de Elect.*

Digitized by Google

Poſſeſſio patris dicitur poſſeſſio filii,& è contra. *Bal.l.2.C. de leg.hered.*

Poſſeſſio non eſt apud duos inſolidum. *l.ſi ut certo.§.ſi duobus.ff.Commod.*

Poſſeſſionem nactus fungitur per conſuetudinem,qui nõ eſt poſſeſſor.*Inn c.cùm ſuper.de cauſ.poſſ & propr.*

Poſſeſſio pignoris dicitur eſſe apud creditorem. *Bal. l.cùm notiſſimi.ff.de præſcript.30.ann.*

Poſſeſſio non dicitur eſſe apud eum, qui poſſidet iure familiaritatis. *Bar.l.qui iure.ff.de acq.poſſ.*

Poſſeſſio apud uſufructuarium eſt naturalis, non civilis. *Spec.de locat.§.1.V.illud.*

Poſſeſſio non quæritur ipſo iure per oblationem precii,licet dominium ſic. *Bar.l.cum duob.§.fin.ff.pro Soc.*

Poſſeſſio per actum fidum quęritur domino.*Soc.conſ.147. Vol. 1.*

270. Poſſeſſio non quæritur ex titulo quæſito à tutore ſine causâ, *Bar.l.non omni.C.de admin.tut.*

Poſſeſſio nudo animo non acquiritur, ſed retinetur. *Bart. l.licet.C.de acq.poſſ.*

Poſſeſſio Eccleſiæ per ſolum titulum non quæritur ſine apprehenſione.*l.1.C.de rer.permut.*

Poſſeſſio facti etiam per excommunicatum poteſt acquiri.*Rota.deciſ.293.in nov.*

Poſſeſſio transfertur ex contractu ſimulato,ſed non dominium. *Bar & Alex.l.emptor.ff.de aq.pluv.arc.*

Poſſeſſio non transfertur in fiſcum ſine apprehenſione. *l. cum duob.§.idem reſpondit.ff.pro Soc.*

Poſſeſſio non transfertur per præceptum Superioris, niſi ſequatur obedientia ſpõtanea. *Bal.l.2.C.ne ux.pro mar.*

Poſſeſſio non dicitur tradita,quæ poteſt avocari. *Bar.l.ratio.ff.de act.empt.*

Poſſeſſio non probatur per aſtimum communis. *Bart.& Bal.l.ſi pater. C.de act.empt.*

Poſſeſſio non probatur per ſolutionem Collectarum. *ibid.*

280. Poſſeſſio probatur per ſpoliationem *gloſſ.& Bart.c. cùm ad ſedem.de reſt.ſpoliat.*

Poſ-

Poſſ. non probat ire & agere, ſed fructus percipere. *Bald.l. poſt ſententiam.C.de ſent.*

Poſſ. præſumptiva non inducitur per literas in rebus incorporalibus. *Bal.l.non epiſtolis,C.de prob.*

Poſſ. debet ab utraque parte probari, quando utraque ſe aſſerit poſſidere. *Spec.de prob.§.1.V.8.*

Poſſ. recuperatur refectis expenſis. *Spec. de expenſ.§.6.V. hoc quoq.*

Poſſ. obedientiæ quæritur per obedientiam in faciendo, non in omittendo. *Bal.l.liberti.C.de oper.lib.*

Poſſ. officii probatur per actus officio competentes, ſed non officium. *gl.c.in Geneſi.de Elect.*

Poſſ. ſervitutis relevat ab onere probandi de dominio fundi. *Bal.l.eam quæ C.de lib.cauſ.*

Poſſ. iurium quæritur cum conſenſu vel patientiâ primi poſſeſſoris, non aliter. *Bal.l.1 C.de ſerv.*

Poſſeſſio in incorporalibus ut iuriſdictionis, quæritur ex ſola conceſſione. *Bal.Marg.V.poſſeſſio.*

290. Poſſeſſio Eccleſiæ non probat dominium. *ibid.*

Poſſ. vacans non dicitur hereditate iacente. *Bal.l.fin.C.de Edict. D.Adr.toll.*

Poſſeſſioni incumbere magnum eſt lucrum. *l.exitus.ff.de acq.poſſ.*

Poſſ. ſervitutis quæritur per uſum 30. dierum. *Bar.& Alex.l.1.§.2.ff.de itin.act priv.*

Poſſ. quæſita contra unum alteri non nocet. *Bald.l.2.C.de ſerv.& aq.*

Poſſeſſionis acquiſitio inducitur per animum retinendi poſſeſſionem. *Bar.l.quod vulgò.ff.pro Empt.*

Poſſe. acquiritur per miſſionem in poſſ. ſi poſtea uſus ſequatur. *Flor.l.quoties.ff.de ſervit.*

Poſſ. acquiritur ſolo viſu, quando res eſt in præſentiâ & vacua, & tradens poſſidet. *Card.clem.1.§.porrò.de hæret.*

Poſſ. quæritur per oppoſitionem cuſtodis. *Alex.& DD.l. quorundam.ff.de acq.poſſ.*

Poſſeſſio acquiritur & inducitur per perceptionem penſionis. *Fel.c.cùm Bertoldus.de re iud.*

300. Poſſeſſio & dominium non quæritur abſenti pro negotiorum geſtorem *Abb. c. accedens. de præbend.*

Poſſeſſio transfertur in ſubrogatum. *Rot. deciſ. 67.*

Poſſeſſio transfertur per adipectum rei, ſi concurrat intentio volentis tradere. *DD & Alex. l. 1. §. ſi iuſſerim. ff. de acq. poſſ.*

Poſſeſſio præſumitur ex titulo præcedente. *gl. Bar. & DD. l. quædam. ff. de rei vend.*

Poſſeſſio probatur ex detentatione. *Inn. c. cùm olim. de privil. Old. conſ. 208.*

Poſſeſſio probatur per ſigillationem rei. *Bar. l. quæ dotie. ff. ſol. mat.*

Poſſeſſio probatur per ſolam inveſtituram inter contrahẽtes, non in præiudiciũ tertii. *Ang. l. quisquis. C. de don.*

Poſſeſſionem recuperans non dicitur vim facere. *Spec. de reſt. ſpol. V. item circa interdictum.*

Poſſeſſionis reſtitutio quandoq. petitur à non poſſidente. *ibid. §. 7.*

Poſſeſſio continua probatur probatis extremitatibus temporis, quia medio tempore præſumitur. *Bal. 1. conſt. §. hoc quoq.*

310. Poſſ. acquiritur per noſmetipſos. *l. 1. §. 2. ff. eod.*

Poſſ. acquiritur per procuratorem *ibid. §. per procuratorem.*

Poſſ. acquiritur per pupillum tutore auctore vel ſi intellectum habeat, etiam non authore. *l. 1. §. 3. ff. eod.*

Poſſ. acquiritur per ſervum *ibid. §. 5.*

Poſſ. acquiritur per ſervum alienum bonâ fide poſſeſſum. *l. 1. §. ſed & per eum. ff. eod.*

Poſſ. acquiritur per tutorem. *ibid. § fin.*

Poſſ. acquiritur per uxorem. *ibid. §. 4.*

Poſſ. acquiritur prætore authore. *l. iuſtè poſſidet. ff. eod.*

Poſſ. acquiritur ignoranti. *l. ſi me in vacuam. §. 1. ff. eod.*

Poſſ. acquiritur univerſitati per ſe & per alium. *l. 2. ff. eod.*

320. Poſſ. acquiritur uſufructuario. *l. naturaliter. ff. eod.*

Poſſ. acquiritur acceſſione. *ibid. §. 1.*

Poſſ. acquiritur apprehenſione theſauri. *l. 2. §. 3. ff. eod.*

Poſſ. acquiritur apprehenſione ab hærede factâ. *l. qui univerſas. §. 5. ff. eod.*

Poſ-

Poſſ. acquiritur adſpectu ſolo, ſi interveniat traditio poſſeſſionis. *l. quòd meo nomine. §. 2. ff. eod.*

Poſſ. acquiritur animo. *l. quarundam rerum. ff. eod.*

Poſſ. acquiritur conductione. *l. qui bonâ fide. in pr. ff. eod.*

Poſſ. acquiritur conſtituto. *l. quod meo nomine. ff. eod.*

Poſſ. acquiritur corpore & animo. *l. 3. §. 1. ff. eod.*

Poſſ. acquiritur donatione. *l. prædia. ff. eod.*

330. Poſſ. acquiritur donatione inter virum & uxorem. *l. quod uxor viro. ff. eod.*

Poſt electionem non eſt ad omiſſum regreſſus. *l. quod in heredem.§.eligere.ff.de tribut.act.*

Poſt lit. cont. accidentia requirunt arbitrium iudicis. *l. quod ſi nolit.§.ſed hoc.C.de ædil.edict.*

Poſt diſpenſum matrimonium triſtis eſt exitus.*l.cum non ſolum.C.de bon.quæ lib.*

Poſt terminum non debet iudex audire teſtes. *l. mancipiorum.ff.de accuſat.*

900. Poſt inventionem ſapientiæ ſupervenit plenitudo gratiæ. *Bal.rub.Inſt.in pr.*

Poſt lit.cont.nemo ordinariæ ſedis declinat examen. *l.nemo C.de iur.om.iud.*

Poſt moram reſtituendi ſunt fructus. *Anguſol.conſ.29.nu. 8 lib.6.*

Poſt tempus prohibitum videtur ante illud fuiſſe permiſſum. *l.proin.ff.de conſt*

Poſt diffinitivam non dicitur durare vel eſſe iudicium, licet duret effectus. *Bal.l.græcæ.ff.de fideiuſſ.*

Poſtponenda eſt conſuetudo veritati & rationi. *per tot.de conſuet. diſt.8.*

Poſt mortem reſtituere rogatus, ante reſtituere poteſt. *l. poſt mortem. C.de fideicom.*

Poſt intentatum petitoriū poteſt intentari poſſeſſorium retinendæ. *Grib.de rat.ſtud.lib.1.cap.9.*

Poſt omnes heredum gradus exheredatio ab omnibus gradibus facta ſcripta videtur. *l. cum poſt omnes. C. de lib.prat.*

Poſt legalem dilationem, quæ iudicatis datur, executio legitimè fieri debet. *l. eos quos. ff. de execut. rei iud.*

910. Poſt finitam tutelam ſuſpecti cognitio ſolvitur. *l.poſt finitum.ff.de ſuſpect.tut.*

Poſt lit.cont.poſſeſſor in reali malæ fidei conſtituitur. *l. litigator.C.de fructib & lit.expenſ.*

Poſt abſolutum dimiſſumque iudicium, nefas eſt, litem alteram conſurgere ex litis primæ materia. *l. terminato. C.eod.*

Poſt

Poſt mortem defuncti quæſita non conferuntur. *Alex. l. nec emancipati. C. de collat.*

Poſt litem conteſtatam moram purgare non licet. *l. ſi inſulam ff. de V. O. l. 1. ff. de pen. leg.*

Poſt mortem nemo accuſari poteſt. *c. admonere. 33. quæſt. 2.*

Poſt ius amiſſum ſera eſt pœnitentia. *Curt. Sen. conſ. 264. num 4.*

Poſteriora potiora prioribus. *l. ult. ff. de conſtit.*

Poſteriora derogant prioribus. *l. non eſt novum. ff. de LL.*

Poſteriora debent inſpici & intelligi. *l. ſi tibi. ff. de cert. pet.*

920 Poſteriora iura recipiunt diſtinctionem à prioribus. *l. ſciendum ff qui ſat. cog.*

Poſteritas innocens nullis afficienda eſt iniuriis. *l. cum apertiſſimè. C. de ſec. nupt.*

Poſteritas legitima quæritur legitimis matrimoniis. *l. communium. C. de nat. lib.*

Poſterorum appellatione non veniunt deſcendẽtes ex fœminâ *Loaz. l. filiusfam. n. 27. ff. de leg. 1.*

Poſthumorum agnitione rumpitur teſtamentum. *§. 1. Inſt. de exher. lib.*

Poſthumus non eſt in poteſtate patris. *l. fin. ff. de collat. bon.*

Poſthumi ſuccedunt æquè ac iam nati. *l. 1. C. de poſth. hered. inſtit.*

Poſthumis omnia iura ſervari debent. *l. qui in utero. ff. de ſtat. hom.*

Poſthumus eſt incognitus re & ſpe. *l. ſi quis ita inſt. ff. de teſt. tut.*

Poſthumus non poteſt exheredari. *l. ſi quis in ſuo. § 1. C. de inoff. teſt.*

930. Poſthumus natus vivo teſtatore inſtituendus vel exheredandus eſt, iure antiquo. *l. 4. C. de poſth. hered.*

Poſthumus præteritus teſtamentum rumpit. *l. 2. C. de bon. poſſ cont. tab.*

Poſthumus præteritus non agit ad legitimam, ſed ad univerſum ius, teſtamento reſciſſo. *l. omnimodo. §.1. C. de inoff. teſt.*

Poſthumus vivus rumpit teſtamentum licet illico deceſſerit. *l.3. C. de poſth. hered.*

Poſthumus unus conditioni liberorum ſatisfacit. *l. iubemus § 2. C. ad Trebell.*

Poſthumi exheredatio intelligitur de primo naſcituro. *DD. l. ſed & quæſitum. ff. de lib. & poſth.*

Poſthumi agnatione rumpitur teſtamentum. *Spec. de inſt. edit. §. compendioſè. V. pone.*

Poſthumi hodiè exheredari non poſſunt. §.1. *Inſt. de exher. lib.*

Poſthumis fit collatio etiam ab emancipato. *l. poſthumo. C. de collat.*

Poſthumus alienus poteſt hodiè indiſtinctè inſtitui. *Bart. l. poſthumus. ff. de inoff. teſt.*

940. Poſthumus non videtur exheredatus exheredatis filiis. *gl. & Bar. l. Titius ff. de lib. & poſth.*

Poſthumus habet querelam ex caſu, quo competeret iam nato. *Bal. l. poſthumus ff. de inoff. teſt.*

Poſthumus reſtituitur in integrum. *l. etiam. ff. de reſtit. in int.*

Poſthumus antequam naſcetur, non eſt ſuus. *Iaſ. & DD. l. poſthumus. C. de collat.*

Poſthumus ignoranter præteritus ſuccedit rumpendo. *Bar. l. ſi cum vel in utero. C. de teſt. mil.*

Poſthumus monſtroſus præteritus non rumpit teſtamentum. *Bal. l. pen. C. de poſth. her. inſt.*

Poſthumus filius præfertur amitæ. *Bald. l. inteſtato. C. de ſuis & leg.*

Poſthumus poteſt ſubſtitui filio. *gl. & Bar. l. ſubſtitui. ff. de vulg. & pup.*

Poſthumus non poteſt committere ingratitudinem. *Bal. l. ſi quis in ſuo. C. de inoff. teſt.*

Poſthumus eiuſdem iuris eſt in ſucceſſionibus cuius eſt is, qui iam natus eſt. *l. 4. in fi. C. de lib. præter.*

950. Poſt-

950. Poſthumus militis ab ignorante præteritus ſuccedit ab inteſtato. *l. ſi eum. C. de teſt. milit.*

Poſthumus moriens in manibus obſtetricis rumpit teſtamentum. *l. 3. C. de teſtam.*

Poſthumo præterito, quamvis natus illico deceſſerit teſtamentum ruptum non reſtituitur. *l. uxoris. C. de poſth. hered.*

Poſthumus tantum natus partem facit in legato. *l. utrum. ff. de reb. dub.*

Poſthumus habet idem ius, quod iam natus. *Bal. l. poſthumo. n. 1. C. de collat.*

Poſthumus habetur pro nato, quoties de eius commodo agitur. *l. qui in utero. ff. de ſtat. hom.*

Poſtliminium fingit, eum, qui captus eſt, ſemper in civitate fuiſſe. *§. 5. Inſt. quib. mod. ius pat. pot.*

Poſtliminium locum habet in agris. *l. ſi captivus. §. 1. ff. de capt. & poſtlim. rev.*

Poſtliminium locum habet in captis, ab hoſtibus reverſis. *l. 4. & 5. § 2. ff. eod.*

Poſtliminium habet locum in damnatâ in opus ſalinarum captâ à latrunculis ac redempta. *l. 6. ff. eod.*

960. Poſtliminium habet locum in equis freni patientibus. *l. 2. §. 1. ff. eod.*

Poſtliminium locum habet in exiſtentibus in iure. *l. in bello. § cætera ff. eod.*

Poſtliminium habet locum in hominibus cuiuſcunque ſexûs aut ſtatûs. *l. poſtliminium. § fin. ff. eod.*

Poſtliminium habet locum in liberis perſonis & ſervis. *l. ſi ager. ff quib. mod. uſufruct.*

Poſtliminium habet locum in milite capto. *l. 3 ff de capt. & poſtl rev.*

Poſtliminium locum habet in nato apud hoſtes. *l. divi Severus. ff eod.*

Poſtliminium habet locum in navibus longis ac onerariis, propter uſum belli. *l. 2. in pr. ff. eod.*

Poſtliminium habet locum in poteſtate patriâ & dominicâ. *ibid. & l. in bello § 1. ff. eod.*

Poſtliminium habet locum in ſervo reverſo in poteſtatem domini. *l. fin. ff. eod.*

Poſtliminium habet locum in ſubſtitutione pupillari. *l. pater. ff. eod.*

970. Poſtliminium habet locum tempore belli aut pacis. *l. in bello. in pr. ff. eod.*

Poſtliminium non habet locum in armis. *l. 2. §. 2. ff. eod.*

Poſtliminium non habet locum in capto, qui, cum poſſet, non rediit. *l. ſi captivus in pr. ff. eod.*

Poſtliminium locum non habet in codicillis quos captivus fecit. *l. in bello §. codicilli. ff. eod.*

Poſtliminium non habet locum in dedentibus ſe hoſti, ſi revertantur. *l. 4 & l. poſtliminio ff. eod.*

Poſtliminium locum non habet in fœderatis. *l. non dubito. in pr. ff. eod.*

Poſtliminium non habet locum in liberis. *ibid. §. 1.*

Poſtliminium non habet locum in navibus piſcatoriis vel voluptuariis. *l. 2 § 1 ff. eod.*

Poſtliminium non habet locum in prædâ. *l. ſi quid bello. ff. eod.*

Poſtliminium non habet locum in renunciante. *l. poſtliminii ius §. 3. ff. eod.*

980. Poſtliminium non habet locum in transfugis. *l. poſtliminium. §. 4 & ſeqq. ff. eod.*

Poſtliminium non habet locum in veſtibus. *l. 3. ff. eod.*

Poſtliminium non habet locum in uxore. *l. non ut à patre & l. cum duæ ſpecies. ff. eod.*

Poſtliminium non habet propriè, qui captus non eſt. *l. 1. C. de poſtlim. reverſ.*

Poſtulare poteſt ab exilio reverſus. *l. Imperator Titus. ff. de poſtul.*

Poſtulare poteſt tutor in causâ pupilli contra patrem eius. *l. fin. ff. eod.*

Poſtliminium fingit eum, qui captus eſt, in civitate ſemper fuiſſe. *§. ſi ab hoſtib. inſt. quib. mod. ius pat. pot. ſol.*

Po-

Digitized by Google

Poſtulare poteſt Advocatus fiſci pro ſe ſuisque adverſus fiſcum. *l petitiones C. de adv. div. iud*

Poſtulare poteſt maior. 25. annis pro aliis. §. 7. *inſt. quib. ex cauſ. man.*

Poſtulare poſſunt libertini, ſi literis eruditi ſint. *l. 2 C. de poſtul.*

990. Poſtulare non poteſt adoleſcens. *l. 1. § 3. ff eod.*

Poſtulare non poteſt advocatus fiſci contra eum. *l. pen. in pr. ff. eod.*

Poſtulare non poteſt cæcus. *l. 1. § ſecundo loco.*

Poſtulare non poteſt damnatus calumniæ publico iudicio. *l. 1 §. removet ff. eod.*

Poſtulare non poteſt fatuus. *l. 2 ff. eod*

Poſtulare non poſſunt decuriones contra patriam ſuam. *l. pen. § 1. ff eod.*

Poſtulare non poteſt minor uſq. ad 19 annũ. *l. 1. §. 3. ff. eod.*

Poſtulare non poſſunt infirmi. *l. 4. ff eod.*

Poſtulare non poteſt infamis. *l 1 § ait prætor. ff eod.*

Poſtulare non poteſt muliebria paſſus, niſi ſit vi paſſus. *l. 1. §. removet a. ff. eod.*

1000. Poſtulare non poteſt mutus. *l. 3. §. 3. ff. eod.*

Poſtulare non poteſt mulier. *l. 1 § 3. ff. eod.*

Poſtulare non poteſt prodigus. *l. 3. §. 3. ff. eod.*

Poſtulare non poteſt prohibitus à iudice vel à præſide. *l. ex eâ cauſâ ff. eod.*

Poſtulare nequit, qui negotiis ſuis propter aliquem perpetuum morbum ſupereſſe non poſſunt. *l. & qui. ff eod.*

Poſtulare nequit, qui operas ſuas locavit, ut cum beſtiis pugnaret. *l. 1. §. removet. ff. eod.*

Poſtulare nequit ſurdus. *l. 1. §. 3. ff. eod.*

Poſtulare nequit Advocatus, qui patrocinium mandato iudicis præſtare noluit. *l. pen. C. eod.*

Poſtulare nequit hæreticus. *l. fin. C. eod.*

Poſtulare nequit non appellans à perpetua prohibitione agendas cauſas. *l. 1. C. eod.*

1010. Poſtulare nequit non approbatus Doctoris iuramento. *l. nemini. §. 1. C. de adv. div. iudic.*

Digitized by Google

Poſtulare nequit pactus de quotâ litis. *l. quisquis. C. de poſtul.*

Poſtulare nequit periurus. *l. 2. C. de reb. cred.*

Poſtulare nequit quinquennio iuris ſtudio tributo non impleto. *l. 3. §. 4. C. de adv. div. iud.*

Poſtea emergentia indigent auxilio. *l. etſi. ff. de recept. arb.*

Poſtulans in eadem cauſa repellitur ab agendo. *Spec. de act. V. item excipitur.*

Poſtulatio unius creditoris, ut mittatur in poſſeſſionem aliis prodeſt. *l. cùm unius. ff. de reb. ant. iud. poſſeſſ.*

Poſtulatio ſimplex non facit litis conteſtationem. *l. 1. C. de exhib. reor.*

Potentiæ defectus impedit actum. *l. multum. C. ſi quis alt. vel ſib.*

Potentiam excludit actus. *Gribal. §. ſic itaq. Inſt. de act.*

1020. Potentiam pariunt divitiæ. *Vaſq. de contr. illuſt. in præfat. nu. 78.*

Potentia nocendi inſpicitur ſicut nocendi actus. *Marſil. conſ. 65. nu. 57.*

Potentia iuris ubi deficit, voluntas inanis eſt & vacua. *l. 4. & 5. ff. de acq. her.*

Potentia unius alterum opprimere non debet. *l. nec quicquam. §. pen. ff. de off. procenſ.*

Potentiam notant verba legis, non actum. *l. Labeo. ff. de ſtat. lib.*

Potentiâ extortum reſcinditur. *l. fin. C. de his qui vi met. cauſ geſt.*

Potentia faciendi factum repræſentat. *l. qui poteſt facere. ff. de reg. iur.*

Potentia fruſtra eſt, quæ non reducitur ad actum. *l. ſi finita. §. an vero. ff. de dam. infect.*

Potentia adverſarii ſui nemini nocere debet. *l. 2. C. de ann. except.*

Potentialiter dicitur eſſe in referente, quod eſt in relâto in actu. *Rip. l. ait prætor. §. ſi iudec. num. 1. ff. de re iud.*

1030. Po-

1030. Potentatus ratio nuptias prohibet. *l. præfectus. ff. de rit. nupt.*

Poteſtatis officio utiliter inquiet corriguntur. *c. nimium. 23. q. 4.*

Poteſtatis appellatione venit iurisdictio & imperium. *Alex l. eum qui. ff. de iur. om. iud.*

Poteſtas patria eſt inæſtimabilis. *l. filiusfam. ff. de leg. 1.*

Poteſtas omnis à DEO eſt. *c. ſi quis de maior. & obed.*

Poteſtas contra voluntatem pugnans viciat actum. *Anchar. conſ. 1. nu. 4.*

Poteſtas facit alienationem neceſſariam. *l. 1. ff. de fund. dot.*

Poteſtas patris, non matris eſt in iure. *l. 4. ff. de curat. fur.*

Poteſtas principis & ſenatus par eſt. *l. unius. C. de SC.*

Poteſtati alterius qui ſubeſt, non poteſt alium habere in poteſtate ſua. *Spec. de tut. § 2. V. ſed quæritur.*

1040. Poteſtates terrarum non debent eſſe lenes ſubditis & officialibus ſuis. *Bart. l. obſervandum. ff. de off. præſ.*

Poteſtate ignorata non poteſt voluntas ex toto applicari ad poteſtatem. *Bender. de reviſ. concluſ. 4. numero 163.*

Potentior eſt forma quam materia. *Iaſ. lib. 1. num. 21. ff. de V. O. Bal. l. fin. C. de ſer. fug.*

Potentior cauſa nocentem perimens prævalet. *l. 3. §. ſi quis palam. ff. de iur. fiſc.*

Potentior & fortior eſt diſpoſitio legis quam hominis. *l. 3. ff. de teſtam. l. teſtandi C. de offic. præſid.*

Potentior rogando cogit. *Fel. c. 1. num. 3. de off. deleg.*

Potentior eſt hominis dilatio, quam legis. *Gul. Mayner. l. dolo facit. nu. 4. ff. de reg. iur.*

Potentiores non debent opprimere inferiores. *l. illicitas. §. ne potentiores ff. de off. præſid.*

Potentes ſolent facile dubitare, *Bal. l. quidam. C. de neceſſ. ſer. her. Inſtit.*

Po-

Potens peræquè potens non tollitur. *l. generaliter. ff. de fideiuſſor.*

1050. Potentum Procuratores nihil perperam aut iniuſte debent committere. *l. moderatores. C. de off. rect. prov.*

Potentius trahit ad ſe minus potens. *l. quæritur ff. de ſtat. hom.*

Potentius eſt factum in iudicio, quam extra *Mol. l. 1 nu 30. ff. de V. O.*

Potentius eſt ius commune, quam ſpeciale. *l. eius militis. §. militia. ff. de mil. teſt.*

Potentius ius commune eſt, quam ſpeciale, & difficilius tollitur. *ibid.*

Potentius eſt æs alienum legato. *Bertrand. conſ. 18 num. 4. V. 2.*

Potentior accuſare non poteſt per procuratorem. *l. tunc convenit. C. de accuſat.*

Potentior agere poteſt civiliter per procuratorem. *ibid.*

Potentior inſcribere quandoque tenetur. *l. ſi quis. C. eod.*

Potentior præſens quandoque eſſe debet, in criminibus. *l. tunc convenit. C. eod.*

1060. Potentior procuratorem dare poteſt in pecuniariis cauſis, non autem in criminalibus. *ibid.*

Potentiores actiones in ſe transferre non debent. tot. tit. *C. nè lic. potent.*

Potentiores lites alienas ſuſcipiunt interdum pecuniâ datâ, interdum acceptâ *l. 1. C. eod.*

Potentiores litigantibus patrocinium præſtare non debent. *ibid.*

Potentiorum inſolentia à præſide provinciæ compeſci ſolet, ſi poteſt, aliàs à Principe. *l. 2 C. de off. rect. prov.*

Potentia propinqua actui pro actu habetur. *Bal. l. ſi impuberi. ff. de tut. & cur.*

Potentia aliquando prodeſt, aliquando nocet. *c. 2. de ſuppl. neglig. Prælat*

Potentia ubi deficit, ibi deficit & actus. *Bal. l. filium. n. 9. ff. de his qui ſui vel al. iur.*

Po-

Digitized by Google

Potentia ante actum eſt conditio, *Bal. conſ.105. V.2.*

Potentia ſola nō ſufficit niſi actu ſubſecuto. *Io And. c. actus legitim. de reg. iur. lib. 6.*

1070. Potentia & actus ſimul eſſe non poſſunt. *§. ſic. itaq. Inſt. de actionib.*

Poteſtas dominica iuris gentium eſt. *§. 1. Inſt. de his qui ſui vel al. iur.*

Poteſtas gladii vel cohercitionis cui quàm data ab eodem transferri non debet. *l. ius civile. ff. de iuſt. & iur.*

Poteſtas inæqualis non facit pietatem paternam inæqualem. *l. 4 ff de curat. furioſ.*

Poteſtas patris in liberos ex iuſtis nuptiis natos, tantum eſt civium Rom. *l. 3. & 4. ff. de his qui ſui vel al. iur.*

Poteſtas non ſtatim infert neceſſitatem. *l. 1. C. quomod. & quand. iud.*

Poteſtas dominica ſolvitur damnatione in metallum ſervi, nec reſtitutione recuperatur. *l. fruſtra. C. de ſent. poſſ.*

Poteſtas emendandi propinquos minores in immenſum non extenditur. *l. 1. C. de emend. propinq.*

Poteſtas patria competit libertis in liberos legitimos. *l. libertas. C. de pat. poteſt.*

Poteſtas patria non competit mulieribu. *l. ubi aviarum. C. de ſuis & leg.*

1080. Poteſtas patria exercenda eſt in liberos. *l. cum oportet. §. 2. C. de bon. quæ lib.*

Poteſtas patria impedit teſtamenti factionem in filiofam. *l. 3. C. qui teſt fac. poſſ.*

Poteſtas patria minuit pœnam filii. *l. 3. C. de inceſt. nup.*

Poteſtas patria minuitur iure novo. *Auth. defuncto. C. ad SC. Tertull.*

Poteſtas patria ſolvitur actu ſolenni *l. 3. C. de emanc liberor.*

Poteſtas patria ſolvitur ætate 45. annorum. *ibid.*

Poteſtas patria ſolvitur morte & caſu. *ibid.*

Poteſtas patria ſolvitur conteſtatione ſimplice à patre factâ apud iudicem. *ibid.*

Poteſtas patria ſolvitur deportatione filii. *l. in inſulam. C. de ſent. poſſ.*

Po-

Poteſtas terrarum debet confirmari ab Imperatore. *tit. de pac. Conſtant.*

1090. Poteſtas invitus non poteſt in officio refirmari. *Bal. l. invitos. C. locat.*

Poteſtas incipit habere iurisdictionem iurato officio, & non ante. *Ang. Auth. ut iud. ſine quoq. ſuff. coll 2.*

Poteſtas debet eſſe ſpeculum ſucceſſori. *Spec. de Adv. § conſequenter. ad fin.*

Poteſtas poteſt eſſe illiteratus, ſed debet tenere aſſeſſorem. *Bal. l. certi iuris. C. de iud.*

Poteſtas inveſtitur per baculum. *Bal. c. 1. quid ſit inveſt.*

Poteſtas terrarum dicuntur de magiſtratibus. *Alex. l. diem functo. ff. de appell.*

Poteſtates terrarum non poſſunt capi pro repræſaliis. *Bar. l. 2. § legatis ff. de iud.*

Poteſtates dicuntur habere iurisdictionem ordinariam. *Bal. add. Spec. de iur. om iud. V. poteſtates.*

Poteſtates poſſunt delegare & vicarios ſubſtituere. *ibid.*

Poteſtas ſi non ſit in loco, Priores ſunt adeundi. *l. ubi abſunt. ff. de tut. & cur.*

1100. Poteſtas & Epiſcopus habent iurisdictionem contra conventiculas illicitas. *Bal. c. conventiculas. de pac. iur. firm.*

Poteſtas non poteſt remittere pœnas. *Bal. l. præſes. C. de tranſact.*

Poteſtas non poteſt remittere debita Communitatis debitoribus. *ibid.*

Poteſtas iurans ſervare ſtatuta, non poteſt ea transgredi, ſed debet præciſè ſervare. *Bal. Auth. hodie. C. de iud.*

Poteſtates terrarum poſſunt bannire, ſicut rex. *gl. c. hîc fin. lex Conradi. Alex. l. 1. ff. de requir. reis.*

Poteſtas non poteſt facere banna ſine Priorum populi licentiâ. *Bal. l. nulli. C. de ſent.*

Poteſtates non poſſunt facere Statuta pœnalia in delictis, in quibus non reperitur pœna determinata. *Bar. l. omnes populi. ff. de iuſt. & iur.*

Poteſtas non cognoſcit de iniuriâ illatâ ſibi vel ſuæ familiæ. *gl. & Bar. l. Senatus. ff. de off. præſ.*

Digitized by Google

Poteſtas non cognoſcit de cauſis, niſi poſt iuratum officium. *Ang. Auth. ut iud. ſine quoq ſuff. all. 2.*

Poteſtas agit pro collegio non habente caput. *gl. & Bar. l. nulli ff. quod cuiuſq univ. nom.*

1110. Poteſtas iuriſperitus non excuſatur ex imperitiâ aſſeſſoris. *Alex. l. 2. ff. quod. quisq. iur.*

Poteſtas conducens Aſſeſſorem imperitum eſt in culpâ, & tenetur. *Ang. de Perigl. l. 1. ff. de public.*

Poteſtas tenetur pro famulis ſuis, & præſentando eos liberatur. *Bar. l. ſi poſt. C. de Aſſeſſ.*

Poteſtas poteſt non conveniri officio durante. *DD. l. pars literarum ff. de iud.*

Poteſtas ſyndicatur. *Bertach repert. part. 3 fol. 256.*

Poteſtas conſvetudinis maior eſt, quam Principis. *Heigi quæſt iur. civ. & Sax. 1. n. 90. vol. 1.*

Poteſtas omnis legis eſt in poteſtate Principis. *l. qui fundus. C. de om. agror. deſ.*

Poteſtas ſententiæ ſępe certis finibus concluditur. *Schenck. à Taubenb. de ſent. & re iud.*

Poteſtas non importat neceſſitatem affirmativè ſumpta, imò negativè. *l. Generaliter. ff. de off. præſid.*

Poteſtas Imperatoris in adminiſtratione, protectione & iure dicundo occupatur potiſſimum. *l. qui fundum. §. ſi tutor. ff. pro Empt.*

1120. Poteſtas conceſſa alicui faciendi & reformandi, intelligitur de prima vice, non in aliis. *Alex. conſ. 65. vol. 6.*

Poteſtas libera eſt unicuique habendi vel non habendi contractus. *l. ſiquidem. C. de act. & obl.*

Poteſtas omnis eſt impatiens conſortis. *Spec. de iud. §. 4. in pr.*

Poteſtas & iurisdictio ſunt diverſa. *Spec. ibid. §. iurisdictio. V. 118.*

Poteſtas præſumitur remotus culpa officialium. *l. 2. ff. quod quisq. iur.*

Poteſtas terrarum dici non poteſt, niſi habeat merum Imperium. *Caſt. & Alex. l. eum qui ff. de iur. om. iud.*

Digitized by Google

Poteſtas dicitur minor Epiſcopo. *gl. & Alex. l ex ea. ff. de poſtul.*

Poteſtas dicitur ad inſtar præſidis. *Bar. l illicitas. §. qui univerſas. ff. de off. praeſ.*

Poteſtas poteſt ſibi tribunal eligere, dummodo congruum & honeſtum. *Sunar. l. ſi ut proponis. C. quom. & quand. iud.*

Poteſtas poteſt & debet ex neceſſitate convocare concilium, & proponere, quid ſit agendum. *Bar. l 2. C de decur. lib. 10.*

1130. Poteſtas eſt caput collegii laicorum. *Bar. l. nulli. ff. quod cuiuſq. univ nom.*

Poteſtas patria ſolvitur deportatione patris. *l. 3. C. de inſt. & ſubſtit.*

Poteſtas patria ſolvitur dignitate filii. *l. 3. C. de eman. lib.*

Poteſtas patria ſolvitur emācipatione. *l. 3. C. de inſt & ſubſt.*

Poteſtas patria ſolvitur expoſitione ſuæ ſobolis. *l. 2. C. de infant. expoſ.*

Poteſtas patria ſolvitur furore patris. *l. 3. C. de eman. lib.*

Poteſtas patria ſolvitur morte patris etiam civili. *l. 3. C. de inſt. & ſubſtit.*

Poteſtas patria ſolvitur negociatione filii à patre ſeparatâ. *l. 3. C. de emancip. lib.*

Poteſtas patria ſolvitur nuptiis. *ibid*

Poteſtas patria ſolvitur nuptiis à patre inceſtis contractis. *Auth. inceſtas. C. de inceſt. nupt.*

1140. Poteſtas patria ſolvitur præſcriptione longi temporis. *l 1. C. de pat. pot.*

Poteſtas patria non ſolvitur militiâ. *l. ſi maritus. C. eod.*

Poteſtas patria non ſolvitur nudo conſenſu. *l. 3. C. de emancipat. liber.*

Poteſtas patria non ſolvitur nuptiis filiæfam. *l. ſi uxorem. C. de condit. inſert.*

Poteſtas patria non ſolvitur nuptiis ſolis. *l. filia. C. de collat.*

Poteſtas ſententiæ certis finibus concluditur. *l. ex ſtipulatione. C. de ſent. & interloc.*

Poteſtas vitæ neciſque olim patribus in liberos erat. *l fin. C. de pat. pot.*

Po-

Digitized by Google

Poteſtas una cui non eſt, idem eſſe non poteſt. *l. pen. C. de codicill.*

Poteſtatis ius non ſequitur filiusfam: quantum ad ius publicum attinet. *l. nam quod ad ius. ff. ad Trebell.*

Poteſtatis iura non inſpiciuntur in ſucceſſione inteſtati. *Auth. in ſucceſſione. C. de ſuis & legit.*

1150. Poteſtatis patriæ effectus eſt, ut dos profectitia ad eum redeat. *Auth ſed quamvis. C. de rei ux. act.*

Poteſtate decoratus poteſt inſtitui heres. *l. non dubium. C. de teſtam.*

Poteſtate patriâ liberatus, niſi adoptione, in eâ honeſtè non revertitur. *l. qui liberatus. ff. de adopt.*

Potionis oblatio actus neceſſarius eſt. *l. cum antiquitas. C. de teſtam.*

Potior in dominio eſt, cui res prius tradita eſt, licet alius in titulo prævenerit. *l. quoties C. de rei vend.*

Potior in pignore eſt creditor ſub conditione eo, qui eâ pendente contraxit. *l. qui balneum. §. 1. ff. qui pot. in pig.*

Potior in pignore eſt creditor generalis & prior ſpeciali & poſteriore. *l. 2. ff. eod.*

Potior in pig. eſt creditor ex iudicati cauſa prius pignus habens, poſteriori. *l. ſi & iure. ff. eod.*

Potior in pig. eſt creditor primus novans poſteriorem obligationem, poſteriori ante novationem contrahente. *l. creditor. ff. eod.*

Potior in pig. eſt creditor prior, qui tenetur ad univerſæ quantitatis prius promiſſæ ſolutionem, poſteriore. *l. 1. ff. eod.*

1160. Potior in pig. eſt creditor ſecundus omnibus poſterioribus. *l. creditor. §. ſi ſimpliciter. ff. eod.*

Potior in pig. eſt emptor iuris prioris creditoris, poſteriore. *l. eum qui. ff. eod.*

Potior in pig. eſt legatarius ſub conditione, eo, qui pendente contraxit. *l. qui balneum, §. 2. ff. eod.*

Potior in pig. eſt locator, ratione temporis locationis celebratæ, non peractæ, *ibid.*

Potior in pig. eſt novans priorem obligationem poſtea, creditore ſecundo, licet ante contraxit. *l 3 in pr. ff. eod.*

Potior in pig. & poſſeſſor, ſi duobus à diverſis non dominis pignus datum ſit. *l creditor. ff. eod.*

Potior in pig eſt poſterior priore, ſi prior ius ſuum remittit. *ibid.* §. 4.

Potior eſt in pig. poſterior priore ex antecedente. *l.* 3. §. 2. *ff. eod.*

Potior in pig. eſt prior poſteriori. *l. inſula ff. eod.*

Potior in pig eſt prior tempore in pari cauſâ. *l. fin. ff. eod.*

1170. Potior in pig. eſt prior ſive privatus ſive reſpubl. poſteriori fiſco. *l. ſi pignus ff. eod.*

Potior in pig. eſt ſuccedens in locum prioris, poſteriori fiſco. *l. fin ff eod.*

Potior in pig. eſt creditor hypothecarius chirographario. *l. pro debito. C. de bon aut. iud. poſſ.*

Potior in pig. eſt creditor, qui pignori res accepit, quàm chirographarius. *C. eod.*

Potior in pig. eſt donatarius prior creditore poſteriore. *l. ſi quidem. C. de don. int. vir. & ux.*

Potior in pig. eſt dos antiquior novâ. *l. fin.* §. 1. *C. qui pot. in pig. hab.*

Potior in pig. eſt dos prior novercâ, id eſt, uxore ſecundâ, niſi aliquid ex ſecundâ dote appareat. *Authent. ſi quid. C. eod.*

Potior in pig. eſt dos ſecunda apparens, dote priore non apparente. *ibid.*

Potior in pig. eſt dos cæteris creditoribus non autem mutuante in rei emptionem. *Auth quod obtinet. C. de pig.*

Potior in pig. eſt dos his, quorum pecunia res empta eſt vel refecta, exceptâ cauſâ militiæ. *Auth. quo iure C. qui pot. in pig. hab.*

1180. Potior in pig. eſt dotem dans, quàm reſpubl. poſteà cum marito contrahens. *l. dotis tua. C. de iur. dot.*

Potior in pig. eſt emens à priore. *l. ſi generaliter. C. qui pot. in pig. hab.*

Potior in pig. eſt filius prioris matrimonii, ſecundâ uxore. *l fin.* §. 1, *C. eod.*

Po-

Potior in pig. eſt filius ſecundi matrimonii filiis prioris, quatenus dos matris ſuæ apparet. *Auth ſi quid. C eod.*

Potior in pig. eſt filius & uxor cæteris omnibus creditoribus. *Auth. quod obtinet. C. eod.*

Potior in pig. eſt fiſcus prior, ſi tacitum ſit pignus, muliere poſteriore. *l. 2. C. de privil. fiſc.*

Potior in pig. eſt generalis hypotheca prior fiſco poſteriore. *l. ſi generaliter. C qui pot. in pig. hab.*

Potior in pig. eſt hypothecarius prior republ. poſteriore. *l. 3. C. de remiſſ pign.*

Potior in pig. eſt hypothecarius ſecundus priore chirographario. *l 1. in fi. C. Etiam ob chirograph. pec.*

Potior in pig. eſt is, cum quo primùm de pignore convénit. *l. quoties. C. de rei vend.*

1190. Potior eſt in pig. legatarius defuncti, quàm legatarius heredis. *l. 1. C. de bon aut. iud. poſſ.*

Potior in pig. eſt legatarius miſſus in poſſ. eo, qui poſteà contraxit. *l. 3. C. Vt in poſſ. legat.*

Potior in pig. eſt legatarius priùs in poſſ. miſſus creditore poſteriore. *ibid.*

Potior in pig. eſt legatarius priùs in poſſ. miſſus emptore poſteriore. *ibid.*

Potior in pig. eſt mutuans marito in ſcriptis, ad emendã militiam, ipsâ dote. *Auth. quo iure C. qui pot. in pig.*

Potior in pig. eſt mulier omnibus mariti creditoribus tacitum pignus habentibus. *l. fin. §. 1. C. eod.*

Potior in pig. eſt mulier poſterior, creditore anteriore. *l. pen. C. de iur. dot.*

Potior in pig. eſt mulier poſterior, privato antiquiore. *l. 2. C. de privil. fiſc.*

Potior in pig. eſt mulier prior, in tacito pignore fiſci poſterioris. *l. 2. C. eod.*

Potior in pig. eſt offerens reip. debitũ. *l. 4. C. qui pot. in pig.*

1200. Potior in pig. eſt poſterior militiæ emendæ causâ credens, ipsâ dote. *l. fin. §. 1. C. eod.*

Potior in pig. eſt poſterior ſpecialem habens, priore generalem habente. *l. 2. C. de pig. & hyp.*

Potior in pig. eſt poſterior, ſi priori obtulit, eoque oblatum recuſante conſignavit & depoſuit. *l.1.C.eod.*

Potior in pig. eſt poſterior uxor dotem ſuam demonſtrans priore non apparente. *Auth ſi quid.C.eod.*

Potior in pig. eſt præveniens tempore. *l.2.C.eod.*

Potior in pig. eſt prior etiam in pignore prætorio. *ibid.*

Potior in pig. eſt prior tempore ordine vel conventione. *l.4. C.ad SC.Maced.*

Potior in pig eſt prior ſpecialem habens ſecundo. *l.2.C.de pig.*

Potior in pig. eſt reſp & is, qui ei ſoluto ſucceſſit. *l.4.C.de his qui in prior. cred.loc.ſucceſſ.*

Potior in pig. eſt ſecundus, ſi priori debitum obtulit. *l.1.C. qui pot.in pig.hab.*

1210. Potior in pig. eſt ſolvens fiſco pro debitore fiſcali, ſi ſibi ceſſum ſit privilegium. *l.fin.C.de privil.fiſc.*

Potior in pig. eſt ſolvens fiſco pro patre, ut in fiſci locum ſuccedat cæteris. *l.2.C.de his qui in prior. cred.loc.ſucc.*

Potior in pig. eſt ſpecialis poſterior, priori generali, licet etiam ſpeciale prius habeat, ſed quod generale tantum. *l.2.C.de pig.*

Potior pig. eſt ſpecialis prior, licet etiam generalem habeat ſpeciali poſteriore. *ibid.*

Potior in pig. eſt uxor dotata omnibus creditoribus prioribus tacitam habentibus. *l.fin.C.qui pot.in pig.hab.*

Potior in pig. eſt uxor dotis cauſam perſequens. *l.cum tibi. C.eod.*

Potius valere dicitur quod eſt in veritate quam in opinione. §.*ſi quis rem.inſt.de legat.*

Potius veritas, quam ſcriptura eſt inſpicienda. *Sichard. l. 1.in pr.C.plus val.quod.ag.*

Potius præſumitur bonum quam malum ubi factum admittit utramq. interpretationem. *l.Quintus Mutius.ff. de don. int.vir.& ux.*

Potius creditur ingenuo quam liberto. *Nep.de Monte.alb. de teſtib n.157.*

1220. Potius creditur teſti maſculo quam fœm inę. *ib.n 159.*

Potius creditur diviti quam pauperi. *ib.n.184.*

Po-

Potius ad conſervationem antiquorum ſtudeamus, quam nova ſollicite exquirere. *c. Achacius 24. q. 1.*

Potius eſt vocem funeſtam & contumelioſam interdici quam audiri. *l. ſi quis. C. qui accuſ. non poſſ.*

Potius ſemper ſpectatur naturæ habilitas quam temporale aliquod impedimentum. *l. adigere. ff. de iu. pat.*

Potius inſpicitur cogitatio quam ſcriptum. *l. nec ignorans. C. de donat.*

Potiora ſunt facta verbis. *l. de pupillo. §. meminiſſe. ff. de oper. nov. nunc.*

Potiora iura habentes debent in poſſeſſorio obtinere ſicut in petitorio. *Abb. c. licet cauſam de probat.*

Potior eſt qui rem ad effectum producit. *l. 1. C. de vet. iur. enucl.*

Potior eſt, qui tenet quam qui perſequitur. *l. ſi ſervum. §. ſequitur. ff. de V. O.*

1230. Potior eſt viris bonis metus pudoris, quam mortis. *l. iſti quidem ff. quod met. cauſ.*

Potiſſima pars cuiuſque rei principium eſt. *l. 1. ff. de orig. iur.*

Potiſſimum ſumitur coniectura ex affectione. *Mant. de coniect. ult. vol. lib. 5. tit. 11. n. 1.*

Practica eſt ſcientia digeſtiva. *Sim. de Prat. in proëm, de interp. ult. vol. n. 32.*

Practica eſt vera intellectrix legum. *Bal. c. 1. de feud. ſin. culp. non amit.*

Præbenda clerico in cauſâ iudicati capi poſſunt. *l. 4. C. de execut. rei iud.*

Præbenda non venit in materiâ ſtrictâ appellatione beneficii. *Abb. c. poſtulaſti de reſcript.*

Præbendæ nulla eſt collatio, niſi purè, palam, liberè & ſine diminutione conferatur. *l. fin. de pact.*

Præbenda propriè dicitur quando bona Eccleſiæ diviſa ſunt, aliàs dicitur portio. *Card. Clem. 2. §. 1. de at. & qual.*

Præbendæ appellatione veniunt omnia beneficia. *Fel. c. poſtulaſti. de reſcript.*

Præbendæ ſunt quandoq. annexi ordines & ſapit aliquid ſpirituale, & non eſt merè temporale. *Card.Clem.2.§.1. de æt & qual.*

Præbenda monachalis & monachiâ aſſecuta conſtat in victu & veſtitu. *Card.Clem.2 q.3.de iud.*

10. Præbenda oritur ex Canoniâ, tanquam filio à matre, *ibid.*

Præbenda dicitur à precio, quod quis percipit pro labore. *ibid.*

Præbenda etiam abſenti conferri poteſt. *Bal.l.ſancimus.§. ſed ſi quis.C.de Lat.& lib.toll.*

Præbenda filiuſam. clerici habetur loco peculii caſtrenſis vel quaſi. *DD.l.ſacroſanctæ.C.de Epiſ & cler.*

Præbenda clerici condemnati non poteſt auferri pro executione ſententiæ. *DD.l ſtipendia.C. de ex. rei iud.*

Præbenda poteſt locari. *Archid.c.Abbatib.12.q.2.*

Præbenda inconſueta concedi non poteſt impetrari. *Bar.l. 2.C.qui pet.bon ſubla lib.10*

Præbenda vacans in Curiâ non poteſt operari. *Rot. deciſ. 299. in nov.*

Præbenda non datur invito. *Bal. l.nec emere,C.de iur delib.*

Pręb endæ unius Eccleſiæ poſſunt eſſe plures, quàm Canonici, non pauciores. *Inn.& DD.c.maioribus.de præbend.*

20. Præbenda nimis magna poteſt minui, ut addatur minori, *ibid.*

Præbenda non poteſt conſtitui, ubi non ſunt fructus. *ibid.*

Præbenda proximè ſequens debet ſurrogari loco vacantis. *Bal.l.ſi is qui tres.ff.de excuſ.tut.*

Præbenda prior dicitur, quæ prius habet effectum & confirmationem. *ibid.*

Præbenda cum præbendâ mutari nequit. *c. quæſitum. Ep de rer. permut.*

Præbendæ à principio i. tempore conſtitutionis debent eſſe pares. *Abb.c.cùm M. de conſtit.*

Præbendæ novæ non debent eſſe minores, quam antiquę. *ibid.*

Præ-

præbendæ diviſio fieri poteſt ex cauſa. *ibid.*

Præbendarius non obligat ſucceſſorem contrahendo. *Inn. c. fin. ne præb. vic.*

Præbendarius poſſidet naturaliter & civiliter, & facit fructus ſuos, & habetur loco domini. *Bal. l. litigator. C. de fruct. & lit exp.*

30. Præbendarius agere poteſt pro confinibus ſuæ præbendæ. *c. ex literis de prob. l. ſed & loci. ff. fin. reg.*

Præbendarius poteſt contrahere, & teſtari de fructibus præbendæ lucratis. *Bal. l. cum oportet. C. de bon. quæ lib.*

Præbendarius tenetur ad onera Eccleſiæ, in qua habet præbendam. *Bar. l. Caius, ff. de excuſ. tut.*

Precarium tranſit ad heredem concedentis. *l. quæſitum. §. 1. ff. de precar.*

Precario poſſidens non præſcribit. *Bal. conſil. 13. vol. 1.*

Præcavendum eſt vituperabile. *Anch. conſ. 339. num. 9.*

Præcavendum, quantum fieri poteſt, nè ſcandalum generetur. *c. preſbiter. 2. q. 5.*

Præcedens delictum non facit tutorem ſuſpectum. *l. 3. §. quod ſi quis. ff. de ſuſpect. tut.*

Præcedens genus non reſtringitur ſpecierum enumeratione. *l. pediculis. § Labeo. ff. de aur. arg. leg.*

Præcedens voluntas, ſi non ſit derogatoria, poſterior ſervatur. *l. ſi mihi & tibi. §. 3. ff. de leg.* 1.

40. Præcedentia & ſequentia declarant remedia. *l. utrum. ff. de pet. hered.*

Præcedentia & ſequentia coniecturam præbent. *l. ſi ſervus plurium. §. ult. ff. de leg. 1.*

Præcedens clauſula maioris eſt efficaciæ regulariter ad determinandum ſequentia, quàm eſt clauſula ſequens ad determinandum præcedentia. *Matheſil. ſing. 150.*

Præcedentia reſtringunt ſequentia. *l. fin. ff. de trit. leg.*

Præcedentis vitæ actus & uſus maximè ſpectatur. *l. non omnes. ff. de re mil.*

Præcedentia recipiunt interpretationem & reſtrictionem à ſequentibus & è contrà *l. ſi cùm fundum. ff. de V. ſig.*

Præcedens in gradu debet præferri in ſucceſſione. *Bald. §. hac etiam. n. 2. Inſt. de leg. agn. ſucc.*

Præcedentem intentionem non declaret actus ſequens. *l. ſi hi qui. ff. de adult.*

Præcedentia magis influunt in ſequentia, quam è contra. *Sen. Ped. deciſ. 147. n. 16.*

Præcedentia limitant ſequentia. *Ang. l. ſciendum. n. 5. ff. qui ſat. cog.*

50. Præcedens caſum culpa punitur. *Sen. Ped. deciſ. 104. num. 5.*

Præcedens actus declarat animum ſubſequentem. *Pariſ. conſ. 5. nu. 96. vol. 4.*

Præcedere debet inveſtitura fidelitatem. *Schurpff. conſ. 28. nu. 4. cent. 3.*

Præcedit iuſſus, ſequitur autoritas. *l. ſi quis mihi. § iuſſum. ff. de acq. her.*

Præceptor Scholæ civitatis iudex Scholarium. *conſt. Frid. c. ne fil. pro pat.*

Præceptor dicitur pater ſcholarium. *l. 1. C. de exc. art. lib. 10.*

Præceptor patris loco habetur. *Rom. ſing. 139.*

Præceptor debet eſſe eloquens & diligens. *l. Attilius. ff. de donat.*

Præceptor maligne inſtruens in dolo eſt. *l. rectiſſimè. ff. de lib. cauſ.*

Præceptoris perſona debet diſcipulo videri ſancta & honeſta. *gl. l. liberto ff. de obſeq.*

60. Præceptoris opinionem tenetur diſcipulus defendere. *Petr. Gerard. ſing. 62. Bar. l. dicere. ff. de arb.*

Præceptoris nimia ſævitia aſſignatur culpæ. *l. præceptoris. ff. ad l. Aquil.*

Præceptoris officium remunerandum. *l. Attilius. ff. de donat.*

Præceptori præſtare debet diſcipulus alimenta, ſi non habet, unde ſe alat. *Inn. c. 1. de magiſt. l. Aquilius. ff. de don.*

Præ-

Digitized by Google

Præceptum ſuperioris iniuſtum non excuſat. *Marſil. l.1.ff. de ſicar.*

Præceptum de ſolvendo poteſt etiam fieri à delegato. *gl. ſi reus.ff.de procur.*

Præceptum de ſolvendo fieri poteſt ab arbitro. *l. ſi cùm dies.§.fin.C.de exec.rei iud.*

Præceptum de ſolvendo parit actionem in factum, *gl.l.fin. §.neceſſitatem ff.de bon.qua lib.*

Præceptum de ſolvendo factum pluribus intelligitur pro virilibus, *DD.l 1.C ſi plur.un ſent.*

Præceptum de mittendo in poſſ. fieri debet causâ cognitâ. *Bar.l.meminerint.C.Vnde vi.*

70. Præceptum iudiciale requirit probationem & cognitionem, ſecus eſt in extraiudiciali. *Innoc.c.ad aures. de temp.ord.*

Præceptum iudicis ſine cauſæ cognitione non valet. *l.fin. C ſi per vim.*

Præceptum iudicis ſine cauſæ cognitione factum, etiam pro nudâ citatione non habetur. *Innoc.c.tua.de cohab. cler. & mul.*

Præcepto notoriè iniuſto non eſt parendum. *Card. clem.1. § pen.de for. compet.*

Præcepto iniuſto & prohibito reſiſtere poſſumus. *Soc.conſ. 156. vol.2.*

Pręcepto ſuperioris excedenti officium & poteſtatem non eſt obediendum. *Dec.conſ.72.*

Præceptum causâ cognitâ factum habet vim ſententiæ. *Spec.de act.§ 5.V.ſed qualiter.*

Præceptum poſt probationes dicitur diffinitiva. *Alex. conſ.50.*

Præcepti pœna debetur fiſco. *Bar.l.filiusf.ff.de leg.1.*

Præceptum ſuperioris non durat ultra tempus ſuæ iuriſdictionis & officii. *l.fin ff.de pœn.*

80. Præceptum iudicis invalidum nihil operatur. *l. factum.ff.de reg.iur.*

Præceptum ſine causâ non valet. *Bal.l.ſervo alieno §.divi. n.3.ff.de leg.1.*

Præceptis non obedire multoties expedit. *c. non ſemper. 11. quæſt. 3.*

Præceptum expirat primâ eius ſalvatione. *Bal. conſ. 85. volum. 3.*

Præceptum iudicis obſervari debet ad literam. *l. ſi pupillorum. ff. de reb. eor.*

Præceptum eſt neceſſitatis, conſilium eſt liberæ voluntatis. *c. fin. 14. q. 1.*

Præceptum de non alienando ab initio, non requirit citationem adverſarii. *ibid. num. 65.*

Præceptum iudicis nudum à cauſæ cognitione non valet. *DD. l. 1. ff. ſi quis ius dic.*

Præceptum iudicis impoſſibile nullius eſt momenti. *l. fin. ff. de ſent. ſine app. reſcind.*

Præceptum non tribuit ſuperioritatem. *Sichard. conſ. feud. 6. num. 60.*

Præcepta iudicis captioſa non merentur executionem, nec habent vim interlocutoriæ. *Bal. add. Spec. de ſent. ult. chart. V. cervi Roſa.*

Præcepta uno contextu ſimul facta non dicuntur plura, ſed unum tantum. *Spec. de contum. §. 4.*

Præceptum domini excuſat à peccato vel pœnâ. *Id. de feud. §. quoniam. V. 15.*

Præceptum iudicis quandoque eſt ſpecies ſententiæ. *Spec. de ſent. § 2. V. eſt quoq.*

Præceptum iniuſtum non excuſat. *c. ad aures. de temp. ord.*

Præcepto facto alicui, quod eſt contra cõſcientiam, non tenetur obedire. *Dec. conſ. 77. col. 2.*

Præceptum non ligat, quando eſt dubium de iuriſdictione *Inn. c. cum in iure. de off. del.*

Præceptum ſub pœnâ applicandâ parti non valet. *Spec. de ſent. §. ſpecies. V. ſed nunquid.*

Præceptum iudicis poteſt revocari etiam die feriato. *Sunar. l. ſi debitori. ff. de iud.*

Præceptum importat neceſſitatem. *c. quod præcipitur. 4. quæſt. 1.*

Præ-

Digitized by Google

Præcepta executiva non dantur, niſi cum cauſæ cognitione. *Coler. de proceſſ. exec. par. 3. cap. 6. n. 22.*

Præcepta executiva regulariter ſunt prohibita. *l. 1. ff. de execut. rei iud.*

Præceptum executivum loco monitorii eſt. *Coler. de proceſſ exec. par. 3. cap. 7. n. 15.*

Præceptum de non alienando fit ſupra bonis ſoli. *ibid. cap. 11. nu. 54.*

Præceptum nudum dicitur, quod iuris remedia non includit. *Bal. l. quoties. C. de fideicom.*

Præcepti ſpretor poteſt puniri ab ipſo iudice præcipiente. *Spec. de iur. om. iud. V. fin.*

Præceptum pupillo factum valet. *Bal. l. 2. C. de re iud.*

Præceptum non expirat morte. *Spec. de iud. deleg. §. reſtat. V. item mortuo.*

Præceptum de ſilendo fieri poteſt actori, ſicut reo de ſolvendo. *Bal. l peremptorias. C. ſent. reſc.*

Præceptum ſub pœna eſt potius comminatio, quàm condemnatio. *gl. c. 1. de ſagit.*

110. Præceptum poſſeſſori, nè dilapidet, fieri poteſt. *l. pen. §. ex quadrante. ff. de dol. except.*

Præceptum de non recedendo, niſi iuret vel referat, vel ſolvat, valet. *Bar. l. delata. C. de reb. cred.*

Præceptum iudicis excuſat à malâ fide, vera vel præſumptâ. *Caſt conſ. 92.*

Præceptum factum Epiſcopo ligat eius ſucceſſorem. *gl. l. tale. §. fin. ff. de pact.*

Præceptum ſuper notorio fundatum non valet, ſi non ſit notorium. *Bald. add. Spec. de not. crim. V. 1.*

Præceptum faciens ex timore, aliter quam debeat, facit, & ideo non facit. *c. 7. de reg. iur.*

Præceptum comminatorium iudicis non valet, ſi metam taxatam de iure excedat. *Bar. l. un. ff. ſi quis ius dic.*

Præceptum ſive interdictio ſervanda eſt. *Auth. de hered. & Falcid. §. ſi quis autem.*

Præceptum nudum teſtatoris non obligat. *l. Lucius Titius ff. de leg. 3.*

Præ-

Digitized by Google

Præceptum teſtatoris contra bonos mores non obligat. *l. 3. C. de inſt. & ſubſt.*

120\. Præcipitans ſe ſponte vel impatientia doloris heredi innocenti non nocet. *l. factum ſponte. C. de accuſ.*

Præceptiones continentur in reſtitutione univerſali. *l. cum virum prudentiſſ. C. de fideicom.*

Præceps feſtinatio nullo digna eſt præmio. *l. edicto. §. cum ante. ff. de iur. fiſc.*

Præcipitanter non eſt ferenda ſententia. *c. DEVS Omnipotens. 2. q. 1.*

Præcipitata voluntas iudicis eſt noverca iuſtitiæ. *Marſil. conſ. 48 nu 35.*

Præcipuus favor debetur teſtamento. *c. cùm dilecti. de donat.*

Præciſè tenetur venditor rem tradere. *l. ult. C. de cont. empt.*

Præciſè ad factum nemo obligatur. *l. fideicommiſſa §. fin. ff. de leg 3.*

Præcipitanter lata ſententia nulla eſt. *DD. c. cùm Bertoldus. § fin ff. de re iud.*

Præciſa eſt daudi obligatio in contractibus nominatis. *Schurpf. conſ. 79 n. 2. cent. 3.*

130\. Præciſa verba legis directa uni ex correlativis non extenduntur ad alterum. *Matheſil. l. omnes populi. ff. de iuſt. & iur.*

Præconis vocem non audiens excuſatur. *Specul. de citat. §. 1. V. item quod clamorem.*

Præconis vox horrida quieſcat diebus feſtivis. *ibid.*

Præconis vocem ignorare eſt lata culpa. *Mayner. l. contractus n. 16. ff. de reg. iur.*

Prædari licet ab hoſtibus. *l. 2. C. de commer. & mercat.*

Præda in bello iuſto facta poteſt retineri ſalva conſcientia. *Alex. l. ſi quid in bello ff. de capt.*

Præda per ſtatutum poteſt permitti. *Bald. c. 1. de mil. vaſal.*

Præda hoſtibus eſt permiſſa. *Bal. l. 2. C. de commer. & merc.*

Præda ſi reſtituatur accepta pecunia debet reſtitui quic-

quid

quid accipitur tanquam turpiter acceptum. *Bal.l.fin.C. de cond.ob turp.cauſ.*

Præda eſt caſus fortuitus. *Bald.l.creditor.ff.de ſolut.*

140. Prædam dux belli debet dividere inter milites. *l.1.ff. de vi arm.*

Prædam ſuam non putat iudex alienum iurgium. *Spec.de Salar.§.2.V.ſi vero.*

Præda recuperata debet gratis reſtitui patronis vel dominis. *Bal.l.ab hoſtib.C.de poſtlim.reverſ.*

Prædo dicitur, poſſidere. *l.fin.C.ſi per vim vel al.mod.*

Prædo non præſcribit propter malam fidem. *Flor.l.ſervitutes.ff.de ſervit.*

Prædo reſtituens rem ablatam non evitat pœnam. *l. non prodeſt.ff.vi bon.rapt.c.apoſtolus.13.q.2.*

Prædo perdit melioramenta. *Ang.l.ex argento.ff.de cond. fur.*

Prædo dicitur etiam, qui propria autoritate occupat rem emptam vel ſtipulatam. *DD.l.ſi ex ſtipulatione.ff.de acq.poſſ.*

Prædo tenetur de fatalitate. *l.illud.ff.de pet.her.*

Prædo dicitur, qui nullam cauſam poſſidendi habet. *l.ſed etſi.§.quod a.ff eod.*

150. Prædo non poteſt dici, qui rem accipit voluntate cedentis. *Cephal.conſ.272.n.80.*

Prædo etiam in poſſeſſione ſua manutenendus eſt & tuendus. *Gail.lib.2.obſ.76.n.8.*

Prædo rei interitu non liberatur. *l.1.ff.de vi arm.*

Prædo dicitur, qui facit contra conditionem ſibi appoſitam in acquirendo. *Bald.Auth.cui relictum.C.de ind. vid.toll.*

Prædo præſumitur interdum poſſeſſor. *Spec.de locat.§.6. V.36.in med.*

Prædonibus ſtipendium etiam promiſſum non debetur. *Bal.l.ſi fideiuſſor.C.mand.*

Prædonum damna dicuntur caſus fortuitus. *Bart.l.creditor.ff.de ſolut.*

Præde-

Digitized by Google

Prædium emphyteuticum minoris ſine decreto alienari nequit, *l. etiam vectigale. C de præd. & al reb. min.*

Prædium patrimoniale minoris, ſine decreto alienari non poteſt. *ibid.*

Prædium ruſticum minoris diſtrahi poteſt ob æs alienum, decreto tamen. *l. ob æs alienum. C. eod.*

Prædium ruſticum ſecernitur ab urbanis, non loco, ſed qualitate. *l. pen. C. eod.*

180. Prædium ſuburbanum ſecernitur ab urbanis, non loco ſed qualitate. *ibid.*

Prædium non dicitur, niſi traditâ poſſeſſione. *Gail. lib. 2. obſer. 79. n. 9.*

Prædii appellatione venit etiam pars eius. *l. dotatis. §. 1. ff. de fund. dot.*

Præeminentia dignitatis ſuſpicionem fraudis removet. *c. niſi eſſent. de præbend.*

Præfatio declarat animum loquentis. *l. fin. ff. de hered. inſtit.*

Præfatio ſignificat cauſam finalem actus. *Menoc. conſ. 290. num. 4.*

Præfatio requiritur, ſine qua nihil inchoandum. *l. 1. ff. de orig. iur.*

Præfationes mentem ſtatuentium declarant. *Menoch. conſ. 150. num. 40.*

Præfationes probant voluntatem teſtatoris, & cauſam finalem diſpoſitionis. *Bal. l. noſtram. C. de teſtam.*

Præfationes in reſcriptis inſpiciuntur, quando agitur de levi præiudicio. *Bar. l. 1. C. de div. reſcript.*

190. Præfationibus adiecta in ſtipulationibus repetita cenſetur. *l. ſi vero. ff. de ædil. Edict.*

Præferendus eſt is, qui maius ius habet. *Marſil. conſ. 76. num. 11.*

Præferendus eſt ille, in venditione, cui primo res tradita fuit. *l. quoties. C. de rei vend.*

Præferendi ſunt, qui magis idoneè agunt. *l. in reficiendo. ff. de dam. infect.*

Præ-

Præfertur nobilior & honeſtior. *Anchar. conſil.* 339. *num.* 27.
Præfertur æquo æquius ſimplici æquo. *Cuiac. ad African. tract.* 8. *l. ſi ſervus. ff. de neg. geſt.*
Præfertur avus aviæ in tutela. *Auth. matri. C. quand. mul. tut. off. fung.*
Præfertur is, pro quo facit ius commune. *Mol. reg. cancell.* 34. *de publ. reſig. n.* 125.
Præfertur iudicialis hypothecæ extraiudiciali. *Coler. de proceſſ. exe. par.* 1. *cap.* 10. *n.* 167.
Præfertur divitiis bonum nomen. *Barbar. conſil.* 27. *num.* 18.
200. Præfertur extraneo originarius in dignitatibus. *tot. tit. C. de Aſſeſſor.*
Præferuntur teſtes honeſtiores & digniores vilioribus. *Nep. de Mont. alb. tract. teſt nu.* 158.
Præferuntur cæteris dignitatibus ii, qui prius ad eam dignitatem pervenerunt. *c.* 1. *de maior. & obed.*
Præfertur ille intellectus, in quo maior eſt ratio dubitandi. *Abb. c. cum in iure. de elect.*
Præfocans partum videtur necare. *l.* 4. *ff. de vent. inſpic.*
Prægnans fœmina non datur extremo ſupplicio. *ibidem.*
Prægnantem ſe fingens ut in poſſ. mittatur infamis ſit. *l. notatur. ff. de infam.*
Prægnantem relinquens uxorem ſine liberis decedere non videtur. *l. ſi quis uxorem. ff de reg. iur.*
Prægnante uxore, ſi fideicommiſſarius deceſſerit, verificatur relictum ad tempus liberorum. *l. ſed etſi. ff. ad Treb.*
Prægnantia præſumitur ex lacte. *Bal. rub. C. de prob.*
210. Præhendenti extra territorium impunè non paretur. *l. qui iuriſdict. ff. de iuriſd.*
Præiudicialis alteri confeſſio, pendente iudicio obtenta nihil operatur. *c. cauſam qua. de teſtib.*
Præiudicialis actio eſt controverſiæ ſtatus. *l.* 1. *C. de ord. cognit.*

Præ-

Præiudicialis actio deciditur ante criminalia iudicia. *l. 1. C. qui pro ſua iuriſd.*

Præiudicialis cauſa, quæ cum alia concurrit, prius eſt terminanda. *l. 2. & ſeqq. C. de ord. cognit.*

Præiudicialis cauſa impedit electionem ad munera. *l. 3. C. quand. provoc. non ſit nec.*

Præiudicium non accipit abſens ex actis inter alios. *l. 4. C. quib. res iud. non noc.*

Præiudicium non fit veritati. *l. ſi quis à liberis. §. meminiſſe. ff. de agnoſc. lib.*

Præiudicium fit filio ex confeſſione patris. *l. 1. §. Iulianus. ff. eod.*

Præiudicium domino rei fieri non poteſt ex facto alterius. *l. nec filius. C. de reb. cred.*

220. Præiudicium vitioſum aliorum iudicum à ſequentibus Iudicibus obſervandum non eſt. *l. nemo. C. de ſent.*

Præiudicium parvum non curatur. *gl. Clem. 1. de iur. patron.*

Præiudicare non debet aliis, quod inter alios actum eſt. *l. ſi cui crimen. §. 1. ff. de accuſ.*

Prælatus rem modicam immobilem poteſt alienare ſine conſenſu Capituli. *c. terrulas. 12. q. 2.*

Prælatus in cauſâ ſuæ Eccleſiæ non poteſt eſſe teſtis. *Inn. c. inſuper. de teſtib.*

Prælatus debet inquirere ex officio, non tanquam iudex vel accuſator. *c. literas. de Simon.*

Prælatus ob nimiam negligentiam dignitate privandus. *Gail. lib. 1. obſ. 28. n. 9.*

Prælatus Eccleſiæ poteſt ei præiudicare in acquirendis reb. non in acquiſitis. *l. Iubemus. C. de SS. Eccleſ.*

Prælati appellatione non venit Capitulum. *But. c. grave. 4. not. de præbend.*

Prælati negligentia nocet Eccleſiæ. *Bal. l. iubemus. C. de SS. Eccleſ.*

230. Prælatus non in quiete, ſed in ſollicitudine eſſe debet. *c. claras. 21. diſt.*

Digitized by Google

Prælatus ſuſpectus de dilapidatione non removetur, ſed datur coadiutor. *DD.c.venerabili de off deleg.*

Prælatus debet appellare laicum fratrem, non filium. *gl.95. diſt.c.eſto ſubiectus.*

Prælatus debet appellari pater vel dominus, non frater à laico *c.cùm clerici.de V. ſign.*

Prælatus debet ali de bonis Eccleſiæ. *c.illi a.12.q.1.*

Prælatus non eſt de Collegio, ſed caput, non pars collegii. *c. poſt electionem.de conceſſ.præb.*

Prælati dicuntur, qui habent perpetuam dignitatem. *Inn. c.de multa de præb.*

Prælatus dicitur dominus beneficii. *Card.clem.1.de cauſ. poſſ.*

Prælatus reputatur maritus Eccleſiæ. *Io Lux.rub.de don. int.vir.& uxor.col 154.*

Prælatus non debet eſſe negligens in punitione delictorum. *Card.clem 1.de off.ord.*

240. Prælatus habet quandoque iuriſdictionem ſæcularem. *Card.clem.ſtatutum.de Elect.*

Prælatus immediatus ſupplet negligentiam. *c.cùm ſcimus. 9.quæſt 3.*

Prælatus etiam idoneus removeri debet ratione ſcandali. *Inn.c.niſi.de renunc.*

Prælatus tepidus in iuſtitiâ exequendâ poteſt deponi à dignitate. *Abb.c.ſi quis.18.q.2.*

Prælatus non poteſt cum enormi damno Eccleſiæ iura Eccleſiæ renunciare. *Inn.c.conqueſtus.de Elect.*

Prælatus Eccleſiæ ſuccedit in univerſum ius Eccleſiæ. *c.1. de ſol.*

Prælatus debet mortem pati pro tuitione bonorum Eccleſiæ, ſi aliter tueri nequit. *Card.clem.1.de homic.*

Prælatus debet punire ſubditos de[illegible] *Card.clem. 2. de hæret.*

Prçſumitur contra mulierem habitantem cum viro. *Nov. 74. cap.5. in pr.*

1010. Prçſumitur gratis iudicaturus, qui gratuitò adminiſtrationem ſuſcipit. *Nov 25. cap.2.*

Prçſumitur hoſtis pupilli ille, qui cum eo litigaturus eſt. *Nôv. 73. cap.3.*

Prçſumitur invita peccare, à lenonibus detenta. *Nov. 14. in præfat. § 1.*

Prçſumitur malus finis, ſi principium malum fuit. *Nov. 6. in præfat.*

Prç-

Præſumitur præſes corruptus, ſi quis ab eo iniuriam patiatur. *Nov.30.*

Præſumitur relictum à patre, relictum titulo inſtitutionis. *Nov.18.cap.1.*

Præſumitur fraus ex actorum frequentiâ. *Id.concluſ.815.n.5.lib.2.*

Præſumitur fraus ex actuum celeritate. *ibid.*

Præſumitur fraus ex vicinitate actuum. *ib.n.4.*

Præſumitur fraus, quando contractus fit in ſuppoſitas perſonas. *ib.n.43.*

1020. Præſumitur tunc fraus, quando minæ præceſſerunt contractum. *ib.n.44.*

Præſumitur fraus, quando heres hereditatem repudiavit, & in bon. poſſeſſione perſiſtit. *ibid.n.49.*

Præſumuntur acta Abbatis facta conſenſu Conventûs. *Luc.de Penna. l.princeps.C de princ.agen.lib.12.*

Præſumitur, quod quiſque velit ſibi acquirere. *l ſi defunctus. C.arbit.tut.*

Præſumitur eſſe dignus, qui electus eſt ab Imperatore. *l. 3. C.de crim.ſacrileg.*

Præſumuntur benefacta, quando ſunt conſueta fieri. *Bal. Rub.c.de fid.inſt.col.3 poſt n.8.*

Præſumitur pro Imperatore. *And. Knich. de iur. territ. cap. 2.n.11.*

Præſumitur fraus, quando donator remanſit in poſſ. bonor.donatorum. *ibid.n.50.*

Præſumitur fraus ex ſolutione maioris precii. *ib.n.52.*

Præſumitur deformis malus. *Menoch.de arb.ind.qua lib.2. caſu. 226.n.5.*

1030. Præſumpta defuncti voluntas multum operatur. *l. quidam teſtamento.ff.de vulg.& pup.ſubſtit.*

Præſuppoſitum non verificatum deſtruit totam diſpoſitionem. *Decian.conſ.1.n.16.vol.1.*

Præſumitur induſtriâ locupletatus, qui durante aliqua adminiſtratione locupletatus eſt. *l.ſi defunctus.C.arb.tut.*

Præſumitur pro induſtrio. *l.1.C.qui & adv quos.*

Præ-

Præſumitur infamia ſublata, ſi quis in dignitate aſſumatur. *l. Imperialis.§.4.C.de nupt.*

Præſumitur inimicus hodie, qui olim inimicus erat. *l. in ipſius. C.famil hercise.*

Præſumitur inimicus meus, qui inimico amicus eſt. *l. liberi.C.de inoff.teſt.*

Præſumitur pro Inſtrumento, quod creditori competit. *l.generaliter.C.de non num.pec.*

Præſumitur integritas in ſervo, ſi apud priorem dominum non fugit. *l.3.C.de ædil. act.*

Præſumuntur iniurioſa verba animo iniuriandi prolata, niſi contrarium probetur. *l ſi convicii.C.de iniur.*

1040. Præſumitur Inventarium non faciens in dolo verſari. *l.de creationib.C.de Epiſc.aud.*

Præſumitur Inventario inſcripta eius eſſe, cuius nomine Inventarium factum eſt. *l fin.C arb.tut.*

Præſumitur pro Inventario. *l.fin.§.licentia,C.de iur.del.*

Præſumitur ira mitigata meritis ſervorum. *l.in ipſius.C.de ſervit.*

Præſumitur iudex appellationis pro veteri ſententiâ iudicaturus. *l.cum iam triceſima.C.de appell.*

Præſumitur iudex non iniuſtè condemnaſſe ſuum proprium Officialem. *l.3.C.quor.app.non recip.*

Præſumitur pro iudicis fide. *l.2.C.de off.civil iud.*

Præſumitur iudicem corrumpere, qui illi pecunias mutuat. *l.non adverſus C.ſi cert.pet.*

Præſumitur pro iudicio defuncti. *l liberi.C.de inoff.teſt.*

Præſumitur iurare nolens de calumniâ, actor improbus. *l.2 quod ſi actor.C.de iur.propt.cal.dand.*

1050. Præſumitur pro Iuramento *l.fin.C.ad l.Iul.repet.*

Præſumitur laboribus ſuis locupletatus, qui durante aliquo officio locupletatus eſt *l ſi defunctus.C.arb.tut.*

Præſumitur legatum eſſe lucroſum, non oneroſum. *l.1.§.3.C.de rei ux act.*

Præſumitur legato renunciaſſe, qui hoc in Inventario pupilli deſcripſit. *l.fin.C.arb.tut.*

Præ-

Digitized by Google

Præſumuntur legitimi, qui nati ſunt ex eâ quæ præſumitur uxor, *l. ſi vicinis. C. de nupt.*

Præſumitur lex nova ſupplere leges antiquas, non autem eis derogare. *l. pen. § ſimiliq modo. C. de reb. cred.*

Pręſumitur lex omnibus cognita. *l. leges ſacratiſſ C. de LL.*

Præſumitur ad legis præſcripta voluntatem accommodaſſe qui ſimpliciter promiſit. *l fin C. ad. l. Falc.*

Præſumitur libera, quæ in diem mortis palàm vixit, ut libera. *l. 1. & 2. C. ne de ſtat. defunctor.*

Præſumitur libera res quælibet, iure naturæ. *l. 1. C. de ſervitut.*

1060. Præſumitur liberatio debiti facta, ex quo inſtrumentum cancellatum eſt. *l. inductum. C. de ſolut.*

Præſumitur quiſq. liber, donec ſervus probetur. *l. 1. C. qui dar. tut. vel cur. poſſ.*

Præſumitur maior, qui contrahit, niſi contrarium probetur. *l. 4. C. de in int. reſt.*

Præſumitur liberi exheredati, ingrati. *l. liberi. C. de inoff. teſt.*

Præſumptio fragilis, ut quæ eſſe & non eſſe poteſt, in dubio nihil probat. *c. in præſentia. de prob.*

Præſumptio dicitur exiſtimatio, quæ ex veriſimilibus coniecturis ducitur. *Maſcara. de prob. vol. 1. n 7. q. 10.*

Præſumptio eſt cognitio veritatis ex circumſtantiis reſultans. *ibid. n 9.*

Præſumptio debilitatur, munitur & mutatur, ut res ſuadent, quæ ipſam circumſtant. *Gram. deciſ. 28. n. 21.*

Præſumptio eſt argumentum ad credendum unum factũ, ſurgens ex probatione alterius. *c nec aliqua 27. q. 1.*

Præſumptio eſt alicuius dubii facti ex aliquo indicio aut plena aut ſemiplena probatio. *Maſcard. de probat. vol. 1. q & 10 n. 12.*

1070. Præſumptio eſt ratiocinatio ſumpta à veriſimili. *Bald. rub. ff. de probat.*

Præſumptio in genere ſumpta minus eſt quàm ſimplex probatio. *Iul. Clar. §. fin. quæſt. 20. prax. crim. in pr.*

Pre-

Præſumitur miſſum ſponſæ à ſponſo miſſum eſſe, ut ornatior ad ſponſum accederet, non ut dotem augeret. *l.1. C. de donat. ant. nupt.*

Præſumitur mulier intercedere pro marito & extraneo potiùs, quàm pro ſe. *Auth. ſi qua. C. ad Vell.*

Præſumitur mutuum acceptum à viro, in rem communem eſſe acceptum & verſum. *ibid.*

Præſumitur naturalis qualitas in quolibet homine. *l. ne codicillos. C. de codicill.*

Præſumitur nihil actum, ubi aliquid addendum eſt. *l. cum Syllanianum. C. de his quib. ut indig.*

Præſumitur pro nobilioribus. *l. ſi furioſi. C. de nupt.*

Præſumitur obreptitium reſcriptum, quod Princeps conceſſit pro immunitate vectigalium. *l. omnium. C. de vectigal.*

Præſumitur pro opinione communi. *l. ſi mater tua. C. nè de ſtat. defunctor.*

Præſumitur parentes optimè conſulere liberis. *l. cum furioſus. C. de cur. fur.*

1100. Præſumitur partes in inſtitutione adiectas, in ſubſtitutione repetitas eſſe. *l. 1. C. de impub. & al. ſubſt.*

Præſumitur paterfam. ſcire merita & emolumenta rei familiaris. *l. quiſquis. c. de reſcind. vend.*

Præſumitur ad patrem pertinere, quod filius habet, niſi contra probetur. *l. 2. C. de pat. pot.*

Præſumitur pauper adhuc, qui olim pauper. *l. vis eius. C. de probat.*

Præſumitur poſſidere aliquis ex titulo præambulo. *l. 2. C. de acq. poſſ.*

Præſumitur quis permanere in eadem voluntate. *l. Lucius. ff. de leg. 2.*

Præſumere aliud eſt, aliud videre. *Nell. de S. Gemin. de teſtib. part. 2. n. 169.*

Præſumere in futuris eſt difficile. *Idem. concl. 95. n. 8. vol. 1.*

Præſumptio furoris ſumitur ex audaciâ. *Maſcar. de prob. vol. 2. concluſ. 816. n. 9.*

Præſumptio iuris notorium efficit. *ib. cap. 5. n. 107.*

Pe-

1110. Præſumptio eſt capienda pro excluſione delicti. *Bertaz. lib. 1. conſ. 144 n. 17.*

Præſumptio minor eſt quam iudicium. *Boër. deciſ. 90. num. 6.*

Præſumptio eſt quod quilibet dicat verum. *Mart. laudens. conſ 62. num. 11.*

Præſumitur quis idoneus ad ſimplicia beneficia, niſi contra probetur. *Abb. c. dudum. eod.*

Præſumitur pro Inſtrumento. *c. Abbate. de V. ſign.*

Præſumitur pro Notario. *l. quoties. ff. de her inſt.*

Præſumitur pro declaratore. *Spec. de empt. & vend. §. nunc videndum.*

Præſumitur quis velle defendere factum ſuum. *Inn. c. diverſis. de cler. coniug.*

Præſumitur contra coniurantes, niſi coniuratio ſit ſpecialis contra diffamatos. *Inn. c. 1. de Schiſmat.*

Præſumitur quis habilis ad conſummandum matrimonium, & procreandum filios. *Bar. l. filium ff. de his qui ſunt ſui vel al. iur.*

1120. Præſumitur factum eo nomine, quo teſtator iuſſit. *l. cum oportet. C. de bon. quæ lib.*

Præſumitur pro excuſatione delicti. *Bertach. repert. part 3. fol. 272. col. 2. in pr.*

Præſumitur ſcire, quod ſit publicè, ſed poteſt probari contrarium. *Card. Clem 1. de for. comp.*

Præſumitur quis ſcire ea, quæ ſunt ad domum notificata. *gl. l pen. C de peric. tut.*

Præſumitur quis talis, qualem habitum portat, *Bar. l. moveri. C. ſi ſerv export. ven.*

Præſumitur pro nobilibus, in his, quæ concernunt Nobilitatem. *gl. c. illud. diſt. 40.*

Præſumitur pro teſtamento. *Bal. l. 2. C. de Ed. D. Adr.*

Præſumitur contra eum, qui verecundè petit. *Bar. l. Barbarius. ff. de off. præt.*

Præſumitur contra eum, qui furtivè nititur. *ibid.*

Præſumitur contra eum, qui ex malâ conſcientiâ timet ire in publicum. *ibid.*

Præ-

1130. Præſumitur pro ſtylo Curiæ, quando in loco eſt copia peritorum. *DD c. ſicut. de re iud.*

Præſumitur pro Officiali publico. *Spec. de Inſt. edit. §. reſtat. V. quid ſi.*

Præſumitur quis memor æternæ ſalutis non falsò iurare. *DD. c. cùm contingat. de iureiur.*

Præſumitur iudex rectè ſuum officium exercuiſſe. *c. in præſentia. de renunciat.*

Præſumitur pro Prælatis. *Spec. de reſcript. præſent. §. 4. V. nunc dicamus.*

Præſumitur quilibet idoneus, niſi contrarium probetur. *Spec. de prob §. 1. V ſequitur videre.*

Præſumuntur omnia licere, niſi reperiantur prohibita. *ibid.*

Præſumitur curator ſimpliciter datus omnibus rebus datus eſſe. *l. 2. C. de excuſ. tut.*

Præſumitur deliberatio ex perſeverantiâ animi. *l. quicquid calore. ff. de reg. iur.*

Præſumuntur liberi meriti, niſi probentur immeriti. *Nov. 115. cap 3. § 14. in fi.*

1140. Præſumitur veriſimilius. *l. in obſcuris. ff. de reg. iu.*

Præſumitur pro Inſtrumento *§. 12. Inſt. de inut. ſtip.*

Præſumitur actus ſequens fieri, ad executionem præcedentium. *l. eum qui ff. de acq her.*

Præſumitur agnoſcens iudicium renunciare executioni. *l. pen. §. 3. ff. de vac mun.*

Præſumitur ſuccedens adminiſtratori reip. approbare facta prædeceſſoris. *l. 3. §. 1. ff. de adm. ad Civ. pert.*

Præſumitur acquiſitio ab uxore facta ex bonis mariti nata. *l. Quintus Mutius. ff. de don. int. vir. & ux.*

Præſumitur adultera, quæ liberos in matrimonio peperit, ex viro, non ex adultero peperiſſe. *l. miles. §. quæ propter. ff. de adult.*

Præſumitur Advocatus pro herede approbare teſtamentum. *l. fin. ff. de inoff. teſt.*

Præſumitur aſcendens priùs mortuus, quàm deſcendens. *l. qui duos. §. 4. ff. de reb. dub.*

Digitized by Google

Præſumitur bonus, qui ante talis fuit. *l. non omnes.* §. 5. *ff. de re milit.*

1150. Præſumitur bonus vel malus ex Natione. *l. quod ſi nolit.* § *qui mancipia. ff. de ædil edict.*

Præſumitur pro cenſibus. *l. cenſus. ff. de prob.*

Præſumitur commentarienſis dolo mortuus is, qui ſibi mortem conſcivit. *l. carceri. ff. de cuſt. reor.*

Præſumitur contra confeſſionem factam in fraudem legis. *l. qui teſtamentum ff. de prob.*

Præſumitur pro confeſſione. *l.* 3. § 4. *ff. de teſt lib.*

Præſumitur pro confeſſione amicorum, quoad ius ſanguinis. *l. cum de indebito. ff. de prob.*

Præſumitur conſentire, qui non contradixit. *l.* 3. *ff. de appell.*

Præſumitur contractus inter virum & uxorem, non donationis causâ factus. *l. quod autem. ff. de don. int. vir. & ux.*

Præſumitur contra creditorem, cui pecunia indebita fuit ſoluta. *l. cum de indebito. ff. de prob.*

Præſumitur pro creditore, cui indebitum ſolutum eſſe debitor dicitur. *ibid.*

1160. Præſumitur curator dotem promittens ultra vires patrimonii animo repetendi promittere. *l. cum poſt* § 1. *ff. de adm. tut.*

Præſumitur damnum non dare, qui ſuo iure utitur. *l. fluminum. l. fin. ff. de dam. inf.*

Præſumitur pro debitore cancellato chirographo. *ib.*

Præſumitur pro decreto, ſi iuſtum ſit. *l. manumiſſio. ff. de manumiſſ. vind.*

Præſumitur deterioratio contingens pro ratâ fieri. *l. quod a* § 4. *ff. de don. int. vir & ux.*

Præſumitur diligens non facile errare. *l. cum de indebito ff. de prob.*

Præſumitur doloſus, qui non facit, quod ſui eſt officii. *l.* 1. § 3. *ff. de tutel.*

Præſumitur dos eadem renovata in ſecundo matrimonio. *l. Baccius Marcellus. ff. de pact. dotal.*

Præ-

Præſumitur dotis redintegrationi conſentire, qui conſentit reconciliationi mariti & uxoris. *ibid.*

Præſumitur electus eligendi amicus. *l. amiciſſimos. ff. de excuſat.*

1170. Præſumitur, qui expenſas fecerit animo donandi fecerit vel non, ex qualitate eorum. *l. utrum. ff. de don. int. vir & ux.*

Præſumitur factum clandeſtinum dolo factum. *l. fin. ff. de rit. nupt.*

Præſumitur præſens nunquam conſentire, quando detrimentum eius in directo tractatur. *l. Gaius. ff. de pig. act.*

Præſumptioni rectè opponitur probatio veritatis. *l. optimam. C. de cont. & com. ſtip.*

Præſumitur legem nolle anxiè nimis requiri id, quod ipſa non expreſſit. *l. de pretio. ff. de public.*

Præſumitur præſens ſcire quid agatur. *l. 1. C. de err. Adv.*

Præſumitur litigantes habere votum obtinendæ ſententiæ. *l. in ratione. ff. ad l. Falcid.*

Præſumitur quis non alienaſſe ea, quæ poſſidet. *l. ſicut. § ſi voluntati. ff. quib. mod. pig. vel hyp. ſol.*

Præſumptioni tunc eſt locus, cùm veritas alio modo inveſtigari nequit. *l. nummis. ff. de leg. 3.*

Præſumitur ſciens, qui ſcire debuit, licet ſit ignorans. *l. ſed et ſi. ff. de inſt. act.*

1180. Præſumitur id, quod male actum eſt, ſemper iniuriam habere. *l. ſi quis. ff. ad l. Aquil.*

Præſumptio ſola non ſufficit ad damnandum. *l. abſentem ff. de pœn.*

Præſumptio etiam levis aliquando obſtat petitioni. *l. deniq. § 1. ff. de minor.*

Præſumptio quandoq; habetur pro certâ probatione. *l. quicumq. C. de apoch. publ.*

Præſumptio interdum tam magnis conſtat argumentis, ut probatio adverſus eam non audiatur. *c. literis. de præſumpt.*

Præſumptio confirmat vel minuit dicta teſtium. *l. 3. ff. de teſtib.*

Præſumptio non eſt ſemper vera probatio. *l. 3. C. de fid. inſtr.*

Præſumitur quis ſcire, quę domi ſuę aguntur. *l. de Tubero. C. de in int. reſt. min.*

Pręſumitur quis ex eâdem infirmitate deceſſiſſe. *Bald. c. 1. quib. mod. feud. amitt.*

Pręſumptio imitatur veritatem: fictio adverſatur. *l. filio. ff. de lib. & poſth.*

1190. Pręſumitur quis ſine vicio. *l. 1. C. de ædil. act.*

Pręſumitur quis indies locupletari. *l. cura. §. deficientium. ff. de mun. & bonor.*

Pręſumptio maxima eſt contra eum, qui repertus eſt in mendacio. *l. unius. §. teſtes. ff de quæſt.*

Pręſumptio in antiquiſſimis debet haberi pro probatione. *gl. l. ſi arbiter. ff. de prob.*

Pręſumitur verum eſſe, quod ius contra ſe confitetur. *l. non putavit ff. de poſſ. cont. tab.*

Pręſumitur priùs factum id, quod priùs erat faciendum, ſi duo concurrunt. *Flor. l. & qui duas. ff. de ſer. urb. præd.*

Pręſumptio diſtinguitur à fictione. *l. non eſt. ff. quod met. cauſ.*

Pręſumptitia probatio ſufficit. *l. 2. & 4. C. de prob.*

Pręſumptio habetur pro chartâ liquidâ. *l. 1. C de pæn.*

Pręſumptio probat plenè in his, quę ſunt conſona veritati. *Bar. l. 2. ff. de excuſ. tut.*

1200 Pręſumptionem fraudis inducit ludus noxius. *Abb. c. 1. de præſumpt.*

Pręſumitur iuſtus, qui ex cœuntibus coniugib. natus eſt. *Rip. conſ. 200. n. 3.*

Pręſumitur animus delinquentis ex qualitate inſtrumenti. *l. 1. §. divus. ff. de ſicar.*

Pręſumitur ex vicinitate notitia facti loci vicini. *Abb. c. quanto. de præſumpt.*

Pręſumitur quod erit negligens in futuris, diu negligens in pręterito. *Abb. c. ſcribam. eod.*

Pręſumptio iuris & de iure regulariter non admittit probationem in contrarium. *c. is qui. de ſponſ.*

Prę-

Digitized by Google

Prę*ſ*umptio debet allegari, aliàs non prodeſt. *l. ſi adulterium. §. idem Pollioni ff. de adult.*

Prę*ſ*umptio contra eum, qui debet probare, afficit illum duriori probatione. *Bart. l. fin. ff. quod met. cauſ.*

Prę*ſ*umptio pro prę*ſ*cribente elidit prę*ſ*umptionem, quę facit pro eo, contra quem prę*ſ*cribitur. *Ioan. And. c. 1. de praſcript. in 6.*

Prę*ſ*umptio ignorantię excuſat ab onere probandi. *Bald. l. quicumq C. de ſerv. fug.*

1210. Prę*ſ*umptio non eſt pro libellante, niſi probet. *Alex. poſt gl. l. 1. ff. de dol.*

Prę*ſ*umptio reſultat ex prę*ſ*entiâ & patientiâ. *l. Caius. ff. de pig. act.*

Prę*ſ*umptio filiationis non expirat morte. *Bal. l. non nudis. C. de prob.*

Prę*ſ*umptio poteſt coadiuvari probationibus. *Bal. l. 1. C. de cond. ob turp cauſ.*

Prę*ſ*umptio violenta ſufficit ad condemnandum de adulterio *Bar. l. 1. C de prob.*

Prę*ſ*umptio in infinitum vitanda eſt. *Caſt. conſ. 157.*

Prę*ſ*umptio malę fidei non poteſt allegari poſt 40. annos. *Bar. l. fin. C. unde vi.*

Prę*ſ*umptio vitę futurę colligitur ex prę*ter*itâ. *Spec. de locat. §. 2. V. vel ſic mandata.*

Prę*ſ*umptio de intrinſecis reſultat ex extrinſecis. *Spec. de Advoc. §. 5. V. item non rideat.*

Prę*ſ*umptio reſultat ex conſuetudine. *ibidem. §. 9. V. ſed qualiter.*

1220. Prę*ſ*umptio reſultat ex uno teſte. *Spec. de teſt. §. 11. V. hoc tamen.*

Prę*ſ*umptio iuris dicitur violenta. *Caſt. conſ. 2.*

Prę*ſ*umptio pro ſe facit, nè teneatur de falſo. *Bal. l. fin. C. de Edict. D. Adr. toll.*

Præſumptionis ratione permittitur, quod aliàs non permitteretur. *Spec. de inſt edit. § 6. V. in ſumma.*

Prę*ſ*umptio reſultat ex perſonis & cauſis. *ibid. §. 14. V. ſed quid erit.*

Digitized by Google

Præſumitur non ſolvendo is, cuius bona venduntur à creditoribus. *Bar. l. tres. ff. de admin. tut.*

Præſumitur pro proceſſu Principis. *Bertach. repert. part. 3. fol. col. 1. in pr.*

Præſumitur contra tutorem non conficientem librum rationum. *Bal & DD. l. 1. § officio ff. de tut. & rat. diſt.*

Præſumitur tacitè agi inter partes, quod eſt ex naturâ contractûs. *Bar. l. cùm quid. ff. ſi cert. pet.*

Præſumitur agi in contractu, quod conſuetum eſt. *Bar. l. ſemper in ſtipulationib. ff. de reg. iur.*

1230. Præſumitur contra accuſatum, ſi eius conſanguinei impediunt examinationem *c. conſtitutus. de teſtib.*

Præſumitur contra tacentem inquiſitum de plurib. criminibus. *c. nonne. de præſumpt.*

Præſumitur potius correctio, quam verborum improprjatio. *l. Stichus ff. de fid. lib.*

Præter intentionem agentis non conſideratur effectus contingens. *l. 2. ff. de cond. & dem.*

Præter legem eſt æquitas. *Luc. de Penna. l. 2. C. ne fiſc. rem quam vend. lib. 10.*

Præter uxorium concubitus omnis eſt prohibitus. *c. meretrices. 32. q. 4.*

Præteritus dicitur filius, etiamſi ſit ſubſtitutus in totâ hereditate. *l. ita tamen. §. qui rogatus. ff ad Trebell.*

Præteritus ſuccedens ab inteſtato non petit legatum ſibi factum. *Bal. l. quidam. C. de fideicom.*

Præteritio non poteſt legari aut fideicommitti. *Bal. Auth. ex cauſa. C. de lib. præt.*

Præteriti temporis verba non adaptantur ad tempus futurum *Menoch. de præſumpt. lib. 4. q. 190. n. 7.*

1240. Præteriti in futurum fit præſumptio. *l. præſes provinciæ n. 12. ff. de minor.*

Præteriti temporis verba ſunt abnegativa præſentis. *§. fuerat. Inſt. de act.*

Præteriti ratio ſcire futura facit. *c. ſcribam. de præſumpt.*

Præteritum extenditur quandoq. ad futurum. *l. cui ædes ff. de leg. 3.*

Præ-

Præteriti facti pœna præſtanda eſt. *l.fin.* §.1.*ff.de hom.lib. exhib.*

Præterita ignoſcuntur, ſi de illis anteà, pœna non fuerit conſtituta. *l.ſancimus*,§.1.*C de Epiſc & cler.*

Præteritis delictis facilius indulgetur, quam futuris. *l.fin.* §.3.*C.de Epiſc.aud.*

Præterita retractare periculoſum eſt. *l.comparationes. C.de fid.inſt.*

Præterita ſunt certa in rerum natura. *l. cum ad præſens.ff.ſi cert.pet.*

Præterita non comprehendit lex generaliter loquens. *Bar. omnes populi.n.3 q.de iuſt & iur.*

1250. Præteritum non contradicit præſenti. *l eum qui.ff. de iureiur.*

Preteritus actus, non perfectus recipit legem. *l. contractus.C.de fid.inſt.*

Preterire licet ingratos, quod probandum eſt ab herede. *Auth.non licet.C.de lib.prater.*

Preterire licet taciturnitate.*l.4.C.eod.*

Preterire non licet liberos non ingratos. *Auth.non licet. C.eod.*

Preterire licet imperfecto teſtamento. *l. omnium.*§.1.*C.de teſtam.*

Preteriri poſſunt filii, qui apud hoſtes ſunt, ſi non revertantur. *l.Gallus ff.de lib.& poſth.*

Preteritio emancipati reparatur contra tabulas. *Imol.& Alex.l.in ſuis ff.de lib & poſth.*

Preteritione rumpitur teſtamentum. *Aret. Inſt de exher. lib n.3,in pr.*

Preteritio eſt tacita exheredatio. *Mant. de conject.ult.vol. lib.4.tit.11.n.9.*

1260. Preteritio filii facta à matre ſine inſertâ cauſâ legitimâ redditur teſtamentum nullum. *Bal.conſ.2.vol.1.*

Preteritio non habetur pro exheredatione, ſi mater filium ignoranter preteriit.*l ſi mater.C de inoff.teſtam.*

Preteritio cum cauſa dicitur exheredatio impropriè:ſed ſine cauſa dicitur propriè preteritio.*l.in arena.C.de inoff. teſtam.*

Nn 4

Præteritio materna cum cauſâ valet. *Bal. l ſicut certi. C. de teſt. milit.*

Præteritio facta à fratre habetur pro exheredatione. *Bar. & Bal. l. fratres. C. de inoff. teſt.*

Præteritio filii iniuriæ ſpecies. *l. pen. C. de fideicom.*

Præteritio liberorum fieri non debet in teſtamento imperfecto. *l. hac conſultiſſima. § 1. C. de teſtam.*

Præteritio matris habetur pro exheredatione. *l. filiam præteritam. C. de inoff. teſtam.*

Præteritio militis pro exheredatione eſt. *l. ſicut. C. de teſt. mil.*

Præteritio patris eſt ignominioſa. *l. fin. C. de fideicom.*

1270. Prætermiſſi actus nullam pręſcribendi cauſam prębent. *l. viam. ff. de via publ.*

Prętermittendum nihil eſt de ſolennibus. *l. teſtium. C. de teſtib.*

Prętextu liciti illicitum non permittitur. *l. 2. de extraord. crim.*

Prętextus latrocinii commiſſi non liberat debitorem; ſed verum latrocinium. *l. 1. C. depoſ.*

Prętextu nominis alieni ſuas ſimultates exercere nemo debet. *l. non eſt ignotum. C. de admin. tut.*

Prętextu nocentis inſontem periclitari grave eſt exemplum. *l. 1. C. de his, qui lat. occ.*

Prętextu reſcripti à Principe impetrati appellandi facultas non denegatur. *l. novum. C. de temp. app.*

Prętextu debiti reſtitutio commodati non recuſatur, probabiliter. § *poſſidere. Inſt. de interd.*

Prætextu reſcripti non licet occupare poſſeſſionem alterius. *Gail. lib 2. obſ. 76. n. 9.*

Prętextu reſcripti impetrati, mala non debent patrari. *l. fin. C. de inceſt. nupt.*

1280. Prætor cognoſcit de alimentis minoribus præſtandis pro modo facultatum. *l. 2. C. de alim. pup.*

Prætor decernit de curatoris ordinatione. *l. 1. C. de off. Prætor.*

Prę-

Prætor iuriſdictionem habet de liberali cauſâ. *l. 1. C. ſi mancip. ita van.*

Prætor eſt lex loquens. *Nov. 13. cap. 1.*

Prætor præſidet cognitionibus tutelaribus. *l. 1. C. de tut. vel curat.*

Prætor proponere ſolet interdicta in albo. *l. 1. C. interdict.*

Prætor redigere debet quæſtiones ad æquitatem. *ibidem.*

Prætor urbanus eſſe nequit, qui in urbe larem proprium non habet. *l. 2. C. de off. Prætor.*

Prætor ob oculos æquitatem habere debet. *l. ſi verè. ff. de his qui effud.*

Prætor ſeipſum tutorem dare nequit. *l. prætor. ff. qui pet. tut.*

1290. Prætor pati non debet ad arma & rixam procedere eos, quos poteſt ſua iuriſdictione componere. *l. æquiſſimum. ff. de uſufruct.*

Prætor de patria, non de extraneis provinciis eligendus. *l. tres. de off. prat.*

Prætor bon. poſſeſſorem heredis loco in omni cauſâ habet. *l. prætor. ff. de reg. iur.*

Prætor ſequitur æquitatem. *l. quod ſi Epheſi. §. fin. ff. quod cert. loc.*

Prætor heredem facere non poteſt. *Zaſ. l. ſtipulatio. iſta. n. 11. ff. de V. O.*

Prætor quandoq. permittit mentiri. *§. namq. Inſt. de act.*

Prætor nihil agit in ſeipſum. *l. ille à quo. ff. ad. Trebell.*

Prætoris factum iuri derogare non debet. *l. 1. §. 1. ff. de pact.*

Prætoris provincialis maior authoritas quam Vrbani. *Nov. 14. in præfat.*

Prætoris boni eſt potius reſtituere litem, ut ratio & æquitas poſtulabit, quàm actionem famoſam conſtituere. *l. divus. ff. de in int. reſt.*

1300. Prætoris edictum non debet eſſe eluſorium. *l. fin. ff. ne quis in loc. pub.*

Prætoris eſt æſtimare, an ſit ſua iuriſdictio. *l. ſi quis ex aliena ff de iud. c ſunt perſona. de privil. in 6.*

Prætor imperium non habet in prætorem *l. ille à quo. ff. ad SC. Trebell.*

Prætor lites dirimere poteſt *l. quidam. ff. de reb. cred.*

Prætor mandare nequit de alimentis alienandis vel non. *l. cum hi. §. ſed nec mandare. ff. de tranſact.*

Prætor æſtimat in necem debitoris, quanti ſuâ intereſt. *l. 1. C. de ſent. qua pro eo quod int.*

Prætores ſunt inquiſitores ſcelerum, nomine principis. *Nov. 14. in præfat.*

Prætores ſunt plebeis incendiis arcendis deputati. *Nov. 13. cap. 14.*

Prætor cognoſcit de causâ ſanguinis. *Alex. l. 1. ff. de off. eius cui mand. eſt iur.*

Prætoris boni officium eſt, lites minuere. *Spec. de offic. om. iud. §. 6. V. in ſententia.* (§. 2.

1310. Prætor poteſt tollere ius Civile. *Spec. de reſt. in int.*

Prętoris nomen generale eſt ad omnes iudices. *Bal. l. fin. C. de ædil. Edict.*

Prętoris manus non ſolum à pecunię lucro, ſed & oculos à libidinoſo aſpectu continentes eſſe debent. *Bald. l. 2. ff. de legat.*

Pręore autore geſta præſumuntur ſolenniter geſta. *Menoch. de præſumpt. lib. 2. q. 75. & lib. 3. q. 61. n. 3.*

Prætori fit iniuria, cum ad alterum itur. *l. litigatores. ff. de arb.*

Prætorum edicta nemo debet ignorare. *l. 1. §. divus Claudius. ff. ad l. Cor. de ſicar.*

Prætoria converti non debent in uſus privatos. *l. 4. C. de pig. & hyp.*

Prævalentiæ ratio ſemper habetur & inſpicitur, quod eſt precioſius. *l in rem § in omnib. ff. de rei vend.*

Prævalet intellectus ille, in quo eſt maior proprietas verborum. *c. Rodulphus. de reſcript.*

Prævalet ille intellectus, per quem minùs iuri communi derogatur licet verba ſumantur impropriè. *Alex. l. 1. ff. ſi cert. pet.*

1320. Præ-

1320. Prævalet cauſa & origo, non iudicii poteſtas. *l. qui id quod ff. de donat.*

Pręvalet naturale accidentali. *l. 3. ff. de impenſ. in res dot. fact.*

Prævaricatio veritatis eſt nummorum acceptio. *c. qui præiudicant. 11. q. 3.*

Pręvaricationis tenetur, qui rem non probat. *l. ſi quis homicidii. C. de accuſat.*

Prævaricatio Advocati punibilis eſt. *Alex. l. 2. ff. eod.*

Prævaricator dicitur, qui alium accuſat, ut abſolvatur, non ut condemnetur. *Bar. l. Athletas. ff. de infam.*

Prævaricator punitur in quinque libris auri. *l. 3. ff. de prævaric.*

Pręvaricator impropriè dicitur Advocatus. *Alex. l. 1. ff eod.*

Prævaricator damnatus famoſus eſt. *l. 4. §. 4 ff. de his qui not. infam.*

Prævaricator punitur, ut reus fugiens veritatis inquiſitionem. *l. de crimine. C. de adult.*

1330. Præveniens dicitur ſolus exercere iuriſdictionem. *Bal. l. pen. C. de cond. inſert.*

PRA.

Pratum dicitur, quod per decem annos proximos ſectum eſt. *l forma. ff. de teſtib.*

Pravorum iniquitas licet proficiat bonis, tamen punienda eſt. *c. relegentes. 23. q. 5.*

Pravus uſus ſuperatur ratione & lege. *c. Vſus. diſt. 11.*

Praxi inhærendum eſt. *Menoch. conſ. 287. n. 26.*

Praxis abſq; theoriâ maximè periculoſa. *l minimè. ff. de LL.*

PRE.

Precarii natura eſt, ut duret ad voluntatē concedentis, nec valet pactum in contrarium appoſitum. *Abb. c. precarium. de prec.*

Precium rei probatur ex qualitate rei, & quantitate redituum. *gl. & DD. c. cùm cauſam. de teſtib.*

Precium rei debet eſſe tantum, quantum communiter res vendi poteſt. *l. precia rerum. ff. ad l. Falcid.*

Precium verum, ſeu verus valor rei attenditur iuxta tempus emptionis & vēditionis. *Abb. c. in Civitate. de uſur.*

1340. Pre-

1340. Precarium eſt, quod precib. petenti utendum conceditur tandiu, quamdiu is patitur, qui conceſſit. *l.1.ff. de precar.*

Precarium eſt ſine tempore, & poteſt revocari quandocumq.finito uſu.*c.precario.10.q.2.*

Precarium dicitur ficta traditio, ſed acquirit veram poſſeſſionem, etiam à procuratore. *Bar. l.ab emptione.ff.de pact.*

Precarium dicitur beneficium. *Abb. c.fin.de precar.*

Precarium in contractu venditionis invalidæ non tenet. *Alex l.1.§.ſi vir.ff.de acq.poſſ.*

Precarii conſtitutio facit bona futura venire in obligatione generali.*Bar.l.fin.C.quæ res pig.*

Precarium non operatur in eo, qui non poſſidet tempore conſtituti.*l. quamvis ff.de acq.poſſ.*

Precarium magis accedit commodato, quam depoſito. *Bal.l.fin.C.de compenſ.*

Precaria conceſſio non eſt vera traditio. *Bald.l.1. C. de donat.*

Precarium non eſt donatio propria, *l.1.ff.de precar.*

1350. Precarium eſt conceſſio de quinq.annis in quinque annos, vel in maius tempus. *Bar. l.ſi finita.ff.de dam. infect.*

Precarium debitoris facit, ut ei remaneat naturalis poſſeſſio, & civilis tranſeat in creditorem.*Bar.l.3.C.de pign.*

Precarium donatoris facit, ut ei remaneat naturalis poſſ. & civilis ſit apud donatarium. *Bar. conſ. incip. Martinus. de Eugubio.*

Precarium ſufficit ad reſolvendum contractum, in quo intervenit etiam vera traditio. *Bar. l. ab emptione.ff.de pact.*

Precariũ ante morã facit quem teneri de dolo & latâ culpâ, poſt morã de leviſſimâ. *Bar. l.quod Nerva.ff.depoſ.*

Precarium excludit præſumptionem ſimulationis. *Bal.l.1. C.de don. ant nupt.Caſt.conſ.331.*

Precariũ ad futura bona nõ trahitur. *Bal.rub.c.de cõt empt.*

Precarium poteſt revocari, & in dubio præſumitur potius quàm donatio. *Bar.c.1.§.1.de nat.feud.*

Pre-

Digitized by Google

Precaria poſſeſſio differt à poſſeſſione alieno nomine. *Bar.l.interdum.ff.de acq.poſſ.*

Precarium videtur reformatum per retentionem rei poſt tempus, qua fuit conſtitutum *gl.& DD.c 1.de precar.*

1360. Precarium rei ſuæ non valet. *Corn conſ 6 vol.4.*

Precarium operatur etiam in futuris bonis. *Bar.& Butr.l. fin.C.quæ res pig.oblig poſſ.*

Precarium collatum poſt mortem cõſtituentis non transfert poſſeſſionem, & nihil operatur. *Alex. conſil.82.volum. 2.*

Precario poſſidens & negans non poteſt expelli propriâ authoritate, *Flor. l.ſervitutes ff. de ſervit.*

Precarium feudum etiam ſine causâ tolli poteſt. *Bal. l.qui ſe patris C.unde lib.*

Precarium facit venditorem præcisè cogi ad tradendum. *Bal. l 1 C.de ſent.quæ pro eo.*

Precarium per procuratorem fieri poteſt. *Bal.l.1.C.quand. lic ab empt.diſ.*

Precarii contractus non tranſit ad heredem. *Bar. l. libertus. §.patris.ff.ad municip.*

Precarium tacitè prorogatur, & tacitè revocatur. *Bar. l. in rebus.§.item qui.ff.de prec.*

Precarium in pignore ſolvitur cum pignore. *Dyn & Bar. l.ſi.debitor.ff.eod.*

1370. Precarium interdictum datur etiam contra heredes. *Bar. l.fin.C.eod.*

Precarium finitum prorogari nequit. *Spec. de recuſ.part.1. §.effectus. V.verum.*

Precario non utitur quis, niſi quatenus patiatur is, cui conſtitutum eſt. *Spec. de act.V.item excipitur.*

Precarium revocari petens non poteſt propriâ authoritate expellere. *Bal.l.2. C.de ſerv Alex.conſ 107.V.4.*

Precarium morte non revocatur. *l.1.ff.de precar.*

Precarium poteſt incontinenti revocari ad concedentis beneplacitum. *ib Abb.c.fin eod tit.*

Precarium eſt benevola actio commodum tribuenti capienti. *Alex.l.1.ff.eod.*

Pre-

Digitized by Google

Precium eſt de ſubſtantia emptionis. *Schrad.conſ.contract.* 3. *num.6.*

Precii æſtimatio in Falcidia ex veritate facienda eſt. *l.in Falcidia ff ad l Falcid.*

1400. Precii parvitas inducit præſumptionem fraudis. *c.1 qual.hod feud alien. poſſ.*

Precii depoſitio habet vim ſolutionis. *Chaſſan. conſil.* 33. *num.29.*

Precii quantitate dignoſcitur contractus. *Cravet. conſ.105. num.9.*

Precibus flectere iudicem licet, non precio. *Lect.l.Imperatores.ff.de iur.fiſc.*

Præveniſſe in ædificando molendinum dicitur, qui incepit, & non intermiſit, niſi pro modico tempore. *Bart. l.quò minus.ff.de flum.*

Prævenire non licet adverſarium. *Spec.de reſcrip.præſent.§. ratione.V.item quod nimis.*

Præventio ſi dubitatur, per quem ſit facta, defertur maiori. *Card.clem.1.§.ne igitur.de celeb.miſſ.*

Præventio per citationem realem, id eſt, capturam perſonæ, præfertur præventioni per citationem verbalem. *Bart.l.* 3 *ff.de cuſt.reor.*

Præventio habet locum inter æquales iudices, & in pari iuriſdictione. *Gram.deciſ.Neap* 30.*n.7*

Præventio in iure potiſſimum conſideratur. *l.2.§.ſi quis.ff.ne quid in loc.pub.*

1410. Præventio inducitur quoque per ſimplex præceptum extraiudiciale. *Fed.de Sen.conſ* 140.

P R I.

Priorib. admiſſis excluduntur cęteri. *Cephal.conſ.303.n.36.*

Priora ſecundum poſteriora ſunt interpretanda. *l.quinam. n.2. Bal.C.de iur.delib.*

Priora dant intellectum ſequentibus. *l. regula.ff.de iur & fact.ignor.*

Prior actus validus tollit actum poſteriorem etiam validũ. *l.hac conſultiſſima.§.fin.C.de teſtam.*

Pri-

Primæ cauſæ nulla eſt cauſa. *Iaſ.conſ feud.8.n.10.*

Primum ante ſe nihil habere poteſt. *Balic.Eccleſia.S.Mariæ.Ex.Vt lit.pend.*

Primi motus non ſunt in poteſtate noſtrâ. *gl.l.ſi quis non dicam.C.de Epiſc.& cler.*

Primus eſt, quem nemo antecedit. *l.ex duob.ff.de vulg.& pupill.*

Prima venditio præfertur ſecundæ. *Mar.Laudenſ.conſ 36. num. 6.*

Primus percutiens haud dubiè eſt aggreſſor. *Bertazol.conſil.31.nu.5.*

1440. Primarum dilectionis ſignum eſt errantem revocare. *c.charitas.§.non illi.de pœnit.diſt.2.*

Prima voluntas trahit ad ſe ultimam. *l.ſi mihi.§.fin.ff.de leg.2.*

Primus caret anteceſſore. *l.qui filiab.§.1.ff.de leg.1.*

Primæ hominum calamitates cœpêre à bellis. *l.1.C.de cad.toll.*

Prima cauſa magis inſpicitur quàm ſecunda. *Bald.l.tutor datus.n.1.ff.de fideiuſſ.*

Primam actionem extinguit acceptilatio dolo facta, ſed aliam de dolo parit. *l.4.C.de tranſact.*

Prima charitas incipit à ſeipsâ. *gl.l.præſes.C.de ſervitut.*

Primò nominatus cenſetur magis dilectus. *l.quoties.ff.de uſufruct.*

Primò percutiens ſemper eſt culpoſus. *Sich.conſ.2.n.32.*

Primogenita ſunt licita. *Couvar.reſol.lib.1.cap.5.n.5.*

1450. Primogenito poteſt pater aſſignare terras feudales. *Caſt.conſ.179.vol.1.*

Primogeniti appellatione non venit primogenita. *Burſat.conſ.229.n.ult.*

Primogenitos diligere nos docet natura. *Decian.conſ.101.nu.10.vol.2.*

Primogenitura eſt iuris divini. *Port.conſ.11.n.9.*

Primogenitus eſt ſceptri ſucceſſor. *Anch.conſ.339.n.4.*

Primogenituræ ius ſolet ſtrictè interpretari. *Menoch.conſil.148.num.25.*

Primævus ſtatus naturæ repugnat q. poſſeſſioni libertatis. *l. item in poteſtate ff. de his qui ſui vel. al. iur.*
Principali deſtructo acceſſorium perire neceſſe eſt. *l. cum principalis ff. de reg. iur.*
Principali perempto acceſſorium in iudicio propoſitum non extinguitur. *l. utiq. ff. de rei vend.*
Principali conceſſo cenſetur tributa illi cohærentia. *l. creditor. §. ult. ff. de act. empt.*
1460 Primus poteſt dici illuſtris. *Spec. de iur. om. iud.*
Primogenitus filius, non nepos, ſuccedit in regno ex vi cõſuetudinis. *Bal. l 3. C. de ſuis & leg.*
Primogenitus ſi dubitetur, quis ſit de duobus uno partu natis, pater eligit. *Bal. l. in quib. C. de ſec. nup.*
Primogenitus regis dicitur, qui natus eſt poſt dignitatem regalem patri quæſitam. *Fel. c. prudentiam. de off. de leg.*
Primogenitus dicitur etiam ſi poſt alius non naſcatur. *DD. c. Ioſeph. de V. ſig.*
Primogenitura eſt dignitas ingenuitati æquiparata. *Bal. l. cum antiquiorib. C. de iur. delib.*
Primus dicitur reſpectu ſecundi. *Ba. l. ſi quis §. talem. C. de ſec. nupt.*
Princeps poteſt eſſe iudex in cauſâ propriâ. *Bertach. rep. tom. 3 fol. 275 6 col. 2. in med.*
Princeps non intelligitur uti poteſtate abſolutâ, niſi ex primat. *Inn. c. innotuit. de Elect.*
Principalis intentio talis debet eſſe, qualis legis & naturalis rationis. *Dec. conſ 97. in pr.*
1470. Princeps præſumitur talis, qualis eſſe debet. *ibid.*
Princeps etiam ſupremus, non poteſt tollere conventionem inter partes initam ſuper iure privato. *Clem. paſtoralis. de re iud.*
Principis motus proprius non probat, nec inducit diſpenſationem, nec tollit defectum perſonæ, ſed ſolius ſubreptionis. *c ſi motu proprio. de prebend. in 6.*
Princeps non debet procedere contra abſentem non citatum de ordinarâ iuſtitiâ. *c. 1. de cauſ. poſſ.*

Prin-

Princeps poteſt modicam læſionem ſubdito inferre. *l. quoties.C.de precib.Imp.offer.*

Princeps poteſt pœnam, etiam parti applicabilem, remittere. *Cyn. & Bal.l.reſcripta.C.eod.*

Principis ſolus motus habetur pro iuſtâ causâ. *ibid.*

Princeps intelligitur quilibet dominus citra regem. *Card. Clem. 1.de teſt.b.*

Princeps in dubio non videtur velle uti plenitudine poteſtatis *Caſt.conſ 414.*

Princeps debet eſſe facilis in audiendo ſubditos. *Benedict. c Raynutius. de teſtam.*

1480. Princeps dici poteſt omninò dives. *Card.c.omnes.de maior.& obed.*

Princeps non debet in facto ſuo fraudem aliquam adhibere. *Marian.Soc.conſ.32.vol.1.*

Princeps poteſt donare. *Dec.conſ.191.*

Principis verba pleniorem fidem faciunt. *Gozad. conſ. 9. num.30.*

Principis conſcientia ſupplet omnem defectum ſeu ſolennitatem. *Marſil-ſing.14.*

Princeps non præſumitur velle tollere ius alterius. *Id.ſing. 440. incip. Princeps.*

Princeps non poteſt cauſam committere recuſatione remotâ. *Id.ſing.292.*

Princeps à ſe donata non revocat. *Io. Lup.c. per veſtras.de don.int. vir & ux.*

Principalis facultatibus cenſentur aggregatæ facultates fideiuſſorum. *Coler.de proceſſ.execut.par.1 c.6.num.22.*

Princeps poteſt quicquid vult. *Menoch. de arb. iud.quæſt. lib.1.cap.7.num.64.*

1490. Principium actionum inſtituendarum eſt in ius vocatio. *§.3.Inſt.de pœn.tam.litig.*

Princeps connumeratur ipſe inter honoratos. *l.ius Senatorum.C.de dignit.lib.12.*

Principis privilegium requirit ſcripturam. *Afflict.deciſ.Neap.398.num. 6.*

Princeps repręſentat rempubl. *Bellamor.deciſ.743.num.2.*

Principia ſunt, tanquam fores, in quibus nemo debet errare. *Gul Mayner. proëm. regul iur. n. 11.*

Principalis poteſt paciſci cum fideiuſſore. *l. ſi reus. §. 1. ff. de pact.*

Principum beneficia in alterius iniuriam non tribuuntur. *l. nec avus C. de emancip. lib.*

Principis indulgentia, non infamiam, ſed pœnam remittit. *l. fin. C. de gen. abolit.*

Principis conceſſio habet vim decreti. *l. 1. C. quand. de reb. opus non eſt.*

Principia malè inchoata non convaleſcunt. *c. Epiſcopum. 7. quaeſt. 1.*

1500. Principium ponens totum ſupplere debet. *c. nullus Epiſcopus diſt. 1. de conſecr.*

Principis coquus etiam dicitur conſtitutus in dignitate. *Rip. conſ. 183. n. 4.*

Principem errare non eſt veriſimile. *Cantiuncul. conſ. 20. in 6.*

Principio agens ex teſtamento non poteſt amplius ab inteſtato agere. *l. fin. C. de codicill.*

Princeps promovendo inhabilem ex certâ ſcientiâ, præſumitur diſpenſare. *l quidam. ff de re iud.*

Princeps bona concedendo videtur etiam concedere obligationes. *l. princeps. ff. de V. ſig.*

Princeps ſibi ius dicere non poteſt. *Weſemb. conſ. 2. n. 92.*

Principi multò magis licet, quod privatis permittitur. *l. Barbarius. ff. de off. prat.*

Principes non debent parere populis. *c. ſi audieris. 23. quaeſt. 5.*

Principi non obedire nefas eſt. *Burſ. conſ. 193. n. 50.*

1510. Principes præſumuntur omnia agere ritè, præſertim in iudicando. *l. un. ad fin. ff. de off. praef. prat.*

Principes tenentur ipſi vivere ſuis legibus. *c iuſtum. 9. diſt.*

Principi non obediens dicitur violator legis. *Bal. conſ. 271. vol. 2.*

Princeps poteſt mutare quadrata rotundis. *c. cùm veniſſet. de iiid.*

Prin-

Princeps debet eſſe humanus, non ſuperbus. *l. ſi unus. C. de donat.*

Principum conſtitutiones nec ignorare quemquam, nec diſſimulare decet *l. conſtitutiones C. de iur. & fact. ignor.*

Princeps debet eſſe tanquam fons iuſtitiæ. *Bald. conſ. 29. vol. 3.*

Princeps debet habere calamum unum & linguam unam. *ibidem.*

Principi convenit illud; quod ſcripſi, ſcripſi. *ibid.*

Princeps debet eſſe immobilis. *Curt. Iun. conſil 178 num. ult.*

1520. Principem decet clementia & humanitas. *l. fin. C. de don. int. vir. & ux.*

Princeps cum ſubditis contrahens obligatur, perinde ac privatus. *l. 1. ff. de pact.*

Princeps concedendo alicui iuriſdictionem cenſetur eam cumulativè, non privativè concedere. *Mynſ. cent. 6. obſ. 99 num. 1.*

Princeps poteſt fingere, ſicut lex. *Bart. l. ſi is qui. ff. de uſucap.*

Principum preces pro iuſſu ſunt. *Tiraq. de pœn. cauſ 35. num. 3.*

Princeps ligatur lege contractûs. *c. 1. de prob.*

Princeps eſt omnia & ſuper omnia. *Bald. c. 1. qual dom pro feud. priv.*

Princeps eſt ſupra ius. *c. propoſuit. de conceſſ. præbend.*

Principis voluntas eſt iuſta cauſa. *Iaſ. conſ. 8. n. 19.*

Principis privilegium eſt lex. *l. 1. ff. de conſt. Princip.*

1530. Princeps nulli formæ adſtringitur. *ibid.*

Princeps non præſumitur facere non facienda, nec concedere non concedenda. *Bal. prælud feud col. 11.*

Princeps non recognoſcens ſuperiorem poteſt eſſe iudex in cauſa propria *Fel. c. cùm veniſſent. de iud.*

Principi reſervata non veniunt in generali conceſſione. *c. quod tranſactionem. de off. leg.*

Principis reſcriptum eſt lex. *l. aivi. ff. de adim. leg.*

Principis ſecunda iuſſio idem operatur, quod motus prius. *Bal.l nec.damnoſa C.de precib.Imp.offer.*

Principi in licitis parendum. *l.ſi dominus 11.q 3.*

Princeps non debet ſuarum legum ludibrium ferre. *Bal.l. ſtio.ff de pœn.*

Principalis impetratio nocet fideiuſſori. *Bar l.ſi quis.§ ſi is. ff.quod quiſq. Ius.*

Principes ſunt maiores magiſtratus. *l.fin.C.de offic.diverſ. iud.*

1540. Princeps non ita prodeſt uni, ut alterum lædat. *c. quamvis. Ex.de reſcript.in 6.*

Principe maior eſt ratio & veritas. *Bal.l. Æmilius.ff.de minorib.*

Princeps tenetur lege æternâ & naturali. *c. literas. de reſt. ſpol.*

Principium leges naturali Iuri non prævalent. *c. Imperator 9. diſt.*

Principis exemplum eſt ſequendum. *l.apud Iulianum.ff.ad SC.Trebell.*

Principis perſona eſt perſona publica. *Men. conſ.297. n.12.*

Principium eſt, quod prædominatur in ſequentibus. *Idem conſ.148.num.23.*

Principiis obſtandum. *l.Neratius.ff.de ſerv.corrupt.*

Principali liberato liberatur fideiuſſor. *l. novatio. ff. de novat.*

Princeps DEI miniſter eſt. *Menoch conſ.1.num 156.*

1550. Principiis ignoratis nihil boni fieri poteſt. *Roland. à Valle conſ.94.num.30.vol.2.*

Princeps eſt ſupra ius poſitivum, habens plenitudinem poteſtatis. *Pariſ.conſ.1.n.3 vol.4.*

Principale ſi non valet, nec acceſſorium. *Decian. conſ.587 num.11.*

Principale regulat acceſſorium. *Anchar.conſ.114.num.6.*

Principis vicarius ea omnia poteſt, quæ poteſt is, cuius locum tenet. *Decian.conſ 22.n.66.vol.1.*

Princeps in propriis actibus ad ſolennia non obligatur. *Fortun.Garz.c.1.n.27.Ex.de pact.*

Prin-

Princeps ſine ſolennibus teſtari poteſt. *Bal. l.ſancimus.n.6. C.de donat.*

Principis poteſtatem in dubium vocare eſt inſtar ſacrilegii. *Zoannet.l.2.n.171 C.de pact int empt.*

Princeps de facto ſuo non poteſt iudicari. *c. cuncta. 9. quaſt 3.*

Principis pactum ſuum ſervare tenetur. *l. qui ſe patris. C unde legit.*

1560. Princeps eſt dominus ſolennium. *Bal.l.1.n 7.ff.de conſtit. Princip.*

Principes utuntur iure communi. *Bal.l. ex imperfecto.C.de teſtam.*

Principes ex contractu arctius obligantur, quam privati. *l. iure gentium.ff. de pact.ubi DD.*

Principis obligatio eſt præcioſa. *Fel.c.1 Ex.de prob.*

Principium facta ad ſalutem populi tendunt. *Clem. un. de baptiſm.*

Principis mens non eſt, quod velit alicui præiudicare. *Iaſ l. ſi quis, n.5.ff. ſi quis caut.*

Princeps non poteſt ius quæſitum tollere. *Cyn.l.reſcripta. C.de prec. Imp.offer.*

Princeps non poteſt iniquè agere. *Crav.conſ.296 coll 11.*

Princeps non reſcindit legitimè facta. *l. ratas.C.de reſcind. vend.*

Princeps eſt ab omni malitiâ alienus. *Bald. conſil. 24. vol.1.*

1570. Princeps eſt dominus legum, ſed non morum. *Bal c. erit. a. lex.4. diſt.*

Princeps eſt iuſtitiæ plenus, *l.3.ff.ne quid in loc pub.*

Princeps ſine cauſa diſpenſans diſſipat. *Abb, c. quia in tantum n.3 Ex.de prab.*

Princeps eſt in locum populi Rom. ſubrogatus per legem regiam *l.1.ff de conſt Princip.*

Princeps alligatur ad dictamen rectæ rationis. *Iaſ.l.1.n.3.ff. de pact.*

Princeps non debet aliquem circumvenire. *l.1.in fi.C.de his qui ven.at, impet.*

Princeps non poteſt, quæ non decent. *Archid. c. ſuper eo. de hæret. in 6.*

Principale inſpicimus, licet acceſſorium ſit maioris valoris. *l. ſi in emptione. ff. de cont. empt.*

Principium cuiuſlibet rei pars eſt potiſſima. *Gul. Mayner. l. omnia. n. 25. ff. de reg. iur.*

1580. Principale non confirmatur per acceſſorium. *l. quod per manus. ff. de iur. codic.*

Principes magis debent favere correctioni morum in Civitate quàm fiſci augmento *l. 1. C. de ſec. nup.*

Principium bonum faciens, proceſſum etiam bonum facit, & è contrà. *Bal. l. 1. n. 11. ff. de orig. iur.*

Principium ſine fine non eſt ſufficiens. *Bal. l. incivile. in pr. ff. de LL.*

Princeps non eſt ſub lege fori, ſed ſub lege poli. *Bal. l. princeps. ff. ead.*

Principis reſcriptum eſt ipſa veritas. *l. ſi peculia. §. ſicut. ff. de pec. leg.*

Princeps ſolutus eſt legibus. *Authent. quib. mod. effic. nat. legit.*

Princeps licet legibus ſit ſolutus, tamen legibus vivere debet. *l. digna vox. C. de LL.*

Princeps habet poteſtatem legis condendæ. *Bart. l. civitas. ff. ſi cert. pet.*

Princeps eſt lex animata in terris. *Auth. de conſulib.*

Princeps quicquid facit, facit ut DEUS. *Auth. de hær. & Falcid. in pr.*

1590. Princeps dicitur loqui per os DEI. *Bar. conſ. 24. V. 2.*

Princeps præſumitur habere omnia iura in ſcrinio pectoris ſui. *l. omninò. C. de teſtam.*

Princeps eſt Philoſophiæ plenus. *l. cum Sylanianum, C. de his quib. ut indig.*

Princeps eſt, qui poteſtatem imperandi à populo accepit. *Theoph. Inſt. lib. 1 tit. 2. § tres diximus.*

Princeps legitimare nequit naſcituros ex aliquo, qui nondum ſunt concepti. *Bald. l. eam quam. C. de fideicom.*

Prin-

Princeps non poteſt abſorbere ius creditoris.*l.quoties.C.de precib.Imp. offer.*

Princeps non eſt conſulendus in quæſtione facti. *l. eum quem timere.§.1.ff.de iud.*

Princeps non poteſt facere legem non ſubditis. *Gram.conſ. 25.num.4.*

Princeps debet eſſe exemplar ſubditorum. *Göd. conſil.20. num.11.*

Princeps obedire debet rationi.*Bal.conſ.16 vol.2.*

1600. Princeps connumeratur inter ſenatores. *Sen. Ped. in proëm.deciſ.n.2.*

Princeps ea velle præſumitur, quæ leges volunt. *ibid. deciſ. 130.num.5.*

Princeps à DEO conſtitutus eſt, ut faciat iuſtitiam. *Gail. lib 2.obſ 56 nu.11.*

Princeps non præſumitur uti velle abſolutâ poteſtate.*ibid. num. 13.*

Princeps tradit dominium ſine traditione.*ibid.n.6.*

Princeps poteſt dare arbitrum illuſtrem & non illuſtrem. *l. præcipimus.§.pen.C.de app.*

Princeps debet audire voluntates teſtantium, non autem iubere. *l.omnium.C.de teſtam.*

Princeps debet curare bella, res ſacras & ludicras. *l. 3. C.de aleat.*

Princeps bonus poſt omnes eſt.*l.1.C.de alim.pup.*

Princeps capere non vult ex teſtamento infirmo. *l. nolumus.C de teſtam.*

1610. Princeps cognoſcit de accuſatione illuſtrium. *l. 3. C. ubi Senat.vel clariſſ.*

Princeps cognoſcit ſaltem de maioribus rebus.*l.ſi quando. C.de oper.publ.*

Princeps commodis ſubiectorum proſpicere debet. *l.3.C. de aleat.*

Princeps communium rerum utilitatem procurare debet. *l.communium.C.de nat.lib.*

Princeps concedere non poteſt ius monopolii,*l.1.C.de monopol.*

Princeps nihil poteſt contra conventiones & ſtatuta vecti-galium *l.pen. C. de vectig.*

Princeps eſt conditor legum unicus. *l. fin. C. de LL.*

Princeps conſulendus eſt in dubio. *l. 1. C. de relat.*

Princeps contractum privatorum infringere non poteſt. *l. 3. C. de duob. reis ſtipul.*

Princeps coronandus eſt. *l. 3. C. de quadr. praſcript.*

1620. Princeps decorare poteſt privatum illuſtri dignitate. *l. præcipimus. §. pen. C. de appell.*

Princeps dignus non eſt veniâ apud DEVM, qui non eſt clemens erga homines. *l. Imperialis. C. de nup.*

Princeps dilationem iniuſtam concedere non poteſt. *l. fin. §. & hæc quidem. C. de iur. delib.*

Princeps invito domino dominium ad alium transferre non debet. *l. incivile. C. de rei vend.*

Princeps donare poteſt res fiſcales. *l. 2. C. de quadrien. praſcript.*

Princeps donare poteſt ſine inſinuatione. *l. illud. C. de SS. Eccleſ.*

Princeps donare poteſt uxori conſtante matrimonio abſolutè. *l. pen. C. de don. int. vir. & ux.*

Princeps donare non poteſt opera publica, niſi diruta penituſque deſtructa *l. ſi aliquando. C. de op. pub.*

Princeps donationem perfectam inter privatos, ſuo reſcripto revocare nequit. *l. cùm te ſponſa. C. de don. ant. nupt.*

Princeps eximere debet populos litibus & externis bellis. *l. pen. in pr. C. de ædif. priv.*

1630. Princeps ferias repentinas indicere poteſt, non alius iudex. *l. 4. C. de fer.*

Princeps heres poteſt inſtitui. *l. ſi quis Imperatorem. C. qui teſt. fac. poſſ.*

Princeps heredis nomen non admittit ex nudâ voce. *l. nolumus C. de teſtam.*

Princeps humaniorem ſententiam pro duriore conſequi debet. *l. 2. C. de com. ſerv. man.*

Princeps homicidium remittere non poteſt, ſi dolo malo factum eſt, ſecus ſi culpa. *l. eum qui. C. ad l. Cor. de ſic.*

Prin-

Princeps ignoſcere debet de ſe maledictis. *l.1.C.ſi quis Imp. maledix.*

Principale non capit vires ab acceſſorio. *Bal.l. ex pupillari. n.1.ff.de vulg. & pub.ſubſt.*

Principale poteſt ſtare ſine acceſſorio, ſed non è contrà. *Mar.Soc.conſ.3.*

Principale habet relationem ad acceſſorium, & è contrà. *l. cùm principali.ff.de reg.iur.*

Principaliter relatio facienda eſt ad id, quod dictum eſt principaliter, non incidenda dicta. *Bar.l.fin.ff.de lib.leg.*

1640. Princeps vult omnes actus ſuos regulari à iuſtitiâ poli & fori. *Id.lib.1.obſ.14.n.6.*

Principi nunquam præſumitur aliquid placere, niſi iuſtum. *ibid.*

Princeps non preſumitur contra ius velle diſponere. *ib.n.7.*

Princeps in dubio non præſumitur præiudicare velle iuri alterius. *ibid.*

Privilegium perſonale non tranſit ad heredem. *Bar.l.cum patronus.ff.de leg.2.*

Privilegium conceſſum liberis non extenditur ultra pronepotes. *Bar.l.liberos ff. de Senat.*

Privilegium conceſſum vni extenditur etiam ad conſortem, ſi eſt eadem ratio, & agitur de modico præiudicio. *l. 1.C.de div.reſcript.*

Privilegium patris deſcendit in filium. *Bal.l.maximum.C. de lib.prat.*

Privilegium contra ius tertii non tranſit ad nepotem. *Bal. ibid.*

Privilegium datum aliquibus non tranſit ad alios. *Spec. de ſucceſſ.ab inteſt.V.quid ſi.*

Privilegii impetratio eſt renunciatio præſcriptionis, ſi ſunt contraria. *ibid.*

2030. Privilegium impetrari debet ſecundum conſuetudinem, quæ eſt contra ius commune. *But.c.certiorari. de ſepul.*

Privilegium & indulgentia dicuntur continere aliquid ſpeciale. *Roſt.c.1.de reſcript.*

Privilegium ſpirituale eſt, quod alicui ordini conceditur. *ibid.*

Privilegium ſuum, non adverſarii quilibet tenetur allegare. *Fel c.cùm Ordinem.de reſcript.*

Privilegium præſumitur conceſſum motu proprio. *c ſi motu de conceſſ prabend.lib.6.*

Privilegium interpretari debet contra concedentem. *Inn.c. cum dilecti. de don.*

Privilegium intelligitur perpetuum ſeu continuum. *Auth. conſtit.qua de dig.§.illud.*

Privilegium conceſſum clerico videtur conceſſum contemplatione Eccleſiæ *gl.& Bar.l.plures C.de SS. Eccleſ.*

Privilegium intelligitur ſecundum mentem Principis. *c. dudum.de Elect.*

Privilegium favorabile acquirit ius privilegiato ſtatim à die conceſſionis, non ſcientiæ. *Bar. l. beneficium. ff. de conſt.Princ.*

2040. Pri-

2046. Privilegium occupandi propriâ authoritate intelligitur, ſcilicet, ſervato iuris ordine. i. citato poſſeſſore. *Bal. l. meminerint C. unde vi.*

Privilegio libertatis renunciari nequit. *Abb. c. cum tempore. de arb.*

Privilegium retorquetur contra privilegiatum, non tamen ex naturâ privilegii, *Bal. l. cum ex oratione. ff. de excuſ. tut.*

Privilegium prodeſt etiam abſenti. *c. 2. de conſtit.*

Privilegia Civitatibus conceſſa præſumuntur perpetua & realia. *Bal. l. vectigalia. C. de vectig.*

Privilegium emptionis decimarum ſtrictè interpretatur. *Dec. conſ. 113.*

Privilegia iuſta non cenſentur confirmata per generalem confirmationem. *Bal. c. 1. per quos fiat inveſt.*

Privilegia poſſunt pendere. *Flor. l. fin. ff. com præd.*

Privilegium eſt potentius, quàm ius commune. *Bal. l. Iuris-peritos. ff. de excuſ. tut.*

Privilegium præfertur fraternitati. *ibid.*

2050. Privilegium habet locum etiam in cauſis coniunctorum *ibid.*

Privilegium Principis habetur pro peculio Caſtrenſi. *Bal. l. pen. C. de bon. quæ lib.*

Privilegium non debet interpretari contra privilegiatum. *Bal. l. ſi Rufinus, C. de teſt. mil.*

Privilegium prohibitivum prævalet privilegio permiſſivo. *ibid.*

Privilegium conforme iuri communi non debet confirmari ut privilegium. *Bal. Auth. omnes. c. Com. de ſucceſſ.*

Privilegium mutatur cum perſonâ. *Soc. conſ. 93. vol. 1.*

Privilegium fori ſuperveniens non eximit litigantem à iuriſdictione. *Bar. l. ſi quis. ff. de iud.*

Privilegio teſtis dictum validiori nequit. *Bal. l. ſi non ſpeciali C. de teſtam.*

Privilegium non præſumitur, niſi probetur. *Bal. add. Spec. de præſumpt. V. nemo.*

Pri-

Privilegium ratione loci & perſonæ conceſſum non poteſt alibi exerceri, quàm in illo loco. *Innoc. c. bonæ de poſtul. Prælat.*

2060. Privilegium non eſt obſcurè, nec abſurdè interpretandum. *Bal. l. 2. C. de LL.*

Privilegium habet ſuum effectum, etiam ante impletam ſuam cauſam, ob quam fuit impetratum. *Bal. l. Imperialis. §. 1. C. de nupt.*

Privilegii impetratio inducit malam fidem. *gl. & DD. c. veniens. de præſcript.*

Privilegium in formâ communi obtentum dat cauſam præſcribendi. *Bal. l. ſi ſolennib. C. de fid. inſtr.*

Privilegium debet intelligi in caſu, in quo ius commune aliter diſponit. *l. 1. ff. ad municip.*

Privilegium & confirmatio differunt. *Inn. c. cùm inter. de re iud.*

Privilegium non habet in ſe ius accreſcendi. *Bal l. pen. C. de cond. inſert.*

Privilegium conceſſum violento poſſeſſori non valet, nec prodeſt. *Bal. l. 3. C. unde vi.*

Privilegium æquipollet naturæ, *Ioan. And. c. fin. de conſuet. Bal. l. ſive. C. de prob.*

Privilegio conceſſa patri propter filios non cenſentur conceſſa propter filios naturales. *l. 2. §. legitimos. ff. de excuſ. tut.*

2070. Privilegium Eccleſiæ nondum conſtructæ concedi non poteſt. *Bertach rep. part. 3 fol. 279. col. 2.*

Privilegium Originale productum apud acta debet regiſtrari & reſtitui producenti, non apud acta dimitti. *Bald. l. inſtrumenta. C. de fideicom.*

Privilegium non probatur per uſum eius, ſed per titulum iuſtum. *Bal. l. ſi ſolennib. C. de fid. inſt.*

Privilegium reſignatum reviviſcit per uſum tanti temporis, quòd non ſit memoria in contrarium. *Alex. conſ. 197. vol. 2.*

Privilegium dicitur potius ſupra quàm contra ius commune. *Bal. l. 1. C. de furt.*

Digitized by Google

Privilegium continens ius non eſt privilegium,niſi concedatur inhabili.*Inn.c.1.de reſcript.*

Privilegium continens ius commune dicitur ius commune.*Bal.l.1.C.de furt.*

Privilegium dicitur,quod addit vel detrahit iuri communi.*l.ius civile ff.de iuſt.& iur.*

Privilegium continet ius privatum , & ei de facili præfertur ius commune. *Spec.de Inſt.edit § nunc a videndum.*

Privilegium ad ſumptus relevandos & moleſtias levandas debet eſſe firmum.*Bal.l.vectigalia.C.de vectigal.*

2080. Privilegium operatur fortiùs,quàm pactum. *l.fin. C.de bon.quæ lib.*

Privilegium & exemptio ſunt diverſa. *Card. Clem.1.de cenſib.*

Privilegium concedi poteſt,etiam parte non citatâ. *Inn.c. veniens.de fil.preſbyt.*

Privilegii allegatio ſufficit cum poſſeſſione longi temporis.*Abb.c.pervenit.de cenſib.*

Privilegium & ius commune poſſunt ſimul intentari,licet ſint contraria.*Bal.l.1.C.de furt.*

Privilegium & præſcriptio non ſunt contraria. *Abb.c.pen. de præſcript.*

Privilegium poteſt eſſe cauſa præſcriptionis. *ibid.*

Privilegio renuncians non videtur renunciare iuri,*l.miles. § ſexaginta.C.de adult.*

Privilegia ſunt reperta perſonarum , non actionum causâ. *l.fin.C.de SS.Eccleſ.*

Privilegia ſunt privatorum leges, quaſi privatæ leges, quæ in privatis ferantur.*c. privilegia.3.diſt.*

2090. Privilegia , reſcripta & alia conſimilia ad ea tunc extenduntur,de quibus cogitatum eſt. *l.tres fratres.ff. de pact.*

Privilegia extenduntur ad futura. *Decian.conſ.22.num.33. vol.1.*

Privilegia dantur ob merita. *l.honores.ff.de decur.*

Privilegia non ſunt multiplicanda. *gloſſ.l.à divo Pio.ff.de re iud.*

Pri-

Privilegia durant etiam in ſterili. *l. aſſiduis. C. qui pot. in pig. hab.*

Privilegia infirmantur, quibus ſtatus pacis non ſine grandi reip. detrimento ſubverti poſſet ſcandalis & ſciſſuris. *c.un.ext.de privil.*

Privilegia Imperatoris iudici & partibus inſinuari debent. *Gail.lib.2.obſ.118 n.9.*

Privilegia ritè non inſinuata nil proſunt. *ibid.n.11.*

Privilegia cum effectu accipienda. *Idem. libr. 1. obſ. 135. num.1.*

Proavia poteſt eſſe tutrix. *Bart.l.ſi quis ſub conditione.ff.de teſt. tut.*

2100. Proavus liberè adminiſtrare poteſt adventitia nepotis in ſuâ poteſtate exiſtentis. *l. fin. C. de bon. quæ lib.*

Probabilis viri dictum inducit credulitatem.*gl.l.Titio fundus.ff.de cond.& dem.*

Probabile non eſt, quod non eſt ponibile. *l.ſed et ſi. §.1. ff. de iud.*

Probabilis error poſſidentis uſucapienti non obſtat.*l.fin.ff. pro ſuo.*

Probabilis coniectura veriſimili deducitur. *l.non eſt veriſimile.ff.quod met.cauſ.*

Probabilia admittuntur à ICtis. *l. ſi maior. C. de leg. hered.*

Probatio non concludens non eſt probatio. *Decian. conſil. 76.num.4. vol.3.*

Probatio quæ offertur parata incontinenti eſt præ cæteris privilegiata.*c.interpoſita.de appell.*

Probatis extremis ſumuntur media probata. *Menoch.conſ. 654.num.5.*

Probatio debet neceſſariò concludere, non contingenter. *Fulgoſ.conſ.162.n.3.*

2110. Probatio propriè dicitur, quę conſiſtit in facto. *Abb. c.forus.de V.ſignif.*

Probatio evidens ex inſpectione ſolâ Inſtrumentorum poteſt dici.*Abb.c.cùm contingat.de reſcrip.*

Probatio per violentes præſumptiones dicitur eſſe certa. *l. licet. ff. de leg. 2.*

Probatum reprobare non licet. *l. Pomponius. ff. de neg. geſt.*

Probatur fruſtra id, quod probantem relevat. *c. quia veriſimile. de præſcript.*

Probatum ſemel reprobari non poteſt. *l. Pomponius. § ſed eo. ff. de neg. geſt.*

Probatur impedimentum ſolo iuramento, ſi de re modicâ agitur. *l. theſaurus. ff ad exhib.*

Probatur referens per id, quod eſt in relato. *l. aſſe toto. ff. de her. inſt.*

Probari debet de formâ, alioquin non præſumitur. *c. cùm dilecta. de empt & vend.*

Probari nequit qualitas alicuius, niſi priùs probetur eius ſubiectum. *Bal. conſ. 191. V. 2.*

2120. Probandi facultas ſolvitur morte delinquentis. *Bal. conſ 459. n. 5. Vol 4.*

Probatio vel fides facienda eſt iudici, non adverſario. *l. quinquaginta. ff. de prob.*

Probare debet, qui dicit teſtamentum mutatum vel revocatum eſſe. *l. 2. ff eod.*

Probare debent creditores, ſe pignus perdidiſſe ſine dolo vel culpâ ſuâ. *l fin. C. eod.*

Probatio inducitur tantùm ex autentico. *l. ſcimus. C. de diverſ. reſcript.*

Probatio inducitur ex transſcripto. *l. ſi legatum. ff. de Edend.*

Probare amiſſionem Inſtrumentorum ſufficit. *l. teſtium. C. de teſtib.*

Probatur tantùm ex ſcripturâ. *l ſi alterius. C. ſi min. ſe maior. dix.*

Probatum intelligitur, quouſque in contrarium probetur. *l. dote. ff. de iur dot.*

Probari poteſt minor ætas per coniecturas. *DD. l de ætate. ff. de minor.*

2130. Pro-

2130. Probatio debet de neceſſitate concludere. *l. neq. tales C. de prob.*

Probatur ignorantia per iuramentum. *gl. c. præſumitur. de reg. iur. in 6.*

Probatio, quæ fit ex coniecturis legitimis, dicitur evidens. *l. licet Imperator. ff. de leg. 1.*

Probationi teſtium & Inſtrumentorum poteſt in iudicio renunciari. *l. iubemus. C. de iud.*

Probatio de non iure adverſarii non prodeſt agenti in beneficialibus, niſi probet de iure ſuo *c. olim. de reſcript.*

Probari poteſt mandatum procuratoris per teſtes. *Iaſ. l. 1. C. de procur.*

Probatur filiatio ex ſolo tractatu, de aliquo, tanquàm de filio, licet non nominetur. *DD. l. quidam ff. de prob.*

Probatio ſcripta approbata per Imperatorem vel habentē poteſtatem legis condendæ. *DD. l. 1 ff. ſi cert. pet.*

Probare non tenetur præſumptionem habens pro ſe. *c. 1. de præſumpt.*

Probare non tenetur negans factum. *Hercul. de negat. num 54.*

2140. Probarè non tenetur negans aliquem habere legitimam perſonam ſtandi in iudicio *Id. de negat. n. 86.*

Probare non tenetur negans intentionem agentis. *Idem. num. 102.*

Probationis difficultas & odium delinquentis facit, ut admittatur probatio per iuramentum actoris. *DD. l. admonendi. ff. de iureiur.*

Probare non tenetur, qui dicit, bona non ſufficere ad debitum. *Port. lib. 8. reg. 23.*

Probari debet dolus per allegantem. *c. ſodes. de reſcript. l. quoties. ff. de prob.*

Probatur debitum per diuturnam ſolutionem. *gl. l. ſervitutes. ff. de ſervit.*

Probatio termino ad probandum elapſo, probatio amplius non admittitur. *Bar. l. 1. C. de dilat.*

Probatio non admittitur contra præſumptionem iuris. *l. antiquæ. C. ad Vell.*

Probare poſſunt teſtes unumquodque. *c.1.de teſtib.*

Probanti ſemiplenè infideli contra Chriſtianum non defertur iuramentum neceſſarium in ſupplementum. *Bal.l qui accuſare C.de Edend.*

2150. Probatio in genere facta non probat. *l.neq. tales.ff. de prob.*

Probatio generalis non procedit, quando quælibet ſpecies generis non conſequitur illum effectum, ad quem proponitur *Abb.c.in præſentia.de prob.*

Probatio incumbit ei, qui dicit, non ei, qui negat. *l.2.ff.de prob.*

Probationum facultas non eſt coanguſtanda, ſed amplianda. *l.quoniam.C de heret.*

Probari debet, quod negatur. *Marſ.conſ.80.n 64.*

Probandi fraudem coniectura eſt, per locum à veriſimili ſumpta. *Maſcard de prob.vol.2.concluſ.815.n.3.*

Probatio debet eſſe veriſimilis. *Marſ.conſ.83.n.11.*

Probatio debet eſſe conformis libello vel accuſationi. *Marſil ſing.187.*

Probatio dubia ſemper interpretatur contra producentem. *Idem ſing.207.*

Probationes non debent ſumi de domo rei. *Idem ſingul. 271.*

2160. Probationes debent de neceſſitate concludere. *Idem ſing.494.*

Probat Ebrietas conſenſum abeſſe. *Maſcard.de prob.vol.2. concl.609.nu.14.*

Probato titulo & longiore poſſeſſione probatur dominium. *Id.concl.612. nu 4.*

Probationes imperfectæ iunguntur ad faciendam plenam probationem. *gl.l.2.ff.de excuſ.tut.*

Probat contra confitentem confeſſio facta in prioribus. *Sal.l.cum precum.C.de lib.cauſ.*

Probatio eſt animę proceſsus. *Damhoud.prax.civil.cap. 157.num.1.*

Probatio reſpicit victoriam cauſæ & deciſionem. *Auguſt. Bero.q.50.n.1.*

Pro-

Probatio eſt rei dubiæ per argumenta oſtenſio. *Azo & gl. rub. C. de probat*

Probatio falſa non eſt probatio. *Maſcard. de prob. vol 1. q. 2. num. 14.*

Probatio contra præſumptioni admittitur. *Idem ibid. q. 10. num. 47.*

2170. Probatur animus & eventus ex facto & non facto. *§. fin. Inſt. de rer. div. c. pervenit. diſt. 18.*

Probatio probationem non excludit. *Bellamera deciſ. 565. num. 1.*

Probatur dolus ex mendacio. *Crav conſ. 2. num. 13.*

Probatio debet eſſe concludens. *Bertazol. lib. 2. conſ. 414. num. 7.*

Probare antiquam ætatem eſt difficile. *Idem lib. 1. conſ. 81. num. 15.*

Probationes tollunt omnes præſumptiones & coniecturas. *ibid. conſ 37. n. 2.*

Probatoria omnis dilatio eſt peremptoria. *Prepoſ. diſt. 18. c. ſi Epiſcopus n. 8.*

Probatio vincit præſumptionem. *Franc. Aret conſ. 31. nu. 4. in fi.*

Probatur furtum ex querelâ domini ſubtractæ rei. *Maſcard. de prob. vol. 2. concl. 830. n. 12.*

Probatio filiationis eſt difficilis. *Idem concl. 106. num. 11. vol. 1.*

2180. Probatur intereſſe ſacramento iuriſiurandi. *Ferr. Montan. ad uſus feud. lib. 3. cap. 1 in fi.*

Probatio non eſt de ſubſtantiâ iudicii. *l. poſthumus, §. ſi quis ff. de inoff. teſt.*

Probatio ſufficit, quòd concludat præſumptivè. *Crot. de teſtib. part. 7. n. 88.*

Probatur habitus in moribus per tempus trium annorum. *Bar. de teſtib. n. 81.*

Probatio totum pondus cauſæ complectitur. *l. qui ſuperſtitis §. fin. ff. de inoff. teſt.*

Probatio ubi deficit, nil probat ius habere. *l. duo ſunt Titii. ff. de teſt. tut.*

Probationes certæ præferuntur incertis. *Boër. conſil.* 11. *num.* 15.

Probationes, quæ tendunt ad eundem finem ſimul iunctæ, faciunt fidem. *Idem. conſ* 40. *nu* 105.

Probatio plena fit per Inſtrumentum publicum. *Id. conſil.* 25. *num* 2.

Probari per coniecturas ſufficit, quæ directò non poſſunt. *Id, deciſ.* 101. *num.* 6.

2190. Probatio ſemiplena ubi adeſt, iuramentum deferri debet. *Id, conſ* 40. *n* 69.

Probatio omnis iure prodita debet ad examinandam veritatem admitti. *l. nec commiſſum. C. de lib. cauſ.*

Probare tenetur allegans negativam. *Innoc. c ſuper his de accuſat.*

Probans ſolutiones tres ultimas, & continuatas ſemper præſumitur antè ſolviſſe. *Ioan. And. c. literæ. de dilat.*

Probatio dubia non eſt probatio. *Tyndar. de teſtib. cap.* 7. *num.* 5.

Probari poteſt Inveſtitura per duos tantùm teſtes. *c. ſi quis ſe ſi de inveſt int. dom. & vaſ.*

Probat protocollum prioritatem. *Corraſ l. dotis cauſa n.* 2. *ff. ſol. mat.*

Probans antiquiora obtinet. *Weſembec. conſ.* 6. *n.* 127.

Probationes factæ in iudicio ſummario non probant in iudicio plenario. *l. à divo Pio. ff. de re iud.*

Probatio dubia contra probantem eſt intelligenda. *Bertazol. conſ.* 93. *n.* 5. *lib.* 1.

2200. Probare non ſolet accuſatus, ſed accuſator. *l. cùm ſuppoſiti. C ad l. Cor. de ſicar.*

Probare tenetur accuſator ſuis Inſtrumentis, non adverſarii. *l.* 4. *C. de Edend.*

Probandum eſt id, quod eſt intentionis fundamentum. *Ceph conſ* 316. *n.* 55.

Probatio per viſum eſt efficax. *Pariſ. conſil.* 67. *num.* 11. *vol.* 1.

Probatio debet interpretari in meliorem partem. *Bal. add. Spec. de diſpenſ. V. ſemper.*

Pro-

Digitized by Google

Probata probatio dicitur Inſtrumentum. *Bal.l.2.C.quand. fiſc.vel priv.*

Probatio etiam fit per denunciationem publicarum perſonarum. *Spec.de prob.§.3.V.11.*

Probatio contra fictionem iuris non admittitur. *Card. Clem.1.§ fin.de conceſſ.præb.*

Probatio obſcura poteſt declarari per confeſſionem partis adverſæ. *Abb.c.cum Ioannes.de fid. inſt.*

Probatio maxima requiritur in crimine falſi. *Bal. l.fin.C. de prob. Alex. conſ.83.vol.1.*

2210. Probatio propriè non dicitur iuramentum, ſed q. probatio. *Bal.c.1.de conſuet rei feud.*

Probationes in promptu dicuntur, quæ infra triduum haberi poſſunt *gl.l.2.C.de error.Advoc.*

Probatio plena & ſufficiens reſultat ex pluribus præſumptionibus ſimul iunctis *Barbat.conſ.6.*

Probatio plena dicitur etiam per iuramentum in cauſis brevibus. *Bar.l de minore.ff.de quæſt.*

Probatio plena in iudicio ſummario facit fidem in iudicio ordinario *But.l.ab hoſtib.ff ex quib cauſ.*

Probatio ſemiplena fit per unum teſtem. *Spec. de iur.delat. V. nota igitur.*

Probatio ſemiplena ſufficit in cauſis ſummariis levibus. *l. iudices.C.de iud.*

Probatio ſemiplena non excuſat victum ab expenſis. *c.1.§. adiicientes.de Elect.*

Probatio ſemiplena excuſat à pœnâ appellandi. *c.ſi forte. ubi Io. And.de Elect in 6.*

Probationes duæ ſemiplenæ faciunt unam plenam. *Bar. l. admonendi ff. de iureiur.*

2220. Probatio ſemiplena non veriſimilis excludit iuramentum in ſupplementum probationis. *gl. & Bal.l.1.C. qui & adv. quos.*

Probatio ſemiplena fit per confeſſionem factam parte abſente. *ibid.*

Probatio liquida dicitur etiam, quæ fit per præſumptionē iuris. *gl & DD.l.ſi tutor.C.de per tut.*

Probatio per propriam confeſſionem eſt efficacior cæteris probationibus. *Dec. c. at ſi clerici. de iud. Ex.*

Probatio per confeſſionem valet, ſicut per inſtrumenta. *Bar. l. cum te. C. de tranſact.*

Probatio per confeſſionem rei coadiuvat probationem actoris effectam dubiam ex probatione rei. *gl. c. ſi duob. de reſcript. lib. 6.*

Probatio per coniecturas ſufficere poteſt contra uſurarium. *Ang. l. ſi quis. § fin ff ſi quis caut.*

Probatio per præſumptiones fieri poteſt. *Spec. de prob. § . 3. V. 5.*

Probatio per inſpectionem ſcripturarum dicitur evidentiſſima. *Alex: conſ. 4 vol. 4.*

Probatio per famam publicam fieri poteſt. *Spec. de prob. §. 3. V. 6.*

2230. Probatio per famam admittitur in factis antiquis. *Bal. l. proprietatis. C. de prob.*

Probatio coniuncta famæ prævalet cuicumq. probationi. *ibid.*

Probationes cum ſunt pares, præfertur ea, quæ habet per ſe præſumptionem iuris. *Bar. l ſi duo. ff. de iureiur.*

Probationes contra homicidam factæ omiſſo ordine iudiciario non valent. *Bal. c. 1. §. iniuria. de pac. iur. firm.*

Probatio per poſſibile non concludit. *Bal. l. ad probationem. C. de prob.*

Probationes invalidæ partium conſenſu probant. *Inn. c. cum cauſam. de teſtib.*

Probatio invalida poteſt validari per Statutum. *c. cum dilectus. de fid. inſt.*

Probationes contrariæ non valent, ut neutri ſit ſtandum. *c. imputari. eod.*

Probatio ſuper non intentatis non valet. *Bal. l. 2. C. de prob.*

Probationes æquales hinc inde non valent, quia faciunt rem dubiam *Bal. l. fin. C. de Ed. D. Adr.*

2240. Probatio ſpecificata non prodeſt ſuper exceptione generaliter oppoſita. *Bal. Auth. ſi dicatur. C. de teſt.*

Pro-

Probatio obreptitia non valet. *Spec. de teſte.* §.1.

Probatio non dicitur concludens per poſſibile, ſed per neceſſe. *Bal. l ad probationem. C. de prob.*

Probatio nõ valet, quando Iudex admittit ad probandum, quod de iure proponi non debet. *l. quod ſi. ff. de dol.*

Probationis tempus indultum pendente Compromiſſo non currit *Rot. deciſ 360. in nov.*

Probatio admittitur contra præſumptionem ſolennitatis. *Bal. l. ſciendum. ff. de V. O.*

Probare ſi quis velit, quod eſt neceſſe, admittitur. *Bal. l. 1. C. de cond ob turp. cauſ.*

Probari debet exceptio levior, quãdo plures oppoſitæ ſunt. *DD c. auditis. de præſcript.*

Probatio unius ex pluribus neceſſariis non ſufficit. *Bal. l. ſi apud. C. de ad. act.*

Probationes fieri poſſunt, etiam non dato termino ad probandum. *Bal. l. 2. C. de dilat.*

2250. Probatio fieri poteſt in cauſa appell: de non probatis in causâ principali. *l. per hanc. C. de temp. appell.*

Probationes ſuper principali non recipiuntur ante lit. cont. *Spec. de inſt. edit.* §. *videndum.*

Probatio fieri nequit pendente causâ ad conſilium ſapientis. *Bal l ex illo tempore. C. de temp. app.*

Probatio fieri poteſt etiam ultimâ horâ termini. *Bal. add. Spec. de dilat. V. etiam ultima.*

Probatio intra terminum datum, qui dari non debuit, non valet. *Bar. & Caſt. l. fin. ff. de fer.*

Probatio per pugnam regulariter non eſt hodie permiſſa. *l. fin. C. de prob.*

Probationes inter alios actæ aliis non præiudicant. *Abb. c. pen n. 4. de ſent. & re iud.*

Probans ſemper præfertur nil probanti. *Alex. l. & quæ nondum. §. fin. ff. de pign.*

Probatio virtutis eſt, non indicium reprobationis, adverſitas, quæ bonis obiicitur. *c. adverſitas. 7. q. 1.*

Probatio ambigua non relevat. *Port. conſ. 169. num. 7.*

2260. Pro-

2260. Probatione deficiente ad Sacramentum recurſus habetur. *Alvar c. ſi verò. num. 2. quid ſit inveſtit.*

Probari poteſt abſentia contra ſcripturam ſtipulationis. *l. optimam. C. de cont. & com. ſtip.*

Probatio debet eſſe certa & liquida. *l. licet Imperator. ff. de leg. 1.*

Probationes nullæ ſunt validiores, quàm rei evidentia. *c. ult. de cohab. mul. & cler.*

Probationes debent eſſe luce meridianâ clariores. *l. addictos. C. de appel.*

Probatio ex viſu eſt omnium fortiſſima. *c. ad noſtram. de iureiur. Weſemb. conſ. 54. num. 14.*

Probationum via non eſt anguſtanda. *gl. l. quoniam in fi. C. de hæret.*

Probatio contra probationem admittitur. *l. cum de indebito. ff. de prob.*

Probari debet dilapidatio. *Gail. lib. 2. obſ. 147. num. 5.*

Probandum eſt factum cum ſuis qualitatibus. *Idem. lib. 1. obſ 3. num 5.*

2270. Probatur innocentia iuramento *Gail. lib. 2 obſ. 48. num 30.*

Probationem firmat confeſſio. *Idem. libr. 2. obſ. 106. num. 2.*

Probatio dominii difficillima. *ib obſ. 26. num. 2.*

Probationes dominii in poſſeſſorio non recipiuntur *ib. obſ. 63. num. 3.*

Probatis extremitatibus medii temporis poſſeſſio probata intelligitur. *gl. c. accedens. de converſ. coniug.*

Probationes imperfectæ in criminalibus non coniunguntur. *Sal. l. fin. C. de prob.*

Probandæ ſunt cauſæ diſſidii. *l. conſenſu. C. de repud.*

Probationes fictę & imperfectæ admittuntur favore innocentiæ. *Dec. conſ. 459. num. 7.*

Probatur ignorantia eo ipſo, quo non probatur contrarium. *l. ſuper ſervis. C. qui mil. non poſſ. lib. 12.*

Probare convenit quemcunq ſuæ intentionis fundamentum. *DD, c. ſuper hoc. Ex. de reſcrip.*

2280. Pro-

2280. Probatio fit ad eum finem, ut iudici veri fides conſtet. *Menach. de arb. iud. quaſt. caſ. 24. num. 2.*

Probatio præcedit certitudinem. *Cuiac. par. ff. de prob.*

Probatio æquivoca interpretatur contra probantem. *Crot. l. 1. §. hoc a ff. de op. nov. nunc.*

Probato titulo præſumitur bona fides, *Bal. §. prædiorum. n. 16. Inſt. de ſervit.*

Probandum eſt id, quod plurimum facti eſt. *Bal. l. cùm non ſolum. num 38. C. de bon. quæ lib.*

Probatio in ſpecie præfertur probationi in genere. *Roſat. l. turpia. ff. de leg. 1.*

Probationes in civili factæ faciunt fidem in criminali. *Bar. l. 3. § ſiquis. ff. de tab. exhib.*

Probatio ex partis confeſſione procedens admittitur contra præſumptionem iuris & de iure. *gl. & DD. Auth. ſed iam neceſſe. C. de don. ant. nup.*

Probationes ſunt permiſſę cuilibet proponenti. *Bal. l. quinquaginta. ff. de excuſ. tut.*

Probatio ſuper deciſis non admittitur. *Alex. l. ſi duæ. §. idem Iulianus. ff. de iureiur.*

2290. Probationes, quæ accomodari poſſunt ad libellum, tantum debent admitti, non aliæ. *Bal. l. 1. C. ut in poſſ. legat.*

Probationes & ſententia procedunt à pari. *l. lege Iulia. ff. de manum.*

Probationibus teſtium & inſtrumentorum renunciari non poteſt. *Fel. c. ſi diligenti. de for. comp.*

Probationes qui deſtruit, ſubſtantiam actus videtur deſtruere. *Bal. l. noſtram C. de teſtam.*

Probationis appellatione venit plena probatio. *gl. c. ſtatutum. de reſcript. in 6.*

Probanda ſunt omnia, quæ requiruntur loco unius cauſæ finalis. *Bal. l. fin. C. de cond. indeb.*

Probatio inutilis dicitur impertinens, & admitti non debet. *Inn. c. inter dilectos. de exceſſ. Præl.*

Probatio falſa non dicitur propriè probatio. *Bal. rub. C. de prob.*

Pro-

Digitized by Google

Probationes validæ admitti debent etiam in cauſis ſummariis. *Card.clem.ſæpè.§.1.de V.S.*

Probatio ſervitutis vel libertatis cum incumbit, inſpicitur quis poſſideat. *Spec. de cau. poſſ. & propr. §. 2. verſ. ſed iſte.*

2300. Probare debet actor, licet reus ſit in poſſeſſione violenta. *Bar.l.circa.ff.de prob.*

Probationes duriores fieri debent per eum, contra quem eſt præſumptio. *Bar.l.fin.ff.quod met.cau.*

Probari debet aliena ſcientia per allegantem. *Spec.de comp. iud.ad.§.1.v.ſed nunquid.*

Probandi onus incumbit alleganti uſum loquendi. *Corn. conſ.63. vol.2.*

Probatio ſuperflua non nocet. *Bar.& Bal.l.cum virum.C. de fideic.*

Probatio declarat libellum. *Inn.c.1.de ord.cognit.*

Probatio in iudicio nullo facta eſt nulla. *Cardin.Clem.conſtitutionem.§.fin.de Elect.*

Probare tenetur reus excipiens. *l.1.C.de prob.*

Probare licet domeſticis teſtibus de iis, quæ in domo vel ſupellectili ſunt. *l.lex qua tutores.C.de adm.tut.*

Probationum inopiâ recurritur ad iuſiurandum. *l.fin.§.licentia.C.de iur.delib.*

2310. Probationum ſubſidium eſt iuſiurandum. *l.fin.§.licentia.C.de iur.delib.*

Probatus ſemel non eſt improbandus. *l.liceat.C.de Adſeſſ.*

Probare debet familiam, genus vel gentem allegans. *l.1.ff. de probat.*

Probare poſſunt teſtes idonei, ſummæ & integrę opinionis. *l.teſtium.C.de teſtib.*

Probatio iuſta non lęditur taxatione falsâ. *l.1.C.arb.tut.*

Probatio nova poteſt allegari in cauſa appellationis. *l.4.C. de temp.appell.*

Probatio omiſſa in cauſa principali poteſt proponi in appellatione. *l.eos qui.§.1.C.de appell.*

Probationes evidentiſſimę, liquidę & manifeſtę in accuſatione fidem faciunt. *l.fin.C.de prob.*

Pro-

Probitas corrumpitur malo conſilio. *l. ſi quis ſervo alieno. C. de furt.*

Probatio contraria contra pręſumptionem non fictionem admittitur. *Men. de præſ. lib.* 1 *q.* 8. *n.* 11.

2320. Probus vir dicitur habere præſumptionem pro ſe. *Sen. Ped. deciſ.* 71. *nu.* 25.

Probroſum præcipi à teſtatore non debet. *l.* 1. *in fi. C. de his quæ pœn. nom.*

Probroſa pręcepta non ſunt implenda. *Sal. l. ſupervacuum. C. de his quæ pœn. nom.*

Procedens in gradu debet præferri in ſucceſſione. *Bald.* §. *hac etiam. n.* 2. *Inſt. de leg. agn. ſuc.*

Procedens iudex extra ordinem dicitur procedere de facto. *Marſil. ſing.* 354.

Procedere debet iudex ſecundum petita & allegata. *Spec. de teſte.* §. 1. *V. ſed pone.*

Procedunt peccata ex voluntate. *Mant. de coniect. ult. vol. lib.* 1. *tit.* 3. *n.* 6.

Proceres palatii emere non poſſunt res ſubhaſtatas à fiſco. *l. fin. C. de reſcind. vend.*

Proceſſus factus coram duobus Iudicibus valet. *Rip. c. cum M. nu.* 99. *de conſtit.*

Proceſſus agitatus per literas ſubreptitias valet. *Benedict. Capr. reg.* 46.

2330. Proceſſus iudicis à quo, non valet, poſtquàm requiſitus appellationem denegavit. *c. Romana. de opp. in* 6.

Proceſſus eſt nullus, ubi iudex nullam habet iuriſdictionem. *c. ſi duob. de appell.*

Proceſſus iudicis habentis iuriſdictionem elidibilem non tenet, etiamſi non excipiatur. *ibid.*

Proceſſus nullus declarari poteſt, non citatis partibus. *DD. c. cauſam quæ de reſcript.*

Proceſſus non debet incipi ab executione. *Schurpff. conſ.* 15. *nu.* 2. *cent.* 3.

Proceſſus nullus formâ iuris omiſſâ. *Port. conſ.* 155. *n.* 1.

Proceſſus corruit ſententiâ corruente. *Abb. c. ad probandum de re iud.*

Pro-

Proceſſus factus à iudice recuſato eſt ipſo iure nullus. *Bart. l.quia poterat.ff.ad Treb.Rom.conſ.220.*

Proceſſus impeditur per exceptionem, quod ſine actione agitur. *l.ſi pupilli.ff.de neg geſt.*

Proceſſus prioris cauſæ ſemper præcedit. *Cyn.& Bar.l.qui de crimine.C.de accuſat.*

2340. Proceſſus ab executione de iure inchoari nequit. *Fel c.ex reſcripto.de iureiur.*

Proceſſus falſi delegati non poteſt ratificari per delegantem. *Bal.l.mancipia C,de reb.al.non at.*

Proceſſus nullus inducit interpellationem, *Bal.c.1.de mil. vaſ.qui cont.eſt.*

Proceſſus ſuper inepto libello eſt nullus. *gloſſ.Inſt.de oblig. poſt pr.*

Proceſſus iudicis,qui detulit appellationi,non valet.*Inn.c. dilectis de app.*

Proceſſus rumpi non poteſt ratione ineptitudinis,crimine iam liquidato.*Bal.l.edita.C.de ed.*

Proceſſus die feriato factus non valet.*Ang.Auth.de iud §. appellationib.in fi.col.6.*

Proceſſus per alium iudicem factus nomine iudicis ordinarii,non valet.*Bal c.1.ſi int.dom.& vaſ. lis or.*

Proceſſus per delegatum revocatum ignorantem de revocatione ſui valet. *Bal l.mandatum. C. mand.*

Proceſſus per delegatum ignorantem mortem delegantis non valet.*Bar.l.quia.ff.de iur.om.iud.*

2350. Proceſſus ſine actione valet,ſi exceptio non opponetur.*Bar.conſ.à D.Cyno.de Bonon.*

Proceſſus cum falſo procuratore eſt nullus. *Spec.de except. §.3 V.& nota.*

Proceſſus principis habet præſumptionem iuris pro ſe. *Abb.c.cum olim.de re iud.*

Proceſſus contra non citatum non valet.*Bald.l.fin.C.ſi per vim vel al.mod.*

Proceſſus eſt nullus,ſi citatio ſit nulla. *Bal.l.teſtamento.C. de teſtam.*

Pro-

Proceſſus per iudicem appellationis non verum, valet contra contumacem. *c. ſi duob. de app.*

Proceſſus per ignorantem decem petentia iudicis valet uſquequo opponatur. *Ang. l fin. C. de except.*

Proceſſus procuratoris dubitandis de ſuo mandato non valet. *Archid. c. is qui, de proc. in 6.*

Proceſſus antiquus habet præſumptionem pro ſe. *Hoſt. c. cum in iure. de off. deleg.*

Proceſſus coram arbitro tranſit ad heredem compromittentis. *Bal. add. Spec. de arb. 3. col.*

2360. Proceſſus ſine lit. cont. eſt ipſo iure nullus. *Caſtr. conſ. 98.*

Proceſſus coram iudice recuſato valet, niſi appelletur. *Inn. c. cum ſuper de off. deleg.*

Proceſſus caſſatio non nocet poſſeſſori non citato. *Innoc. c. cum dilectus de purg. cau.*

Proceſſus unius non eſt alterius, quando duo ſunt in eâdem causâ adiuncti. *Inn. c. cum ſuper de off. deleg.*

Proceſſus eſt nullus poſt except. rei iudicatæ. *Caſtrenſ. conſ. 17.*

Proceſſus non retardatur per exceptionem, quæ requirit altiorem indaginem. *Bald. c. inſuper. de prohib. feud. al. per Fed.*

Proceſſus factus non dato libello non valet. *Caſtr. conſ. 5. Fel. c. ex reſcripto. de iureiur.*

Proceſſus appellationis non dicitur inchoatus per appellationem, niſi ultra procedatur. *gl. & Bar. l. invitus, C. de proc.*

Proceſſus ſine relatione nuncii eſt nullus. *Caſt. conſ. 52.*

Proceſſus non ritè factus poteſt ritè fieri. *Bald. add. Spec. de ſent. V. proceſſus.*

2370. Proceſſus criminalis impeditur obiectione peremtoriæ exceptionis. *l. præſes. C. de plag.*

Proceſſu exiſtente nullo reus eſt abſolvendus. *Dec. conſil. 549. n. 1.*

Proceſſum impedit compromiſſum. *l. ſi quis rem. ff. de arbit.*

Proclama publicum inducit præſumptionem ſcientiæ. *Gram.deciſ.36.n.17.*

Proclama non dicitur citatio præciſa, ſed cauſativa & conditionalis. *Caſt.conſ.46.*

Proclama generale fieri debet, quando non eſt certus adverſarius. *Bal.l.certum.C. und. cogn.*

Proclama de nativitate probat etiam contra non certos. *Bal.l.neq.C.de probat.*

Proclamans ad libertatem quæcunque habet domino relinquere debet. *l.3.C.quib.ad lib. proclam.*

Proclamatio ad libertatem impeditur per ſolam precii participationem. *l.1.C.eod.*

Proclamationis effectus debet ceſſare, quoad eos in quib. cauſa ceſſat. *Sen.Ped.deciſ.71.nu.60.*

2380. Proclivis eſt curſus ad voluptatem. *c.proclivis. 20. quaſt.3.*

Proconſul poteſt committere cognitionem meri imperii, ſed non ſententiam. *Spec.de leg.§.excipi.*

Proconſul eſt ordinarius in cauſa criminali. *Spec.de iur. om. iud.V. iudicis.*

Proconſul dicitur eſſe de mediis iudicibus. *ibid.*

Proconſul non habet iurisdictionem, niſi poſtquam eſt ingreſſus in provinciam ſibi decretam. *Spec.de com.pet. iud.ad.§.3.*

Procreandi impedimentum in viro vel muliere eſſe poteſt. *Nov.117.cap.12.*

Procreatio liberorum favorabilis eſt tanquam finis matrimonii. *l.ſi vicinis.C.de nupt.*

Procreationi liberorum potius quam adrogationi debet ſtudere minor 60. annis. *l.ſi paterfam.ff.de adopt.*

Procul arceri debet invidia ab animis hominum. *l.opus.ff. de oper.publ.*

Procurans mutuas pecunias accipere poteſt ſub uſuris, pro mandato perficiendo *l.1.C. mand.*

2390. Procuratio alieni negotii virile officium eſt. *l. alienam.C. de procur.*

Procurator litis dominus efficitur per lit.cont. *l.quod quis. C.eod.*

Pro-

Procurator litem conteſtatus procuratorem ſubſtituer poteſt. *ibid.*

Procurator dari poteſt abſens. *l.1.§.3 ff. de procur.*

Procurator dari poteſt correus à correo. *l. licet. § ſed & dominum. ff. eod.*

Procurator dari poteſt filiusfam. *l ſervum ff. eod.*

Procurator dari poteſt impubes ad negotia. *l.1.§.1. pupillus. ff. de acq. her.*

Procurator dari poteſt miles in rem ſuam. *l. filiusfam. §.2. ff. de procur.*

Procurator dari poteſt à fideiuſſoribus. *l. licet § fin ff. eod.*

Procurator dari poteſt actionum, quæ competunt ad vindictam. *ibid. §.1.*

2400. Procurator dari poteſt ad diem futurum, in diem ſub conditione & uſque ad diem. *l.3 ff. eod.*

Procurator dari poteſt in perpetuum. *l.4. ff. eod.*

Procurator conſtitui poteſt ab adultis; tam ad agendum, quam defendendum, curatore interveniente. *l. neq. tutores. C. de proc.*

Procurator conſtitui poteſt à donatario rei donatæ perſequendæ causâ. *l. illam ſubtilem. C. de donat.*

Procurator conſtitui poteſt à minore; cum autoritate ſui adminiſtratoris. *l. neque tutores. C de proc.*

Procurator conſtitui poteſt creditor in rem ſuam à debitore; cedendo ipſi nomen debitoris ſui. *l. ſi in ſolutum. C. de oblig. & act.*

Procuator poteſt conſtitui filius ſui iuris conſtitutus in re patris. *l.3. C. mand.*

Procurator poteſt conſtitui filius in re patris ſine mandato. *l. exigendi. C. de procur.*

Procurator poteſt conſtitui invitus in causâ pauperum. *l. invitus. C. eod.*

Procurator poteſt conſtitui maritus ſine mandato uxoris, *l. maritus. C. eod.*

2410. Procurator poteſt conſtitui miles in ſuis negotiis, & honeſtè ſibi ceſſis. *l. qui ſtipendio. C. eod.*

Digitized by Google

Procurator poteſt conſtitui in capitali crimine, abſentis nomine. *l.3. C. de accuſat.*

Procurator poteſt conſtitui in cauſis pecuniariis. *l. in pecuniariis. C. de proc.*

Procurator poteſt conſtitui ad ceſſas actiones perſequendas. *l. illam ſubtilem. C. de donat.*

Procurator poteſt conſtitui in iniuriarum actionibus criminalibus ac illuſtribus perſonis. *l. fin. C. de iniur.*

Procurator poteſt conſtitui ad merces comparandas. *l. ad comparandas. C. depoſ.*

Procurator poteſt conſtitui ad reſtitutionem minoris. *l.1. C. etiam per procur. cauſ.*

Procurator poteſt conſtitui in una causâ. *l. ſi procurator. C. de procur.*

Procurator poteſt conſtitui unius ſpeciei. *ibid.*

Procurator poteſt conſtitui in locum mortui vel non apparentis. *l. fin C. eod.*

2420. Procurator conſtitui poteſt cum plenâ poteſtate agendi. *l. ſi procurator. C. eod.*

Procurator poteſt conſtitui ſolenniter. *l. præſenti. §.3. C. de his, qui ad Eccleſ. confug.*

Procurator non poteſt conſtitui à curatore abſente. *l.1. C. de actor. à tut. ſeu cur. dand.*

Procurator non poteſt conſtitui à curatore ex ſuâ perſonâ in adulti rem, niſi lite conteſtatâ. *l. neq. tutores C. de proc.*

Procurator non poteſt conſtitui à potentioribus in iis cauſis, in quibus inſcriptio requiritur. *l. tunc convenit. C. de accuſ.*

Procurator non poteſt conſtitui negans defenſionem adverſus reconventionem. *l. actionem C. de proc.*

Procurator non poteſt conſtitui reſpublica, in cauſa privatâ patrocinii causâ *l.1. & 4. C. ne fiſc. vel reſpubl.*

Procurator actionem quærit domino ex re ſuâ. *l. quod procurator. ff. de procur.*

Procurator actiones alterius nomine inſtituere poteſt. *l. Pomponius. ff eod.*

Procurator agere poteſt contra procuratorem ſi habeat expreſſum mandatum. *l. qui duos. ff. eod.* 2430. Pro-

2430. Procurator bonam fidem præſtare debet. *l.idemq. ff.mand.*

Procurator cavere debet de rato. *l.ſervum.* §.*4.ff.de procur.*

Procurator conditionem domini ignorantis meliorem, non autem deteriorem facere poteſt. *l.ignorantis.ff.eod.*

Procurator defendere debet, ſi ei ſine mandato agere licet. *l.ſed & hæ perſonæ.ff. eod.*

Procurator eligere poteſt vice domini. *l.ſi is qui Stichum.ff. eod.*

Procurator excuſari poteſt propter abſentiam reip; causâ, & dignitatem ei acceſſam. *l. genero.*§.*3.ff eod.*

Procurator ferendus nō eſt, qui ſibi procurationem aſſerit. *l. quæ omnia.ff.eod.*

Procurator ſi impediatur, ipſe dominus impediri videtur. *l.oſſa.*§.*fin ff. de relig. & ſumpt fun.*

Procurator imputare non debet impenſas contra mandatum factas. *l 3* §.*4 ff de in rem verſ.*

Procurator iurare non poteſt nomine domini. *l.quoties.*§ *ſi tutor.ff. de nox act*

2440. Procurator ſolvere poteſt nomine domini ſui. *l. inquiſitio.C. de ſol. & lib.*

Procurator obligatur domino, & è contra. *l. itaq. ff. de procur.*

Procurator pœnam recuperare non poteſt, quam ex ſuo delicto præſtitit. *l.qui proprio.*§ *item contra ff.eod.*

Procurator procuratorem facere non poteſt. *l. 4.*§.*fin.ff.de appell.*

Procurator poteſt uti retentione *l.quæ omnia.ff.de procur.*

Procurator poteſt accuſare plurium nomine. *l. 4.C.de accuſ & inſcript.*

Procurator acquirere non poteſt obligationem perſonalem, ſed bene cauſam poſſeſſionis. *l. 1.C.per quas perſon. nob.acquir.*

Procurator appellare poteſt alieno nomine. *l.eor.qui.*§.*fin. C.de appell.*

Procurator cogitur actiones cedere domino. *l.2 C. per quas perſ.nob.acq.*

Procurator condemnari debet in ſententiâ, non dominus, qui nunquàm in iudicio fuit. *l.1.C.de ſent. & interloc.*

2450. Procurator diem & conditionem recipit. *l.actus legitimi.ff.de reg iur.*

Procurator diligentiam omnem præſtare debet. *l. pen. C. mand.*

Procurator domino non præiudicat non ſervato mandato. *l.cum mandato.C eod.*

Procurator emere poteſt alterius nomine. *l. cum per eos.C. ſi quis alt vel ſib.*

Procurator exigere non poteſt pœnam deſertæ accuſationis. *l 3 C. ubi cauſ. fiſcal.*

Procurator falſi accuſare poteſt civiliter, non autem criminaliter. *l.de fide.C ad.l.Cor. de falſ.*

Procurator furti agere poteſt alterius nomine. *l.4. C. de furt.*

Procurator poteſt conficere Inventarium. *l,fin, §. 3 C.de iur. delib.*

Procurator fit legitimus per cautionem de rato. *l.1. C.de procur.*

Procurator mandati pactum ſervare debet. *l.in re mandata. C.mand.*

2460. Procurator novare ſine mandato non poteſt, *l.4.C. de ſol. & lib.*

Procurator non poteſt pignorare rem domini inviti. *l. fin. C.ſi al.res pig.dat.*

Procurator pignorare non poteſt ſine mandato. *l.1.C.eod. tit.*

Procurator poſſeſſionem & dominium domino acquirere poteſt. *l.per procuratorem.C.de acq poſſ.*

Procurator poſſidet corporalrter. *l.fin.C.eod.*

Procurator præſcribere non poteſt ullo tempore. *l.cum notiſſimi § fin.C.de praſcript.30 ann.*

Procurator rationes ibi reddere debet, ubi geſſit. *l.1. C.ubi de ratiocin.*

Procurator redimere litem non poteſt. *l.litem.C.de proc.*

Pro-

Procurator ſubrogare poteſt alium ad agendum. *l. cum per eos. C. ſi quis alt. vel ſibi.*

Procurator tenetur reſpondere. *l. 3. C. de proc.*

2470. Procurator ad agendum datus, ad peragendum videtur datus. *l. qui procuratorem. ff. eod.*

Procurator ad duas res datus, una petitâ ab alterâ non excluditur. *l. fin. ff. eod.*

Procurator evictionis nemine promittens, tenetur finito officio. *l. procurator. ff. eod.*

Procurator in rem ſuam acquirere nequit actionem nomino. *l. fin. §. 1. ff. de cond. indeb.*

Procurator iudiciis dandus non poteſt eſſe minor 25. annis. *l. minor. ff. de procur.*

Procurator iudiciis duplicibus datus fungitur vice actoris & rei. *ibid.*

Procurator ſine mandato experiri cupiens, alicuius nomine de rato cavere debet. *l. ſervum quoq. §. 4. ff. eod.*

Procurator primus revocatur conſtitutione ſecundi. *l. ſi quis. § fin. ff. eod.*

Procurator conſentiens, ut procurator, non tenetur iure proprio. *l. cùm quadam mulier. C. de admin. tut.*

Procurator faciens aliquid alieno nomine, proprio conveniri nequit. *l. ſi non ſubſcripſiſti. C. eod.*

2480. Procurator falſus admiſſus de facto, non nocet de iure. *l. licet. C. de procur.*

Procurator falſus furtum facit exigendo. *l. falſus. C. de furt.*

Procurator falſus removeri poteſt quocumq. tempore. *l. 2. C. de eo qui pro tut.*

Procurator fiſci appellatur magiſter privatæ rei. *l. pen. C. ubi de cauſ. ſtat. ag. deb.*

Procurator fiſci non cognoſcit in privatorum contractib. *l. pen. C. ſi mancip. ita fuer.*

Procurator fiſci cognoſcit de cauſis inter fiſcum & privatũ. *ibid.*

Procurator litis, lite conteſtatâ ſine causâ removeri nequit. *l. procuratorib. C. de proc.*

Procurator ad lites non poteſt alium conſtituere ante lit. cont. *l. quod quis ſibi. C. eod.*

Procurator mandati fidem rumpens ad intereſſe tenetur. *l. ad comparandas. C. mand.*

Procurator minoris alienare nequit ſine decreto ſolenniter interpoſito. *l. minorum. C. de præd. & aliis reb. min.*

2490. Procurator negligens poteſt infamari. *l. in re mandata. C. de mand.*

Procurator plenam agendi poteſtatem habens delegare non poteſt. *l. ſi procurator. C. de proc.*

Procurator plus petens non nocet domino. *l. pen. § fin. C. de iud.*

Procurator Principis non cavet de Evictione. *l. 3. C. de quadr. præſcript.*

Procurator reip. non eſt competens iudex in quæſtione ſtatûs. *l. pen. C. ne de ſtat. defunct.*

Procurator rixarum plenus cavere idoneè non poteſt. *l. 3. C. de V. ſig.*

Procurator ſpecialis exequens mandatum, obligat dominum. *l. pen. C. de inſtit. act.*

Procurator ſpecialis, mandati fines egreſſus, domino non præiudicat. *l. ſi procurator. C. de proc.*

Procurator vendens immobilia ſine ſpeciali mandato, non præiudicat domino. *l. procuratorem. C. eod.*

Procurator unus idemq. publicus in duobus iudiciis eſſe nequit. *l. pen. C. eod.*

2500. Procurator unus in duobus foris eſſe nequit. *ibid.*

Procuratoris conditio non debet eſſe peior, quam domini. *l. ſed & hæ perſonæ. § 3. ff. eod.*

Procuratoris delictum domino non nocet. *l. qui proprio. §. item contra. ff. eod.*

Procuratoris falſa confeſſio non afficit dominum. *l. huic ſcripturæ §. 1. ff. ad l. Aquil.*

Procuratoris obligatio cum domino parit mandati actionem. *l. licet. §. 2. ff. de proc.*

Procuratoris pactum prodeſt domino & nocet ſi habet ſpeciale, mandatum. *l. reſcriptum. ff. de pact.*

Pro-

Procuratoris perſona ad negotia qualis ſit, non curatur. *l. quamvis.§ fin ff. ad Trebell.*

Procuratoris ſtipulatio ſuper re domini, in dubio cenſetur facta nomine domini. *l. pen. ff. ſi quis Caut.*

Procuratoris uſus neceſſarius eſt *l 1. §. 1. ff. de procur.*

Procuratoris officium debet eſſe gratuitum. *l. fin. ff. ſi quis Caut.*

2510. Procuratori imputantur damna fortuitò accidentia, non autem mandatori. *l. inter cauſas. §. non omnia. ff. mand.*

Procuratorem habens non eſt abſens. *l pen. §. 1. C. de iudic.*

Procurator non poteſt excedere formam, & fines mandati. *Aſin prax. iud. §. 3. cap. 37 n. 3.*

Procurator ad defendendum poteſt agere & accuſare. *Bald. non prohibetur. C. qui accuſ non poſſ.*

Procurator appellàndo non fit dominus litis. *Bal. & Sun. l dominus. C. de äppell.*

Procuratori etiam laico poteſt conferri beneficium Eccleſiaſticum pro abſente. *Abb. c. accedens de præb.*

Procuratoris negligentia in non appellando præiudicat domino. *Marſil. ſing. 290.*

Procuratoris diſcordia non nocet domino. *l. ex liberis. C. de acq. poſſ.*

Procuratoris factum eſt domino nocivum. *l. procuratoris. ff. de tribut.*

Procuratoris abſentia non nocet domino litis, appellationem volenti exequi. *l. dominus litis. C. de appell.*

2520. Procuratoris officium viliſſimum. *l. ſi quis. C. de decur. lib. 10.*

Procurator generalis regulariter tranſigere non poteſt. *Inn. c. 3. de arb.*

Procurator habens generale mandatum non poteſt compromittere. *Guid. Pap. deciſ. 69. nu. 3.*

Procurator indefinitè ad litem conſtitutus ad omnes lites conſtitutus dicetur. *Iaſ. l. qui filiabus. §. ſi quis. n. 5 ff. de leg. 1.*

Digitized by Google

Procurator, ſi de eius mandato certum, de rato cavere non tenetur. *l.1.C.de proc.*

Procurator tenetur appellare, ſed non appellationem proſequi. *l.invitus.C.eod.*

Procurator regulariter conſtitui nequit monachus, nec à monacho. *Spec.de proc.§.2.V. item quod eſt.*

Procurator regulariter procuratorem ſubſtituere non poteſt. *l.nè quis ſibi.C.de proc.*

Procurator conſtitutus ad agendum & exigendum non poteſt recipere voluntarias ſolutiones. *l.non ſolum.ff.ſol. mat.l.2. C. eod.*

Procurator ad litem tantùm non poteſt ſolutionem recipere. *l.hoc iure.ff.de ſolut.*

2530. Procurator poteſt conſtitui ad cauſas infamis. *l.2.C. de dig.lib.12.§.fin.Inſt.de except.*

Procurator, de cuius mandato dubitatur, admittitur cum Cautione rati. *l.cautio.C.de proc.*

Procurator ad negotia poteſt indiſtinctè, & quandocumq; alium ſubſtituere. *l. ſi procuratorem ff.mand.*

Procuratrix eſſe nequit mulier. *l alienam.C.de proc.*

Procuratorem timere non tenetur, impeditus morbo, vel alio iuſto impedimento. *l.2.ff. ſi quis Caut.*

Procurator iudicialis vel extraiudicialis non cenſetur revocatus, niſi nota ſibi fuerit revocatio. *c.ex parte decani.de reſcript.*

Procurator in causâ criminali non admittitur. *c. veniens. de accuſ.l.pen.ff.de publ.iud.*

Procurator cauſam prorogare non poteſt de tempore ad tempus. *DD. c.cùm olim.de off.del.*

Procuratoris contumacia domino regulariter non nocet. *l.eum qui.C.de proc.c.1.lib. lit.non cont.*

Procurator ſi litem conteſtatus fuerit, non dominus, ſed ipſe citandus eſt. *Mar.Soc.de Citat.q.4.*

2540. Procurator excedens mandatum, non obligat dominum, niſi ſciens. *Fel. c.cùm olim.n.9.de off.del.*

Procuratoris excommunicati conſtitutio ipſo iure, eſt nulla ſine ope exceptionis. *c.poſt ceſſionem, de prob.*

Pro-

Procuratoris mandatum ſolvitur morte. *l.inter cauſas.ff. mand.*

Procurator non poteſt eſſe accuſatus, niſi probatâ innocẽtiâ. *l.rerum criminis. C.de proc.*

Procurator legitimatur per Mandatum. *Sich.conſ.matrim. 5. num.3.*

Procurator cogitur defendere dominum. *Clem.1.de proc.l. 8.ff.de proc.*

Procurator dicitur quilibet nuncius largo modo. *Specul.de proc.§.4.V.& nota.*

Procurator dicitur quilibet adminiſtrator. *c. petitio. de procur.*

Procurator non dicitur, qui non producit mandatum. *Bal. l. falſus C.de furt.*

Procurator non dicitur ante ſibi præſentatum ſibi mandatum. *c.is qui.de procur.lib 6.*

2550. Procurator ſi facit ut nuncius, non valet factum. *Bar.l.qui a.ff.de conſt pec.*

Procurator non dicitur dominus contractus. *l. cùm per liberam.C.per quas perſon.nob.acq.*

Procurator ex cauſa poteſt revocare errorem domini. *Alex.l.ſi hominem.ff.mand.*

Procurator quandoque ponitur pro actore. *Spec.de his qui al.nom.in iud.interven.*

Procurator excuſatur propter inimicitias capitales. *Card. clem.1.in fi.de procur.*

Procurator eſſe nequit, de capitale crimine accuſatus. *l.rerum. C. eod.*

Procurator inhabilis admittitur, quando periculum eſt in mora. *Bal l.exigendi. C.eod.*

Procurator ſervus eſſe nequit. *Specul.de proc.§.1.V.Item quod eſt ſervus.*

Procurator laicus eſſe poteſt ad renunciandum beneficium Eccleſiaſticum. *Card.clem.1.de renunc.*

Procurator religioſus poteſt conſtitui. *Clem.religioſus. de procur.*

2560. Pro-

Digitized by Google

2560. Procurator etiam per Prælatum Eccleſiæ poteſt cōſtitui. *Auth. de ſanctiſſ. Epiſc. §. ſi quando.*
Procurator quis eſſe nequit durante magiſtratu. *Spec. de proc. §. 2. V. Item quod eſt.*
Procurator ad cauſas non tractat extra iudicialia. *Card. clem 2. de proc.*
Procurator poteſt agere in causâ matrimoniali. *gl. Bar. & DD. l. nihil, C. de procur.*
Procurator agens coram iudice laico poteſt reconveniri coram Eccleſiaſtico. *Bar. l. ſed & hæ. §. non ſolum. ff. eod.*
Procurator unus ex pluribus heredibus poteſt conſtitui. *l. ſi familia. ff. fam. herciſc.*
Procurator etiam ad certam diem conſtitui poteſt. *Bar. l. 1. ff. de proc.*
Procurator debet conſtitui ſecundùm naturam cauſæ. *c. 2. eod. Bal l. falſus. C. de furt.*
Procuratorem debet mittere abſuturus. *Spec. de Citationibus. §. 4. V. Item hoc ordine.*
Procurator non fit ab Vniverſitate, quæ non eſt domina. *Spec. de his qui alien nom. in iud. int.*
2570. Procurator conſtitutus ad agendum, appellandum & proſequendum compellitur proſequi, ſi appellet. *Rot. deciſ. 147. in nov.*
Procurator dari non poteſt, niſi causâ cognitâ in his, in quibus vertitur utilitas publica. *Bar. l. non cogendum. §. qui ita. ff. de proc.*
Procurator conſtitutus videtur conſtitutus ad ea, quæ ſunt de conſuetudine. *Fel. c. cùm M. de conſtit.*
Procurator ad excipiendum non poteſt exceptiones probare. *Bal. add. Spec. de proc. § procurator.*
Procurator ad agendum poteſt totam cauſam expedire. *ibidem.*
Procurator ad cauſam futuram intelligitur, ſcilicet ad inſtantiam, non ad negotium principale. *Bar. l qui Romæ. §. Callimachus ff. de V. O.*
Procurator generalis poteſt facere proteſtationes. *Bart. l. actione. §. renunciare. ff. pro Soc.*

Pro-

Procurator generalis non admittitur in cauſis infamiæ, quæ ſunt criminales. *gl. & Bar l. planè ff. de exc. tut.*

Procurator generalis poteſt ſolvere creditoribus. *Bar. l. ſi procurator. ff. de cond. indeb.*

Procurator in rem ſuam non poteſt revocari. *l. illud. C. de donat.*

2580. Procurator in rem ſuam dicitur quælibet Civitas, habens privilegia. *Bal. l. 1. C. de her. vel act. vend.*

Procurator in rem ſuam facit ſumptus litis de ſuo. *Bal. l. 1. C. de Evict.*

Procurator in rem ſuam poteſt conſtitui per eum, qui poteſt ſe obligare. *Spec. de ceſſ. act. § 1. V & ſcias.*

Procur. in rem ſuam poteſt paciſci ad commodum & præiudicium domini. *l ſicut. ff. quib. mod. pig ſolv.*

Proc. in rem ſuam non venit appellatione procuratoris. *Bal. l. 1. C. de act & oblig.*

Procurator ad vendendum non poteſt habere fidem de pretio. *gl. & Bal l. cum vendente C. Ubi cauſ fiſc.*

Procurator ad iubendum non tenetur. *Bar. l. aut qui aliter. §. fin. ff. quod vi aut clam.*

Procurator omnium bonorum poteſt agere. *Inn. c. fin. de procur.*

Procurator ad ſolvendum non cogitur præciſè ſolvere. *Bar l. filius. §. procuratorem. ff. de proc.*

Procurator ad negotia poteſt ſubſtituere. *l. ſi procuratorem. ff. mand.*

2590. Procurator ad adeundûm hereditatem conſtitui non poteſt. *l. Paulus ff de acq. her.*

Procurator ad petendum hereditatem poteſt conſtitui. *l. qui ita §. 1. ff. ad Trebell.*

Procurator ad repudiandum hereditatem conſtitui non poteſt *l. gl. & Bar. l. 2. ff. de off. proc. Cæſ.*

Procurator falſus non poteſt movere actionem. *l. ſi pupilli. ff. de neg geſt.*

Procuratoris geſta contra formam mandati non valent. *l. cùm mandati. C. mand.*

Procu-

Digitized by Google

Procurator poteſt conſtitui in capitali crimine, abſentis nomine. *l. 3. C. de accuſat.*

Procurator poteſt conſtitui in cauſis pecuniariis. *l. in pecuniariis. C. de proc.*

Procurator poteſt conſtitui ad ceſſas actiones perſequendas. *l. illam ſubtilem. C. de donat.*

Procurator poteſt conſtitui in iniuriarum actionibus criminalibus ac illuſtribus perſonis. *l. fin. C. de iniur.*

Procurator poteſt conſtitui ad merces comparandas. *l. ad comparandas. C. depoſ.*

Procurator poteſt conſtitui ad reſtitutionem minoris. *l. 1. C. etiam per procur. cauſ.*

Procurator poteſt conſtitui in una cauſâ. *l. ſi procurator. C. de procur.*

Procurator poteſt conſtitui unius ſpeciei. *ibid.*

Procurator poteſt conſtitui in locum mortui vel non apparentis. *l. fin. C. eod.*

2420. Procurator conſtitui poteſt cum plenâ poteſtate agendi. *l. ſi procurator. C. eod.*

Procurator poteſt conſtitui ſolenniter. *l. præſenti. §. 3. C. de his, qui ad Eccleſ. confug.*

Procurator non poteſt conſtitui à curatore abſente. *l. 1. C. de actor. à tut. ſeu cur. dand.*

Procurator non poteſt conſtitui à curatore ex ſuâ perſonâ in adulti rem, niſi lite conteſtatâ. *l. neq. tutores. C. de proc.*

Procurator non poteſt conſtitui à potentioribus in iis cauſis, in quibus inſcriptio requiritur. *l. tunc convenit. C. de accuſ.*

Procurator non poteſt conſtitui negans defenſionem adverſus reconventionem. *l. actionem. C. de proc.*

Procurator non poteſt conſtitui reſpublica, in cauſa privatâ patrocinii cauſâ. *l. 1. & 4. C. ne fiſc. vel reſpubl.*

Procurator actionem quærit domino ex re ſuà. *l. quod procurator. ff. de procur.*

Procurator actiones alterius nomine inſtituere poteſt. *l. Pomponius. ff. eod.*

Procurator agere poteſt contra procuratorem ſi habeat expreſſum mandatum. *l. qui duos. ff. eod.*

2430. Pro-

Digitized by Google

2430. Procurator bonam fidem præſtare debet. *l.idemq. ff.mand.*

Procurator cavere debet de rato. *l.ſervum.* §.4.*ff.de procur.*

Procurator conditionem domini ignorantis meliorem, non autem deteriorem facere poteſt. *l.ignorantis.ff.eod.*

Procurator defendere debet, ſi ei ſine mandato agere licet. *l.ſed & hæ perſonæ.ff. eod.*

Procurator eligere poteſt vice domini. *l.ſi is qui Stichum.ff. eod.*

Procurator excuſari poteſt propter abſentiam reip; causâ, & dignitatem ei acceſſam. *l. genero.*§.3.*ff eod.*

Procurator ferendus nõ eſt, qui ſibi procurationem aſſerit. *l. quæ omnia.ff.eod.*

Procurator ſi impediatur, ipſe dominus impediri videtur. *l.oſſa.*§.*fin.ff.de relig.& ſumpt fun.*

Procurator imputare non debet impenſas contra mandatum factas. *l 3* §.4 *ff de in rem verſ.*

Procurator iurare non poteſt nomine domini. *l.quoties.*§ *ſi tutor.ff.de nox act*

2440. Procurator ſolvere poteſt nomine domini ſui. *l. inquiſitio.C.de ſol.& lib.*

Procurator obligatur domino, & è contra. *l. itaq. ff. de procur.*

Procurator pœnam recuperare non poteſt, quam ex ſuo delicto præſtitit. *l.qui proprio.*§ *item contra ff.eod.*

Procurator procuratorem facere non poteſt. *l.* 4.§.*fin.ff.de appell.*

Procurator poteſt uti retentione. *l.quæ omnia.ff.de procur.*

Procurator poteſt accuſare plurium nomine. *l.* 4.*C.de accuſ & inſcript.*

Procurator acquirere non poteſt obligationem perſonalem, ſed bene cauſam poſſesſionis. *l.* 1.*C.per quas perſon. nob.acquir.*

Procurator appellare poteſt alieno nomine. *l.eor.qui.*§.*fin. C.de appell.*

Procurator cogitur actiones cedere domino. *l.2 C. per quas perſ.nob.acq.*

Procurator condemnari debet in ſententiâ, non dominus, qui nunquàm in iudicio fuit. *l.1.C.de ſent. & interloc.*

2450. Procurator diem & conditionem recipit. *l.actus legitimi.ff.de reg iur.*

Procurator diligentiam omnem præſtare debet. *l.pen. C. mand.*

Procurator domino non præiudicat non ſervato mandato. *l.cum mandato.C eod.*

Procurator emere poteſt alterius nomine. *l.cum per eos.C. ſi quis alt vel ſib.*

Procurator exigere non poteſt pœnam deſertæ accuſationis. *l 3 C. ubi cauſ.fiſcal.*

Procurator falſi accuſare poteſt civiliter, non autem criminaliter. *l.de fide.C ad.l.Cor.de falſ.*

Procurator furti agere poteſt alterius nomine. *l.4. C. de furt.*

Procurator poteſt conficere Inventarium. *l.fin.* §. 3 *C.de iur. delib.*

Procurator fit legitimus per cautionem de rato. *l.1. C.de procur.*

Procurator mandati pactum ſervare debet. *l.in re mandata. C.mand.*

2460. Procurator novare ſine mandato non poteſt, *l.4.C. de ſol. & lib.*

Procurator non poteſt pignorare rem domini inviti. *l.fin. C.ſi al.res pig.dat.*

Procurator pignorare non poteſt ſine mandato. *l.1.C.eod. tit.*

Procurator poſſeſſionem & dominium domino acquirere poteſt. *l.per procuratorem.C.de acq poſſ.*

Procurator poſſidet corporaliter. *l.fin.C.eod.*

Procurator præſcribere non poteſt ullo tempore. *l.cum notiſſimi* § *fin.C.de præſcript.30 ann.*

Procurator rationes ibi reddere debet, ubi geſſit. *l.1. C.ubi de ratiocin.*

Procurator redimere litem non poteſt. *l.litem.C.de proc.*

Pro-

Procurator ſubrogare poteſt alium ad agendum. *l. cum per eos.C.ſi quis alt.vel ſibi.*

Procurator tenetur reſpondere.*l. 3.C.de proc.*

2470. Procurator ad agendum datus, ad peragendum videtur datus.*l.qui procuratorem ff. eod.*

Procurator ad duas res datus, una petitâ ab alterâ non excluditur.*l.fin ff.eod.*

Procurator evictionis nomine promittens, tenetur finito officio,*l.procurator.ff.eod.*

Procurator in rem ſuam acquirere nequit actionem nomino.*l.fin.§.2.ff. de cond. indeb.*

Procurator iudiciis dandus non poteſt eſſe minor 25.annis. *l.minor.ff.de procur.*

Procurator iudiciis duplicibus datus fungitur vice actoris & rei,*ibid.*

Procurator ſine mandato experiri cupiens, alicuius nomine de rato cavere debet.*l.ſervum quoq.§.4.ff.eod.*

Procurator primus revocatur conſtitutione ſecundi. *l. ſi quis.§ fin.ff. eod.*

Procurator conſentiens, ut procurator, non tenetur iure proprio.*l.cùm quadam mulier.C.de admin.tut.*

Procurator faciens aliquid alieno nomine, proprio conveniri nequit.*l.ſi non ſubſcripſiſti.C. eod.*

2480. Procurator falſus admiſſus de facto, non nocet de iure. *l.licet.C. de procur.*

Procurator falſus furtum facit exigendo. *l. falſus.C. de furt.*

Procurator falſus removeri poteſt quocumq.tempore. *l.2. C. de eo qui pro tut.*

Procurator fiſci appellatur magiſter privatæ rei.*l.pen. C.ubi de cauſ.ſtat.ag. deb.*

Procurator fiſci non cognoſcit in privatorum contractib. *l. pen.C.ſi mancip.ita fuer.*

Procurator fiſci cognoſcit de cauſis inter fiſcum & privatū. *ibid.*

Procurator litis, lite conteſtatâ ſine causâ removeri nequit. *l procuratorib,C.de proc.*

Procurator ad lites non poteſt alium conſtituere ante lit. cont. *l. quod quis ſibi. C. eod.*

Procurator mandati fidem rumpens ad intereſſe tenetur. *l. ad comparandas. C. mand.*

Procurator minoris alienare nequit ſine decreto ſolenniter interpoſito. *l. minorum. C. de præd. & aliis reb. min.*

2490. Procurator negligens poteſt infamari. *l. in re mandata. C. de mand.*

Procurator plenam agendi poteſtatem habens delegare non poteſt. *l. ſi procurator. C. de proc.*

Procurator plus petens non nocet domino. *l. pen. § fin. C. de iud.*

Procurator Principis non cavet de Evictione. *l. 3. C. de quadr. præſcript.*

Procurator reip. non eſt competens iudex in quæſtione ſtatûs. *l. pen. C. ne de ſtat. defunct.*

Procurator rixarum plenus cavere idoneè non poteſt. *l. 3. C. de V. ſig.*

Procurator ſpecialis exequens mandatum, obligat dominum. *l. pen. C. de inſtit. act.*

Procurator ſpecialis, mandati fines egreſſus, domino non præiudicat. *l. ſi procurator. C. de proc.*

Procurator vendens immobilia ſine ſpeciali mandato, non præiudicat domino. *l. procuratorem. C. eod.*

Procurator unus idemq. publicus in duobus iudiciis eſſe nequit. *l. pen. C. eod.*

2500. Procurator unus in duobus foris eſſe nequit. *ibid.*

Procuratoris conditio non debet eſſe peior, quam domini. *l. ſed & hæ perſonæ. § 3. ff. eod.*

Procuratoris delictum domino non nocet. *l. qui proprio. §. item contra. ff. eod.*

Procuratoris falſa confeſſio non afficit dominum. *l. huic ſcripturæ § 1. ff. ad l. Aquil.*

Procuratoris obligatio cum domino parit mandati actionem. *l. licet. § 2. ff. de proc.*

Procuratoris pactum prodeſt domino & nocet ſi habet ſpeciale mandatum. *l. reſcriptum. ff. de pact.*

Pro-

Procuratoris perſona ad negotia qualis ſit, non curatur. *l. quamvis.§ fin ff.ad Trebell.*

Procuratoris ſtipulatio ſuper re domini, in dubio cenſetur facta nomine domini.*l.pen.ff.ſi quis Caut.*

Procuratoris uſus neceſſarius eſt. *l 1.§ 1.ff.de procur.*

Procuratoris officium debet eſſe gratuitum, *l.fin.ff.ſi quis Caut.*

2510. Procuratori imputantur damna fortuitò accidentia, non autem mandatori. *l. inter cauſas. §. non omnia. ff. mand.*

Procuratorem habens non eſt abſens. *l pen. §. 1. C. de iudic.*

Procurator non poteſt excedere formam, & fines mandati. *Aſin prax iud.§.3. cap.37 n.3.*

Procurator ad defendendum poteſt agere & accuſare. *Bald. non prohibetur. C.qui accuſ non poſſ.*

Procurator appellando non fit dominus litis. *Bal.& Sun. l dominus.C.de appell.*

Procuratori etiam laico poteſt conferri beneficium Eccleſiaſticum pro abſente. *Abb.c.accedens de præb.*

Procuratoris negligentia in non appellando præiudicat domino. *Marſil.ſing.290.*

Procuratoris diſcordia non nocet domino. *l.ex liberis.C. de acq.poſſ.*

Procuratoris factum eſt domino nocivum. *l.procuratoris. ff.de tribut.*

Procuratoris abſentia non nocet domino litis, appellationem volenti exequi.*l.dominus litis.C.de appell.*

2520. Procuratoris officium viliſſimum. *l. ſi quis. C.de decur.lib. 10.*

Procurator generalis regulariter tranſigere non poteſt. *Inn. c.3.de arb.*

Procurator habens generale mandatum non poteſt compromittere. *Guid.Pap.deciſ.69.nu 3.*

Procurator indefinitè ad litem conſtitutus ad omnes lites conſtitutus dicetur. *Iaſ. l. qui filiabus.§.ſi quis.n.5 ff.de leg.1.*

Procurator, ſi de eius mandato certum, de rato cavere non tenetur. *l.1.C.de proc.*

Procurator tenetur appellare, ſed non appellationem proſequi. *l.invitus.C.eod.*

Procurator regulariter conſtitui nequit monachus, nec à monacho. *Spec.de proc.§.2.V.item quod eſt.*

Procurator regulariter procuratorem ſubſtituere non poteſt. *l.nè quis ſibi.C.de proc.*

Procurator conſtitutus ad agendum & exigendum non poteſt recipere voluntarias ſolutiones. *l.non ſolum.ff.ſol. mat.l.2.C.eod.*

Procurator ad litem tantùm non poteſt ſolutionem recipere. *l.hoc iure.ff.de ſolut.*

2530. Procurator poteſt conſtitui ad cauſas infamis. *l.2.C. de dig.lib.12.§.fin.Inſt.de except.*

Procurator, de cuius mandato dubitatur, admittitur cum Cautione rati. *l.cautio.C.de proc.*

Procurator ad negotia poteſt indiſtinctè, & quandocumq; alium ſubſtituere. *l. ſi procuratorem ff.mand.*

Procuratrix eſſe nequit mulier. *l alienam.C.de proc.*

Procuratorem timere non tenetur, impeditus morbo, vel alio iuſto impedimento. *l.2.ff.ſi quis Caut.*

Procurator iudicialis vel extraiudicialis non cenſetur revocatus, niſi nota ſibi fuerit revocatio. *c.ex parte decani.de reſcript.*

Procurator in causâ criminali non admittitur. *c.veniens. de accuſ.l.pen.ff.de publ.iud.*

Procurator cauſam prorogare non poteſt de tempore ad tempus *DD c.cùm olim.de off.del.*

Procuratoris contumacia domino regulariter non nocet. *l.eum qui.C.de proc.c.1.lib.lit.non cont.*

Procurator ſi litem conteſtatus fuerit, non dominus, ſed ipſe citandus eſt. *Mar.Soc.de Citat.q.4.*

2540. Procurator excedens mandatum, non obligat dominum, niſi ſciens. *Fel c.cùm olim.n.9.de off.del.*

Procuratoris excommunicati conſtitutio ipſo iure, eſt nulla ſine ope exceptionis. *c.poſt ceſſionem.de prob.*

Pro-

Procuratoris mandatum ſolvitur morte. *l.inter cauſas.ff. mand.*

Procurator non poteſt eſſe accuſatus, niſi probatâ innocẽtiâ. *l.rerum criminis. C.de prac.*

Procurator legitimatur per Mandatum. *Sich.conſ.matrim. 5. num.3.*

Procurator cogitur defendere dominum. *Clem.1.de proc.l. 8. ff.de proc.*

Procurator dicitur quilibet nuncius largo modo. *Specul.de proc.§.4.V.& nota.*

Procurator dicitur quilibet adminiſtrator. *c. petitio. de procur.*

Procurator non dicitur, qui non producit mandatum. *Bal. l. falſus C.de furt.*

Procurator non dicitur ante ſibi præſentatum ſibi mandatum. *c.is qui.de procur. lib 6.*

2550. Procurator ſi facit ut nuncius, non valet factum. *Bar.l.qui a.ff.de conſt pec.*

Procurator non dicitur dominus contractus. *l. cùm per liberam.C.per quas perſon nob.acq.*

Procurator ex cauſa poteſt revocare errorem domini. *Alex.l.ſi hominem.ff.mand.*

Procurator quandoque ponitur pro actore. *Spec.de his qui al.nom.in iud.interven.*

Procurator excuſatur propter inimicitias capitales. *Card. clem.1.in fi.de procur.*

Procurator eſſe nequit, de capitale crimine accuſatus. *l.rerum. C. eod.*

Procurator inhabilis admittitur, quando periculum eſt in mora. *Bal l.exigendi. C.eod.*

Procurator ſervus eſſe nequit. *Specul.de proc.§.1.V.Item quod eſt ſervus.*

Procurator laicus eſſe poteſt ad renunciandum beneficium Eccleſiaſticum. *Card.clem.1.de renunc.*

Procurator religioſus poteſt conſtitui. *Clem.religioſus. de procur.*

2560. Pro-

2560. Procurator etiam per Prælatum Eccleſiæ poteſt cõſtitui. *Auth.de ſanctiſſ. Epiſc.§.ſi quando.*

Procurator quis eſſe nequit durante magiſtratu. *Spec. de proc.§.2.V.Item quod eſt.*

Procurator ad cauſas non tractat extra iudicialia. *Card. clem 2.de proc.*

Procurator poteſt agere in cauſâ matrimoniali. *gl. Bar. & DD.l.nihil, C.de procur.*

Procurator agens coram iudice laico poteſt reconveniri coram Eccleſiaſtico. *Bar.l.ſed & hæ.§.non ſolum.ff.eod.*

Procurator unus ex pluribus heredibus poteſt conſtitui. *l. ſi familia.ff.fam.herciſc.*

Procurator etiam ad certam diem conſtitui poteſt. *Bar.l.1. ff.de proc.*

Procurator debet conſtitui ſecundùm naturam cauſæ. *c.2. eod.Bal l.falſus. C.de furt.*

Procuratorem debet mittere abſuturus. *Spec.de Citationibus.§.4.V.Item hoc ordine.*

Procurator non fit ab Vniverſitate, quæ non eſt domina. *Spec.de his qui alien.nom.in iud. int.*

2570. Procurator conſtitutus ad agendum, appellandum & proſequendum compellitur proſequi, ſi appellet. *Rot. deciſ.147.in nov.*

Procurator dari non poteſt, niſi causâ cognitâ in his, in quibus vertitur utilitas publica. *Bar.l.non cogendum.§. qui ita.ff.de proc.*

Procurator conſtitutus videtur conſtitutus ad ea, quæ ſunt de conſuetudine. *Fel.c.cùm M.de conſtit.*

Procurator ad excipiendum non poteſt exceptiones probare. *Bal.add.Spec.de proc.§ procurator.*

Procurator ad agendum poteſt totam cauſam expedire. *ibidem.*

Procurator ad cauſam futuram intelligitur, ſcilicet ad inſtantiam, non ad negotium principale. *Bar.l qui Romæ. §.Callimachus ff.de V.O.*

Procurator generalis poteſt facere proteſtationes. *Bart.l. actione.§.renunciare. ff.pro Soc.*

Pro-

Procurator generalis non admittitur in cauſis infamiæ, quæ ſunt criminales. *gl. & Bar. l. planè ff. de exc. tut.*

Procurator generalis poteſt ſolvere creditoribus. *Bar. l. ſi procurator. ff. de cond. indeb.*

Procurator in rem ſuam non poteſt revocari. *l. illud. C. de donat.*

2580. Procurator in rem ſuam dicitur quælibet Civitas, habens privilegia. *Bal. l. 1. C. de her. vel act. vend.*

Procurator in rem ſuam facit ſumptus litis de ſuo. *Bal. l. 1. C. de Evict.*

Procurator in rem ſuam poteſt conſtitui per eum, qui poteſt ſe obligare. *Spec. de ceſſ. act. § 1. V & ſcias.*

Procur. in rem ſuam poteſt paciſci ad commodum & præiudicium domini. *l ſicut. ff. quib. mod. pig ſolv.*

Proc. in rem ſuam non venit appellatione procuratoris. *Bal. l. 1. C. de act & oblig.*

Procurator ad vendendum non poteſt habere fidem de pretio. *gl. & Bal. l. cum vendente C. Vbi cauſ. fiſc.*

Procurator ad iubendum non tenetur. *Bar. l. aut qui aliter. §. fin. ff. quod vi aut clam.*

Procurator omnium bonorum poteſt agere. *Inn. c. fin. de procur.*

Procurator ad ſolvendum non cogitur præcisè ſolvere. *Bar l. filius. §. procuratorem. ff. de proc.*

Procurator ad negotia poteſt ſubſtituere. *l. ſi procuratorem. ff. mand.*

2590. Procurator ad adeundûm hereditatem conſtitui non poteſt. *l. Paulus ff de acq. her.*

Procurator ad petendum hereditatem poteſt conſtitui. *l. qui ita § 1. ff. ad Trebell.*

Procurator ad repudiandum hereditatem conſtitui non poteſt *l. gl. & Bar. l. 2. ff. de off. proc. Cæſ.*

Procurator falſus non poteſt movere actionem. *l. ſi pupilli. ff. de neg geſt.*

Procuratoris geſta contra formam mandati non valent. *l. cùm mandati. C. mand.*

Procu-

Procuratot falſus tenetur condictione indebiti. *l. creditoris.C.de cond indeb.*

Procurator falſus non dicitur legitimus contradictor. *Bal. l.falſus.C.de furt.*

Procurator ſuſpectus poteſt ex officio iudicis repelli. *Bal. l. 3.C.de procur.*

Procurator eſt ſuſpectus,ſi fiat affinis adverſarii. *l. aut affinitate ff.de procur.*

Procurator ingerens ſe ſponte pro invito eſt ſuſpectus. *Bar.l.quæ omnia.§.1 ff.eod.*

2600. Procurator contradicens domino poteſt,ut ſuſpectus recuſari.*gl.c.quamvis.eod. lib.6.*

Procuratoris ſuſpecti loco non debet alius per iudicem ſubrogari.*l.cum qui.C.eod.*

Procurator abſentis debet oſtendere mandatum domini ſumptibus. *Caſt.l ſi actor.in fi.de proc.*

Procuratori abſentis poteſt iudex officium procurationis interdicere.*Bal.l.mandatum.C.mand.*

Procurator non dicitur habere mandatum, qui illud non producit.*Bal.l.falſus.C.de furt.*

Procurator non cavens, cùm debet, dicitur inſufficiens. *ibidem.*

Procurator rei debet indiſtinctè cavere iudicatum ſolvi. *l. 1.C.de ſatiſd.*

Procurator rei non tenetur cavere de rato.*DD.l.non cogendum.ff.de procur.*

Procurator,pro quo dominus cavit,non debet cavere.*Bar. l.1.C.de ſatiſd.*

Pro procuratore non poteſt dominus fideiubere. *Card. clem.1. de procur.*

2610. Procurator ad unum articulum non tenetur cavere.*gl.& DD.l.decem ff de reg.iur*

Procurator non cogitur iurare. *l.iuſiurandum.§.pupillus.ff. de iureiur.*

Procurator ad litem non poteſt tranſigere. *Bart, l.tranſactionis, C,de tranſact.*

Pro-

Digitized by Google

Procurator poteſt domino acquirere remiſſionem pignoris. *l. ſi conſentit. ff. quib. mod. pig.*

Procurator non poteſt remittere debitori debitum. *DD. l. pactum. C. de pact.*

Procurator poteſt renunciare exceptionibus domini dilatoriis. *Caſt. l. 1. §. 1. ff. de fer.*

Procuratio ſeu viſitatio non poteſt præſcribi. *c. cum ex officii de præſcript.*

Procuratio non debetur à paupere. *gl. & Abb. c. procuratoris. de cenſibus.*

Procuratio eſt annexa viſitationi. *Clem. 2. de cenſib.*

Procuratum factum non prodeſt. *l. ſi ſervus. ff. de leg. 1.*

2620. Prodeſſe ſibi unuſquiſque dum alii non nocet, non prohibetur. *l. 1. § idem aiunt. ff. de aq. pluv. arc.*

Prodeſſe alteri nemo cogitur, ſed tantum obeſſe vetatur. *l. in ſumma. §. teſt. eod.*

Proditor punitur ex ſola attentatione. *l. quisquis. C. ad l. Iul. maieſt.*

Proditor veritatis eſt, qui veritatem liberè non pronunciat. *c. nolite facere. 11. q. 3.*

Proditor dicitur, qui ſecreta revelat. *Marſil. conſil. 1. num. 1.*

Proditores reip. non gaudent beneficiis iuris. *Bal. l. ſi quos. C. de poſtlim. reverſ.*

Proditores puniuntur capite. *Marſil. conſ. 1. nu. 6.*

Proditores ſunt DEO & hominibus odio. *Idem ſing. 16.*

Prodigium non rumpit teſtamentum. *l. 3. C. de poſthum. hered. inſt.*

Prodigus dicitur is, qui expendit ultra ſubſtantiam ſuam. *Ang. Auth. ut deter. ſib. me. cler.*

2630. Prodigus reſtituitur in integrum ſicut minor. *Bal. l. 3. C. de in int. reſt.*

Prodigus obligatur iuramenti. *Bald. l. pactum. 7. q. C. de collat.*

Prodigus non poteſt eſſe in iudicio. *DD. l. is cui bonis. ff. de V. O.*

Prodigus obligatur ex delicto. *ibid.*

Prodigus poteſt acquirere, licet non poſſit alienare. *Bart. l. furioſi. ff. de reg. iur.*

Prodigus non iuret ad litem. *Alex. & Fulgoſ. l. videamus. ff. de in lit. iur.*

Prodigus non poteſt deferre iuramentum ſine curatore. *DD. & Alex. l. tutor. ff. de iureiur.*

Prodigus acquirit hereditatem ſibi delatam. *Bal. l. potui. C. de iur. delib.*

Prodigus teſtari poteſt permittente ſtatuto. *Bar. l. ſi quaeramus. ff. de teſt.*

Prodigus alienare non poteſt. *l. 3. C. de in int. reſt.*

2640. Prodigus cavere idoneè non poteſt *l. 3. C. de V. ſig.*

Prodigus omnium libidinum & vitiorum ſervus. *l. fin. C. de ſent. poſſ.*

Prodigus patriam poteſtatem non habet. *ibid. §. 2.*

Prodigus teſtari non poteſt. *l. 1. C. qui teſt. fac. poſſ.*

Prodigus utitur iure minoribus conſtituto. *l. 2. C. de curat. fur.*

Prodigus eſt qui neque modum, neque finem habet in rebus expendendis. *l. 1. ff. de cur fur.*

Prodigus non dicitur, niſi ſit declaratus prodigus. *Gail. lib. 2. obſ. 51. nu. 2*

Prodigi conſenſus eſt nullus. *Bal. l. nutum. §. eum cui lege. n. 1. ff. de acq. her.*

Prodigo cenſetur ipſo iure interdicta adminiſtratio bonorum alienorum. *Bal. l. 1. ff. de cur. fur.*

Prodigo filio poteſt pater ſubſtituere. *Bald. l. humanitatis. C. de impub. & al. ſubſtit.*

2650. Prodigalitas eſt morbus voluntarius. *Bald. l. humanitatis. C. de impub. & al. ſubſtit.*

Prodigalitate pœna elevatur. *l. furioſi. ff. de reg. iur.*

Proditio ſceleratorum conſiliorum etiam die ſacro detegi ac puniri poteſt. *l. eius. C. de fer.*

Proditioni proximum eſt hoſtes armis inſtituere. *l. 2. C. quae res export. non deb.*

Producens inſtrumentum confectum manu Notarii, non poteſt reprobare perſonam eius, *Bal. ſi quis teſtib. C. de teſtib.*

Pro-

Producens copiam, cum habeat originale non auditur. *Ang. Auth. ut ſponſ. larg. §. hoc inſuper.*

Producens falſam ſcripturam non punitur, niſi de falſitate convincatur. *Bar. l. pen. C. de prob.*

Producens videtur uti bona fide. *Bal. l. alia. C. de his quib. ut indig.*

Producens falſum inſtrumentum perdit cauſam. *gl. cum venerabilis. de relig. dom.*

Producens falſam narrationem non punitur. *Bal. l. quicumq. C. de ſerv. fugit.*

2660. Producens falſam probationem punitur. *ibid.*

Producens ſcripturam privatam falſam tenetur de falſo, ſicut producens publicam. *Bal. l. fin. C. de fid. inſtr.*

Producens falſum inſtrumentum vel falſum teſtem, poteſt ex officio iudicis puniri. *Cyn. l. ubi. C. de falſ.*

Producens fatetur eſſe verum, quod producit. *Ceph. conſ. 377. n. 8.*

Productio incertorum iurium non relevat producentem. *Card. Clem. 2. ut lit. pend.*

Productio nocet producenti. *Bal. l. quod debitori. C. de ſol.*

Productio teſtium quarta requirit ſolennitatem. *Auth. atqui. C. de probat.*

Productio inſtrumentorum debet fieri parte citatâ. *C. fin. de fid. inſtrum.*

Profectitia revertuntur ad patrem pleno iure. *l. 2. C. de bon. quæ lib.*

Profesſio falſa veritati non præiudicat. *l. neq. profeſſio. C. de teſtam.*

2670. Profesſio inhoneſta fugienda eſt. *l. Imperialis. C. de nup.*

Profesſio omiſſa non excludit probationem generis. *l. nec omiſſa. C. de lib. cauſ.*

Profesſio ſola ſufficit ad ceſſionem faciendam. *l. in omni. C. qui bon. ced. poſſ.*

Profesſio aut aſſeveratio nuncupantium filios qui non ſunt, veritati non præiudicat. *gl. l. neq. profeſſio. C. de teſtam.*

Profeſſio facit monachum, non habitus. *c. porrectum. Ext. de regul & tranſ. ad relig.*

Profeſſio tollit liberum arbitrium. *c. non dicatis. 12. quæſt. 1.*

Profeſſores legum divinarum & ſacrarum gaudent privilegiis. *Conſt. Frid. C. ne fil. pro pat.*

Profeſſores Iuris ſunt ſacerdotes. *Zaſ. l. 1. num. 10. de iuſt. & iur.*

Profiteri cogimur etiam ea, quæ vectigal non ſolvunt. *l. univerſum. C. de vectigal.*

Pro herede gerere non facti, ſed animi eſt. *l. pro herede. ff. de acq. her.*

2680. Pro herede uſucapere poteſt, qui teſtamenti factionem habet. *l. fin. ff. pro her.*

Prohibens teſtamentum mutari tenetur, ſicut prohibens de novo fieri. *Bal. l. 1. C. ſi quis aliq. teſt. proh.*

Prohibens teſtari non poteſt accuſari, niſi ab eo, cuius intereſt. *Ang. Auth. ut cum de app. cognoſc. §. ſi quemlibet.*

Prohibentis conditio melior eſt. *Spec. de confeſſ. §. 4. V. ſed pone.*

Prohibentis ſocii conditio melior eſt. *l. Sabinus. ff. com. divid.*

Prohibentis melior eſt cauſa in pari cauſâ turpitudinis. *l. Sabinus. ff. Com. divid.*

Prohibet in aliis, qui permittit in uno. *Spec. de loc. §. 6. V. 158 in fi.*

Prohibere qui debet, non poteſt permittere. *Caſtr. conſil. 151.*

Prohibere ex officio qui neceſſe habet ipſe committere nõ debet. *l. altius. ff. ſi ſerv. vendic.*

Prohibere eſt non conſentire. *Bar. l. qui vas. §. vetare. ff. de furt.*

2690. Prohibetur quandoque uni, quod alii permittitur. *l. ex quo pace frui. C. de ædif. privat.*

Prohibentur arma à templis. *l. 3. C. de Epiſ. & Cler.*

Prohibentur multa fieri, quæ facta tenent. *Spec. de contum. §. 4. V. ſed nunquid.*

Pro-

Digitized by Google

Prohibendus nemo eſt ab eo, quod ſibi prodeſt & alii non nocet. *l 1. §. deniq. ff. de aq. pluv. arc.*

Prohibitâ venditione cenſetur etiam prohibita donatio, & quælibet alienatio. *Bart. l. filiusfam. §. divi. ff. de leg. 1.*

Prohibita non veniunt in generali ſermone. *c. 1. de capit. qui cur. vend.*

Prohibita eſt appellatio ad parem. *Gozadin. conſil. 59. num. 29.*

Prohibita diſcens punitur ut docens. *l culpa. C. de maleſ. & mathem.*

Prohibitâ cauſâ prohibitus quoque cenſetur effectus. *c. cum quid. 39. de reg. iur.*

Prohibitâ alienatione prohibitus videtur omnis actus, per quem alteri quæritur ius rei. *l. ſancimus. C. de reb. non al.*

2700. Prohibita ſi fiant, habentur pro infectis & inutilibus. *l non dubium. C. de LL.*

Prohibitum una viâ non debet aliâ concedi. *Bar. l. ſcires. §. ſi mater. ff. de tut. & cur.*

Prohibitum emi non poteſt vendi, & è contra. *Caſtrenſ. conſ. 19.*

Prohibitum directè eſt etiã prohibitum per interpoſitam perſonam. *l. 1. C. de nat. lib.*

Prohibitum allegans debet id probare. *l. baliſta. ff. ad Trebell.*

Prohibitum directè videtur etiam prohibitum per obliquum. *l cætera. §. 4. ff. de leg. 1.*

Prohibitum ſimpliciter prohibetur etiam alternativè. *l. ait prætor. ff. de iur. delib.*

Prohibitum fieri per ſemetipſum prohibetur etiam mediante perſona. *l. eos qui. §. 1. C. de uſur.*

Prohibitum directè videtur etiam prohibere indirectè. *l. creditor. C. de don int. vir. & ux.*

Prohibitum immediatè, nec mediatè licet. *l. hac edictali. C. de ſec. nupt.*

2710. Prohibitum alienari in fideicommiſſum univerſale non veniunt. *l. Lucius §. pluribus. ff. ad Trebell.*

Prohibitum ob plures rationes non permittitur, etiamſi aliquot rationes ceſſent. *l. liberorum. ff. de infam.*

Prohibitum poſt tempus videtur ante illud fuiſſe permiſſum. *l. promiſſor. ff. de conſt. pec.*

Prohibitum ad tempus, poſt tempus lapſum videtur permiſſum. *l. ſi minor. ff. de V. O.*

Prohibiti intereſt à nemine prohiberi. *l. 3. §. 1. ff. de Verb. Oblig.*

Prohibito genere prohibitur ſpecies. *l. non dubium. C. de LL.*

Prohibitio facta ex cauſa publicæ utilitatis, vel propter honorem iudicis, vel prætoris autoritatem, non poteſt remitti. *Bar. l. quos prohibet. ff. de poſtul.*

Prohibitio certi actûs trahitur etiam ad antecedens illius actûs. *l. oratio. ff. de ſponſ.*

Prohibitio acquirit poſſeſſionem prohibenti ex non fieri. *l. 2. C. de ſervit.*

Prohibitio extenditur ad ſimilia. *Bal. Auth. ex causâ. C. de lib. præter.*

2720. Prohibitio ſuper contractu includit etiam ultimam voluntatem. *l. pater. ff. de leg. 2.*

Prohibitio alienandi facta per ſententiam iudicis impedit dominii tranſlationem. *Bald. l. ea lege. C. de cond. ob cauſ.*

Prohibitio alienationis ratione alimentorum impedit dominii tranſlationem. *l. 1. C. de don.*

Prohibitio diviſionis intelligitur, niſi ſocius ſit rixoſus. Bertach. *rep. part. 3. fol 306. col. 1.*

Prohibitio alienandi facta heredi videtur facta etiam heredi heredis. Bar. *l. filius. ff. de leg. 1.*

Prohibitio alienandi ad tempus videtur permiſſio poſt tempus Bar. *l. pater. ff. de leg. 3.*

Prohibitio alienandi facta filiis non extenditur ad nepotes. *Ang. Auth. de reſt. fideicom. col. ult.*

Digitized by Google

Prohibitio alienandi impedit rem venire ad fiſcum, *Alex. l. Imperator. ff. de fid. lib.*

Prohibitio alienandi facta ab arbitro in ſententiâ non impedit dominii tranſlationem. *Innoc. c. Raynaldus. de teſtam.*

Prohibitio alienandi facta à iudice non impedit tranſlationem dominii. *Bal. l. eâ lege C. de cond. ob cauſ.*

2730. Prohibitio alienandi facta in teſtamento non nocet creditori, quin poſſit alienare pignus. *Bald. l. 1. C. deb. vend. pig. imped. non poſſ.*

Prohibitio alienandi per Statutum fieri poteſt. *Bald. l. dudum. C. de cont. empt.*

Prohibitio alienandi videtur facta, ſi teſtator mandat rem in familiâ conſervari. *Bal. l. 2. C. de uſucap. pro empt.*

Prohibitio alienandi certam rem facta à teſtatore non impedit eam dari in dotem. *Caſt. conſ. 3.*

Prohibitio alienandi res relictas Eccleſiæ facta à teſtatore, intelligitur etiam cum ſolennitate iuris. *Caſtrenſ. conſil. 16.*

Prohibitio alienandi extra familiam intelligitur uſque ad 4. gradum non ultrà. *Alex. conſ. 56.*

Prohibitio alienandi facta per teſtatorem heredibus inducit inter ipſos tacitam ſubſtitutionem reciprocam. *gl. l. codicillis. ff. de leg. 2.*

Prohibitio alienationis facta in contractu includit ultimã voluntatem *Bal. c. quia. de iud.*

Prohibitio teſtandi facta à teſtatore heredibus importat ſubſtitutionem directam. *Bal. l. precib. C. de imp. ſubſt.*

Prohibitio teſtandi facta teſtatori per aliquem probatur ex eo, quod non permiſit Notarium & teſtes ingredi ad teſtatorem. *Bal. l. 1. C. ſi quis aliq. teſt. prohib.*

2740. Prohibitio teſtandi facta per virum uxori, non impedit filios ſuccedere matri prohibitos. *ibid.*

Prohibitio inſtituendi extraneum impedit dominii tranſlationem. *Caſt. conſ. 158.*

Prohibitio una plus valet, quam plurium conceſſio. *l. per fundum. ff. de ſervit.*

Digitized by Google

Prohibitio rerum minoris extra perſonam & cauſam prohibitionis non egreditur. *l. etſi. C. de præd minor.*

Prohibitio alienationis non comprehendit filios inter ſe. *l voluntas, C. de fideicom.*

Prohibitio impedit actionem mandati & negotiorum geſtorum. *l. ſi pro te. ff mand.*

Prohibitio remitti poteſt conſenſu eorum, in quorum favorem facta eſt. *l. nihil proponi. ff. de leg. 1.*

Prohibitio potentior eſt in cauſâ, quam in cauſato. *Auth. multo magis. C. de SS. Eccleſ.*

Prohibitio factâ extra cauſam cognitionis, ius meum non lædit. *l. 1. ff. de op. nov. nunc.*

Prohibitio facta procuratori, ipſi domino facta videtur. *l. oſſa. §. fin. ff. de relig. & ſumpt. fun.*

2750. Prohibitio alienationis rerum minoris non extenditur ad alienationes neceſſarias. *l. 1. C. de præd. min.*

Prohibitio ſpecialis obligationis facit, ut nec generaliter obligare liceat. *l ſpem eorum C. quæ res pig. obl.*

Prohibitio temporalis temporalem habet effectum. *l. 3. C. de dol. mal*

Prohibitio niſi ſit, permiſſio ſubeſt. *Bertach. rep part. 3 fol. 305. col. ult. ad fin.*

Prohibitio alienandi, etiam nulla, facit pœnam committi, ſi traditio rei facta ſit. *Bal. c. 1. quib. mod. feud. amitt.*

Prohibitio alienādi etiam per errorem induci poteſt. *Bart. l. filius. ff. de leg. 1.*

Prohibitio poſſidentis operatur, ut dicatur vim facere faciens contra prohibitionem. *Bar. l. 3. C. de pignor.*

Prohibitio expreſſa priùs operatur, quàm taciturnitas. *Alex. & DD. l. dedit. ff. de cond. ob cauſ.*

Prohibitiones obligant ſemper. *cap. ſi non licet. 23. quæſt. 5.*

Prohibitio non præſumitur, niſi probetur. *Spec. de prob. §. 1. V. ſequitur videre.*

2760. Prohibitio prætoris intelligitur facta in totum. *Spec. de renunc. 4. col. v. pone ergo.*

Pro-

Prohibitio vendendi intelligitur etiam emendi, & è contra. *Caſt. conſ. 19.*
Prohibitio duplex operatur efficacius. *Ioan. Dilect de art. teſtandi tit. 9. cauſ 9. n. 2.*
Prohibitio debet intelligi perpetua. *Bald. l. dudum. C. de contrah. empt.*
Prohibitio eſt odioſa. *l. 2. ff. ſi à par. quis manum.*
Prohibitionis regula in caſibus non exceptis firmatur. *l. quæſitum. ff. de fund. inſtruct.*
Prohibitionis effectum reſervat una vigens ratio. *ibidem.*
Prohibitionis cauſa ſublatâ ceſſat prohibitionis effectus. *Auth. de Monach. § is qui in fi.*
Prohibitio alienationis non impedit dominii tranſlationem. *ibid.*
Prohibitio facta in uno ex correlativis, cenſetur facta etiam in alio. *c. 1. locat.*
2770 Prohibitio una plus valet, quàm plurium conceſſio. *l. per fundum. ff. de ſervit.*
Prohibitus alienare poteſt locare ad annos centum. *ibid.*
Prohibitus alienare etiam pro modico tempore, non poteſt alienare. *l. ſi filio. § fi. ff. ſol. mat.*
Prohibitus alienare poteſt in conſortem alienare. *l. fin. C. de habit. metrop. lib. 11*
Prohibitus alienare per teſtamentum, poteſt in dotem dare. *Bar. l. voluntas ff. de fideicom.*
Prohibitus alienare non poteſt deferre iuramentum. *Bart. l. iusiurandum. ff. de iureiur.*
Prohibitus alienare non poteſt permutare. *Bald. Auth. res quæ C. Com. de leg.*
Prohibitus alienare poteſt repudiare hereditatem. *Caſtr. conſ. 311.*
Prohibitus alienare in extraneos non poteſt eos inſtituere. *Caſt. conſ. 148.*
Prohibitus alienare non poteſt rem in iudicium deducere. *Spec. de act. 4. & ult. chart.*
2780. Prohibitus alienare poteſt compromittere. *Bald. l. fin. § fin. C. Com. de leg.*

Digitized by Google

Prohibitus alienare non poteſt promittere. *Bal. l. fin. C. ad l. Falcid.*

Prohibitus alienare non poteſt obligari ad alienandum. *Bar. l. ſi reſolvendum. C. de præd. min.*

Prohibitus alienare non poteſt committere delictum ut alienetur. *l. Imperator. ff. de fid. lib.*

Prohibitus ponere rem extra manus ſuas, intelligitur extra dominium ſuum. *gl. & Bal. l. fin. C. de reb. alien. non al.*

Prohibitus vendere non poteſt donare. *Bar. l. voluntas. C. de fideicom.*

Prohibitus alienare extra familiam poteſt alienare de conſenſu illorum de familia. *Dyn. & Bar. l. qui Romæ. §. cohæredes. ff. de V. O.*

Prohibitus alienare poteſt concedere uſumfructum rei ad vitam alicuius. *Ang Auth. de non alien. §. hoc igitur. col. 2.*

Prohibitus cedere nobili non poteſt cedere forenſi, qui poſtea cedat nobili. *Bar. l. ſi quis. C. de hæret.*

Prohibitus alienare non poteſt hæredem inſtituere. *Bal. l. ſi quis. C. de ſec. nupt.*

2790 Prohibitus alienare non poteſt transferre ius ſuccedendi ab inteſtato. *Bar. l. codicillis. §. matre ff. de leg. 2.*

Prohibitus alienare non poteſt in contractu fideiubere pro alienante. *Bal. l. exceptione. C. de Evict.*

Prohibitus vendere non obligatur de Evictione. *Lau. de Fan. l. in quorum. ff ſi quid in fraud. patron.*

Prohibitus pignorare poteſt omnia bona ſua generaliter obligare. *Bal. l. voluntas. C. de fideicom.*

Prohibitus alienare non poteſt eleemoſynam facere. *Bertach. rep par. 3 fol. 306. ad med.*

Prohibitus teſtari poteſt codicillari. *Bald. l. fin. C. de teſt.*

Prohibitus ab officiis minoribus non admittitur ad maiora. *Bal. l. fin. C. ſi ſerv export. van.*

Prohibitus ſcribere inſtrumentum pro ſe poteſt ſcribere con-

contra ſe. *l. non putavit. §. ſi quis ſua. ff. de bon. poſſ cont. tab.*

Prohibitus ſubſtituere poteſt mittere nuncium. *Alex. l. qui a. §. fin. ff. de conſt. pec.*

Prohibitus à iure accreſcendi poteſt ſuccedere ab inteſtato, niſi prohibitio ſit facta favore legitimorum. *Bal. poſt gl. l. 1. C. de mil. teſt.*

2800. Prohibitus ſuccedere ab inteſtato per ſtatutum, poteſt ſine cauſa præteriri vel exhæredari, quia habet neceſſe inſtitui. *Bar. l. Gallus. ff. de lib. & poſth.*

Prohibitus portare vinum extra territorium, etiam vinum pro ſuo uſu portare nequit. *Bal. l. 1. C. quæ res export. non deb.*

Prohibitus intrare pallatium Poteſtatis poteſt impunè intrare, quando Poteſtas eſt abſens. *Bar. l. 2. ff. de aur. leg. ad fi.*

Prohibitus exercere artem, extra territorium exercere non prohibetur. *Fel. c. poſtulaſti. de for. comp.*

Prohibitus locare poteſt locare vel vendere fructus ad tempus modicum. *Fed. Senenſ. conſ. 123.*

Prohibitus agere poteſt excipere, & ſe defendere. *DD. l. Libertus. ff. de in ius voc.*

Prohibitus acquirere non poteſt acquirere ex teſtamento, nec ab inteſtato. *Caſt. Conſ. 283. Dec. conſ. 124.*

Prohibitus acquirere per ſtatutum, non poteſt acquirere etiam nudam poſſ. ut imperii iurisdictionis. *Bald. l. 2. ff. de iur. om. iud.*

Prohibitus vendere extra familiam poteſt donare uni de familiâ. *Bal. l. voluntas. C. de fideicom.*

Prohibitus alienare non poteſt dare in emphyteuſin. *Ang. Auth. de non alien. §. emphyteuſin.*

2810. Prohibitus alienare non patitur præſcriptionem. *Bertach. reper. par. 3. fol. 303. b. col. 1.*

Prohibitus petere non prohibetur retinere. *Dec. conſ. 331. num. 3.*

Prohibitus ædificare videtur prohibitus poſſidere. *l. permiſceri. §. eum qui. ff. de acq. poſſ.*

Prohibitus excipere non prohibetur implorare officium iudicis. *Bar l.1.§ & parvi ff.quod vi aut clam.*

Prohibitus vendere non eſt prohibitus conſentire. *Bal. l. fin. C.ſi adv. vend.*

Prohibitus poſtulare apud ſuperiorem non prohibetur apud inferiorem iudicem. *l.moris ff.de pœn.*

Prohibiti acquirere uxor poteſt emere. *Bar. l.Imperatores. ff.ad municip.*

Prohibitus acquirere per contractum poteſt acquirere per ultimam voluntatem. *Alex.conſ.56.*

Prohibitus acquirere per ceſſionem poteſt ſuccedere. *Bertach. rep.par.3.fol.307.col.1.*

Prohibitum acquiri alicui non poteſt in eum, etiam ex confiſcatione, transferri. *Alex.l.quoties.ff. de novat.*

2820. Prohibitus acquirere poteſt acquirere res minimas. *Bertach.repert.par.3.fol.307.col.1.*

Prohibitus acquirere non poteſt inſtitui, cum capere poterit, vel acquirere. *Bal.l.eam quam C.de fideic.*

Prohibitus acquirere immobilia, non poteſt acquirere rotas molendini. *Bertach.fol 307.par.3.repert.*

Prohibitus acquirere titulo particulari, poteſt acquirere titulo univerſali. *l.ſi ita.ff.de V.O.*

Prohibitus acquirere non poteſt in ſolutum recipere. *Roſat.l.1.ff.de fund. d.t.*

Prohibitus acquirere immobilia, ſi emat, poteſt retinere rem, donec ei præcium reſtituatur. *Bal. l.fin. §. fin.C com. de leg.*

Prohibitus alienare non poteſt habere pro derelicto rem. *Bar.l.quod ſervus.ff.de ſtipul.ſerv,*

Prohibitus alienare non poteſt intentare actiones in iudicio. *Bar.l.ait prætor.ff.de iur.delib.*

Prohibitus alienare per ſe in perſonam certam, non poteſt dare occaſionem, quod alienetur. *Bal. l. quoties.C.de fideicom.*

Prohibitus alienare non poteſt alienanti conſentire. *Bar. & gl.l.cum pater.ff.de leg.2.*

2830. Prohibitus alienare non poteſt locare ad longum tempus. *Bar.l.codicillis.ff.de leg. 2.* Pro-

Prohibitus alienare rem poteſt univerſaliter obligare non autem ſpecialiter. *ibid.*

Prohibitus acquirere ex diſpoſitione teſtatoris, poteſt acquirere ex diſpoſitione legis. *Bar. l. ſed ſi mortis. §. 1. ff. de leg. præſt.*

Prohibitus emere non prohibetur pignus recipere. *Laur. de Fan. l. in quorum. ff. de pign.*

Prohibitus emere vel acquirere non poteſt emere per filium. *gl. c. pleriq. 13. q. 3.*

Prohibitus acquirere poteſt acquirere poſſeſſionem, non dominium. *Bal. l. 2. ff. de iur. om. iud.*

Prohibitus ab aliquo prohibetur ab eius æquipollentibus. *Mayner. l. nam qui condemnare. num. 3. ff. de reg. iur.*

Prohibitus portare victualia extra territorium, debet puniri. *Barbat. conſ. 57. lib. 1.*

Prohibitus acquirere poteſt ex cauſâ dotis *Ant. de But. conſ. incip. poſt invocationem.*

Prohibitus acquirere poteſt acquirere, ut vendat pro alimentis & aliis neceſſitatibus ſuis. *gl. c. 1. de rel. dom. lib. 6.*

2840. Promiſſa Principum habentur pro factis. *Ioan. Lup. c. per. veſtras. de don. int. vir & ux.*

Promiſſor dotis inſtituitur in morâ poſt biennium, & tenetur ad uſuras & fructus. *l. fin. §. fin. C. de iur. dot.*

Promiſſor non obligatur, ubi eſt impedimentum acquiſitionis. *l. ſi mulier. §. 1. ff. de iure dot.*

Promiſſor dotis poſt biennium præſtat reditus, penſiones & uſuras. *l. fin. ff. eod.*

Promiſſoris gratiâ tempus adiicitur. *l. cum tempus. ff. de reg. iur.*

Promiſſoris facti heredes tenentur in ſolidum ad faciendum ſed pro rata ad pœnam. *gl & Alex. l. in executione. ff. de V. O.*

Promiſſio non acceptata non eſt pactum. *Molyn. Rub. ff. de V. O.*

Pro-

Digitized by Google

Promiſſio de faciendâ pace non inducit reconciliationem. *Ang.l.Lucius.ff.ſol.mat.*

Promiſſio ſimplex à viro nobili facta pœnè vim habet iuratæ. *Huſan. de prop. hom. cap. 4. num. 8. Mynſ.obſ.7. cent:3.*

Promiſſio imperſonaliter facta refertur in dubio ad promittentem *l.1.ff.ſi cert.pet.*

2850. Promiſſio ſine causâ videtur eſſe facta per errorem. *Alex.conſ.18. vol 4.*

Promiſſio de locando intelligitur pro iuſtâ penſione. *Bald. l.1. C.de legat.*

Promiſſio beneficii non vacantis non valet. *gl. c.2.de conceſſ. prabend.*

Promiſſio per ſe & unum heredum afficit etiam alios heredes. *Alex.l eum qui.ff.de V.O.*

Promiſſio deliberando debitorem cedit loco ſolutionis. *Bar.l.ſingularia.ff.ſi cert.pet.*

Promiſſio de ſolvendo ante menſem, intelligitur ſcilicet finitum. *Bart.l.2.ff.eod.*

Promiſſio impoſſibilis ſcienter facta non obligat ad pœnam. *Bar. l.ſervum ff.de V.O.*

Promiſſio facta mihi videtur etiam facta meo heredi. *l.ſi pactum.ff.de prob.*

Promiſſio ſine causâ, ſed ex certâ ſcientiâ, videtur facta animo donandi. *Bal.rub.C.de confeſſ.*

Promiſſio ſine causâ in honorem matrimonii præſumitur animo donandi. *Bart.l. generaliter.C.de non num. pec.*

2860. Promiſſio ſine causâ cum iuramento valet. *Alex.l. cum de indebito.ff.de prob.*

Promiſſio facta Reip.ſine cauſa non valet. *Alex.l.à Titio. ff.de V.O.*

Promiſſio de non ludendo ſub pœna valet. *Bart.l.ex ea.§. mulier ff.eod.*

Promiſſio de raro, intelligitur, ut promittens liberetur faciendo pro poſſe. *Abb.c.ex literis.de ſponſal.*

Pro-

Promiſſio facta apud acta valet. *Bart.l.eum pro quo.ff.de in ius voc.*

Promiſſio annua eſt una pro omnibus annis. *Soc.conſ.243. Vol.2.*

Promiſſio facta in ſubhaſtationibus cenſetur repetita in contractu. *Bart.l.ſciendum.ff.de ad.Ed.*

Promiſſio certâ die ſtatim ſolvi poteſt. *Spec.de dol.& contum.§.3.V.32.*

Promiſſio rei incertæ non parit obligationem. *ibidem. V.59.*

Promiſſio ſine cauſa non valet. *Alex.conſ.18.V.4.*

2870. Promiſſio præſumitur præceſſiſſe ex temporis diuturnitate. *Spec.de feud.§.3.verſ.cæterum.*

Promiſſio dotis incerta non valet. *l.ita ſtipulatus.ff.de V.O.*

Promiſſio conditionalis non dicitur nuda. *Bart. l. à Titio. ff.eod.*

Promiſſio nuda non valet. *c.ſi cautio de fid. inſt.*

Promiſſio facta ſponſæ à ſponſo habente aliam uxorem alibi, non valet. *Bal.l.ea quæ.C.de don.ant.nupt.*

Promiſſio unica tantum operatur, quantum diuturna præſtatio. *DD.l.2.C.de dot promiſſ.*

Promiſſio intereſſe quanti iuraverit creditor, non valet. *Bal.l.1.C.de ſent.quæ pro eo, quod int.*

Promiſſio rati non inducit mandatum. *Bal. add.Specul.de proc.V.clauſula rati.*

Promiſſio pro uſuris dotis non tenet, ſed pro alimentis ſic. *Alex.l.inſulam.ff.ſol.mat.*

Promiſſio de ſtando ſcripturæ privatæ alicuius conficiendæ, non valet. *Inn.c.cùm P.tabellio. de fid.inſt.*

2880. Promiſſio facta virgini ſimpliciter intelligitur pro dote. *DD.l.quod a.ff.de iur dot.*

Promiſſio hinc ad annum valet, & obligat in effectu poſt annum. *Ang.& Alex.l.centeſimis.ff.de V.O.*

Promiſſio veniendi ad certum locum ſapit factum perſonæ cohærens. *ibid.*

Promiſſio rei valet, licet promittens rem non habeat. *Port. l.ſi dominus.ff.de leg.1.*

Pro-

Promiſſio dandi intelligitur ſcilicet quàm primùm dari poterit commodè. *Bar. l. rogo. ff. quand. dies leg. ced.*

Promiſſio de ſolvendo intelligitur ſcilicet in loco promiſſionis *Bar. l. quòd ſi Epheſi ff. de eo quod cert. loc.*

Promiſſio uſurarum iurata valet. *c. debitores. de iureiur.*

Promiſſio in illis diebus fieri poteſt. *Ang. l. libertas. §. poſt annum. ff. de mon. teſt.*

Promiſſio de rato non expirat morte promittentis. *l. bonorum. ff. rem rat. hab.*

Promiſſio de ſtando certo tempore in aliqua civitate non valet. *Dyn. & Bar. l. Titio centum. §. 2. ff. de cond. & dem.*

2890. Promiſſio per metum iuſtum non reſcinditur. *Barl. ſi. mulier. ff. quod met. cauſ.*

Promiſſio intuitu novi emolumenti non tenet caſſo emolumento. *Bar. l. cùm quis. ff. de leg. 3.*

Promiſſio de vendendo non dicitur venditio. *Caſtrenſ. conſ. 44.*

Promiſſio de donando non dicitur donatio. *Caſtr. conſil. 108.*

Promiſſio de renunciando beneficium non eſt renunciatio. *Clem. 1. de renunc.*

Promiſſio de vendendo dicitur contractus innominatus. *l. Labeo. ff. de cont. empt.*

Promiſſio de donando importatur per verba Donabo tibi, *gl. diſt. 20.*

Promiſſio incerta non valet in contractibus. *gl. l. ſi cui annum. ff. de ann. legat.*

Promiſſio de inſtituendo aliquem hæredem non valet. *Port. l. ſtipulatio hoc modo. ff. de V. O.*

Promiſſio geminata ſemel tantum obligat. *Iaſ. & DD. l. qui bis idem. ff. eod.*

2900. Promiſſio & conventio habent ſe ſicut excedentia & exceſſa. *Criſp Rub. ff. de leg. 1, n. 32. vol. 4.*

Promiſſio nulla redditur extinctâ repromiſſa, neque promiſſor tenebitur. *l. inter ſtipulantem. ff. de V. O.*

Pro-

Promiſſio refertur ad id quod debuit cogitari. *l. 4. ff. de uſur.*

Promiſſio revocatur, quatenus in promittendo erratum eſt *l. ſi non tranſactionis. C. de iur & fact. ignor.*

Promiſſio vitiatur impoſſibilitate de iure. *l. ea quæ. C. de don. ant. nupt.*

Promiſſio contemplatione certi alicuius emolumenti facta, ipſo ceſſante non tenet. *l. ſi deportati. §. 1. ff. de leg. 3.*

Promiſſio creditori viri ab uxore donationis cauſa facta non valet, *l. ſi ſponſus. §. 4. ff. de don. int. vir & ux.*

Promiſſio generalis non refertur ad id quod emptor ſciebat. *l. ea quæ. ff. de cont empt.*

Promiſſio indefinita limitatur ſecundum contractum cui opponitur. *l. venditores. ff. de V. O.*

Promiſſio ſpe futuræ numerationis pacta poteſt revocari. *l. qui pecuniam. ff. de reb. dub.*

2910. Promiſſio erronea operarum nihil valet. *l. 2. C. de oper. libert.*

Promiſſio facti in mortem collata valet, *l. fin. C. de contrah. & com. ſtip.*

Promiſſio impia eſt, quæ ſcelere adimpletur. *Gail. lib. 1. obſ. 25. num. 5.*

Promiſſio facta in carcere non obligat. *ibid. obſ. 22. num. 8.*

Promittens loco fideiuſſoris habetur *ib. obſ. 28. num. 1.*

Promiſſionem etiam à ſciente factam impoſſibilitas de iure viciat, *l. ea quæ C. de don. ant. nupt.*

Promiſſio facti alieni non valet nec tenet. *l. ſtipulatio iſta. ff. de V. O.*

Promiſſio impoſſibilis nulla eſt. *l. non moriturum. C. eod.*

Promiſſio nihil amplius peti liberat debitorem. *l. ſiquidem. C. de tranſact.*

Promiſſio pupilli ſine tutore non valet. *l. 1. C. de inutil. ſtipul.*

2920. Promiſſionis initium non inſpicitur, ſed tempus, effectus & executionis *l. 4. C. de don. ant. nupt.*

Pro

Promiſſio facti ſolvitur morte. *DD.l.qui Roma.§.Augerius ff.de V O.*

Promiſſio damni & intereſſe non extenditur ad precium rei. *Bal.add Spec.de fruct & int.*

Promiſſio omnium bonorum non valet. *Bal. l.fin. C.pro Soc.*

Promiſſio obligat etiam Devm. *Bal.l.1.ff.de pact.*

Promiſſio de neceſſitate faciendâ habetur pro factâ. *Caſt. Conſ.13.*

Promisſio indefinita & generalis tribuit electionem petitori. *Bal.& Flor.l.ſi cui.ff.de ſervit.*

Promisſio intelligitur ſecundum naturam rei quæ promittitur. *Caſt.conſ.131.*

Promisſio facta poſt mortem valet. *Bal.l.1.C.de act.ab her. & cont her.*

Promisſio facta à conſanguineo meo pro me videtur facta à me *Bal.l.ſi quam.C.de oper.publ.*

2930. Promisſio cum cauſa eſt efficax. *Port.conſ.36.nu.10.*

Promisſio ſine cauſa facta ex certa ſcientiâ valet & tenet. *Marſil.ſing.482.*

Promisſiones generales non obligant. *Boer. deciſ. 153. n.36.*

Promiſſa non ſervare eſt iniquum, & legi divinæ repugnans. *C.1.2.& 3.de pact.*

Promisſioni factæ ſine causâ non ſtatur, niſi debitum probetur. *l.cùm de indebito.ff.de prob.*

Promisſio deſerta dicitur, quando non ſervatur promiſſum. *gl.l.4 quæſitum.ff.ſi quis caut.*

Promisſio facienda eſt verbis futuri temporis. *Inſt.de oblig. in pr. Azo Rub.C.eod.num.2.*

Promisſio morienti facta obligat. *Iaſ. & Od. l. cùm antiquitas num.3. C.de teſtam.*

Promisſio pecuniæ ob accuſationem & criminis non inſtituendam non valet. *l.ſiquidem.C.de contr.& com. ſtip.*

Promisſio de delicto committendo non obligat. *l.quod a. ff.pro Soc.*

Pro-

2940. Promiſſum tranſactionis nomine peti poteſt. *l.2. C. de tranſact.*

Promiſſum ex turpi cauſa peti nequit. *l.1.C.de cond.ob turp. cauſ.*

Promiſſa non ſunt ſervanda, ſi ei, cui promiſeris, plus noceant, quam proſint. *l.qua actione.§. celſus.ff ad l.Aquil.*

Promittere intelligitur, ſcilicet, ſine fideiuſſione. *Port.l.2. ff.ſol.mat.*

Promittimus rogati, pollicemur ultrò. *Alc. l.lecta. ff.de.V. ſig.*

Promittens curare non tenetur ſolvere. *Bal.l.ſi ego.ff.ſi cert. pet.*

Promittens ſatisdare poteſt dare pignora. *l.1. §.iubet.ff.de coll.bon.*

Promittens eum ſiſtere, qui non poteſt eſſe in iudicio, non tenetur. *Bar.l.quoties.ff.ſi quis caut.*

Promittens non petere totum removetur à petitione cuiuslibet partis. *Bar.l quid tamen.ff.de recept.arb.*

Promittens ſimpliciter dicitur proprio nomine promittere. *Soc.conſ 64.n.4.vol.3.*

2950. Promittens defendere promittit non offendere. *Herculan.de caut.cap.93.n.11.*

Promittens ſimpliciter præſentare aliquem iudici, ſi ſemel preſentavit, liberatus eſt. *gl.l.duob.reis.§.ſi ei qui.ff. de iureiur.*

Promittens ſimpliciter præſenti die debet. *l. in omnib.ff.de re iud.*

Promittens indemnitatem non videtur propriè fideiuſſor, *Caſt.l.quaro.n.3.ff. de locat.*

Promittens operas tenetur ſervare bonam fidem. *Bal. l.ſi hi, C.de locat.*

Promittens die ſequenti poſt interrogationem obligatur ex conſtituto, non ex ſtipulatione. *Bal. Rub.C. de conſt. pec.*

Promittens reſpondere ſub quocunque iudice ſub pœna, non dicitur prorogare iuriſdictionem. *Bal. l.non Codicillum. C. de teſtam,*

Tt

Promittens ſe deſponſaturam aliquam, non videtur deſponſare. *Io. And. C. fin. de ſponſal.*

Promittens ſervitutem viæ tenetur ad patiendum. *l. quoties. ff. de ſervit.*

Promittens ſtare iudicatis non poteſt appellare. *Bertachi. repert. part. 3 fol. 309 col. 1. in fi.*

2960. Promittens factum ſuum tantum, videtur etiam promittere factum hæredis ſui. *Bal. l. fin. C. de act. empt.*

Promittens habere licere, incidit in pœnam, ſi contrarium facit authoritate iudicis *gl. l. ſtipulatio iſta. ff. de V. O.*

Promittens ſubire iudicium pro alio cogitur præciſè. *Bal. l. 2. C. de hered. vel. act. vend.*

Promittens facere aliquem ſecurum liberatur præſtando pignus vel fideiuſſorem. *DD. l. 1. ff. qui ſat. cog.*

Promittens tradere in genere tenetur trāsferre dominium *Bar. l. ſubſtituto. ff. de leg. 1.*

Promittens ſolvere videtur promittere dare, ſi in ſolutione erat datio. B*art. l. ſi ita. ff. de V. O.*

Promittens præſentare liberatur præſentando primâ vice *gl. l. duob. §. ſi ei. ff. de iureiur.*

Promittens vendere ſub pœna, incidit in pœnam, ſi vendat & non tradat. *Bal. l. fin. C. de pact. int. empt. & vend.*

Promittens vendere, liberatur dando in ſolutum. *l. ſi pupillorum. ff. de reb. eor.*

Promittens defendere intelligitur ſcilicet de iure, non de facto. *Bar. l. damni. ff. de dam. infect.*

2970. Promittens frumentum intelligitur promittere de nobiliore. *Bar. l. frugem. ff. de V. O.*

Promittens mihi pro alio mandato meo, mihi non tenetur. *Bar. l. ſi debitor. ff. de ſol.*

Promittens de rato pro minore videtur promittere quod minor factus maior ratificabit. *Bal. l. cum maritum. C. eod.*

Promittens ſolvere in urbe ſacrā intelligitur de Hieroſolymâ. *Bal. l. 2. C. de naut. fen.*

Pro-

Promittens pati non videtur conſtituere ſervitutem. *Cæpoll. de ſervit. cap. 12.*

Promittens tenetur de facto omnium, quos poteſt cogere vel prohibere. *l. fluminum ff. de dam. infect.*

Promittens reſpondere creditori intelligitur promittere ſolvere. *Bertach. rep. par. 3. fol. 309. b.*

Promittens ſcienter ſine cauſâ videtur donare. *Bald. l. ſi veritas. C. de fideicom.*

Promittens præſtare legata intelligitur deductâ Falcidiâ. *Cyn. & Bal. l. fin. ff. ad l. Falcid.*

Promittens temerè ſibi imputet. *Bal. l. ſi apud. C. de adil. act.*

2980. Promittens bis idem ſemel tantum tenetur. *l. qui bis idem. ff. de V. O.*

Promittens ob cauſam quæ non ſecuta eſt, exceptione iuvatur. *l. 3. c. de poſtul.*

Promittens in diem admoneri non debet. *l. magnam. C. de cont. & com. ſtip.*

Promittens ſolvere in certo loco ſpecificato videtur ibi contraxiſſe, & non eſt locus pœnitentiæ. *l. contraxiſſe. ff. de act. & obl.*

Promittens habere ratum & firmum ſub pœna incidit in pœnam, ſive veniat contra de iure ſive de facto. *Bar. l. id quod pauperib. C. de Epiſc. & cler.*

Promittens habere ratum non incidit in pœnam, ſi convenit de facto. *ibid.*

Promittens alicui, quòd eius ſtabitur arbitrio, non tenetur illi iniquè præcipienti obedire. *c. ult. 32. q. ult.*

Promittens aliquem facere ſecurum, tenetur ſolum per ſtipulationem promittere, non autem dare fideiuſſores vel pignora. *Bar. l. 1. ff. de prat. ſtip.*

Promittens aliquem per viam ſecuram ducere, ſi per viam inuſitatam ducit, & derobatus ſit, ad damni emendationem tenetur. *Bart. & Flor. l. 1. §. 1. ff. de leg.*

Promittens hodie dare etiam nondum lapsâ die conveniri poteſt. *l. liber homo. §. decem. ff. de V. O.*

2990. Promittens præſentare aliquem accuſatum intelligitur de primâ præſentatione tantum. *gl. l. in duob. §. ſi ei ff. de iureiur.*

Promittens extrahere fideiuſſorem de damno liberatur offerendo alium æquè & idoneum. *Bal. l. quanquam, ff. de ſent. quæ ſine cer. quan.*

Promittens contrahere matrimonium in gradu prohibito, non incidit in pœnas. *Card Clem. 1. de conſang. & affin. q 20.*

Promittens defendere promittit ſiſtere in iudicio. *Caſt. & Alex. l. Græcè. ff. de fideiuſſ.*

Promittens ſine inſtrumento cogitur conſentire confici inſtrumentum. *Bal. l. nec creditores. C. de novat.*

Promittens hominem in genere mediocrem ſolvendo liberatur. *l. legatio ff. de leg. 1.*

Promittere de ſe quemque oportet. *l. inter ſtipulationes ff. de V. O.*

Promittere aliud eſt, aliud promittenti conſentire. *Caſt. conſ. 203. vol. 4.*

Proletari ſunt immunes à vectigalibus. *Nov. 43. cap. 1. §. 1.*

Prolixitas in anguſtum coarctanda eſt. *l. C. 1. de ſent. quæ pro eo quod int.*

3000. Prolixus in referendo nemo eſſe debet. *l. fin. §. 1. C. de appell.*

Promiſcuis actibus officia turbari non debent. *L. conſulta Divalia. C. de teſtam.*

Promotio non impeditur ex obiectu culpæ. *Inn. C. fin. de obl. ad rat.*

Promotio facta contra legum præſcripta nullius eſt momenti. *l. Herennius. ff. de decur.*

Promotus per ſaltum non utitur privilegio. *L. pen. C. de Advoc. div. iud. & ibi Bart.*

Promotus dicitur confirmatus, licet non ordinatus. *Inn. c. cum in cunctis. de Elect.*

Promovendum non impedit modica deformitas corporis. *c. Thomas. de corp. vit.*

Pro-

Promovenda eſt concordia coniugalis. *Gail. lib. 2. obſ. 35. num. 7.*

Promovendum non impedit crimen occultum. *c. ex tenore. de temp. ord.*

Promoveri non poſſunt ad ſacros ordines mimi, ioculatores & ſimiles. *Inn. c. cum decorem. de vit. & honeſt. cler.*

3010. Promoveri quis nequit pendente accuſatione. *c. tantis. 60. diſt.*

Promptiores debemus eſſe ut res valeat, quàm ut pereat. *l. quoties. ff. de reb. cred.*

Promptiores debemus eſſe in irritando proceſſuum, quàm in extinctione corporis humani. *Bal. conſ. 347. num. 1. vol. 3.*

Pronepotes naturales poſſunt inſtitui in unciâ tantum. *l. 2. C. de natural. lib.*

Proneptis patroni liberto nubere non poteſt. *l. 3. C. de nupt.*

Pronepos tertio gradu eſt. *§. 3. inſt. de grad.*

Pronepos pronepotis fratris ſororisque quinto gradu ſunt. *ibid.*

Pronepotes ſuccedunt in ſtirpes. *Auth. in ſucceſſione. C. de ſuis & legit.*

Pronepotes mutuum accipientes iuvantur. *C. l. ſi filius. §. 1. C. ad SC. Maced.*

Pronepotes veniunt appellatione deſcendentium. *Decian. conſ. 1. num. 214. vol. 1.*

2020. Pronepos non venit appellatione nepotis. *Bar. l. Gallus. §. idem credendum. ff. ne lib. & poſth.*

Pronepos ſuccedit in locum patris ſui. *Bar. l. 1. §. ſi quis. C. de ſuis & legit.*

Pronepos ſuccedit in emphiteuſim ſtipulatam in tertiam generationem. *Spec. de loc. §. 6. V. 155.*

Pronepos excludit ſubſiſtutum, ſicut nepos & filius. *Bal. l. cum acutiſſimi. C. de fideicom.*

Pronepos acquirit proavo in cuius poteſtate eſt, uſumfructum adventitiorum. *l. cum oportet. C. de bon. quæ lib.*

Digitized by Google

Pronepos tranſmittit hæreditatem ante apertas tabulas. *l.1 C.de his qui ant.apert tab.*

Pronepos maieſtatis rei non tenetur eâ pœnâ, qua filius & nepos. *l.quisquis §1.C.ad l.Iul. maieſt.*

Pronepos naturalis non poteſt ſuccedere ab inteſtato. *l.fin. C.de nat.lib.*

Pronepos unus conditioni liberorum ſatisfacit. *l.iubemus. §.2.C.ad Trebell.*

Prona ad diſſentiendum hominum multitudo nimia nullum habet conſilium. *Nov.de ref.S.pat.conſt.11.*

3030. Proniora ſunt iura ad liberandum. *Coler. de proceſ. exec par.1.cap.10.n 331.*

Proniores debemus eſſe ad liberandum, quàm ad obligandum. *l furioſus.ff.de act. & oblig.*

Proniores & faciliores ſunt homines ad peccandum. *C. alma mater.Ex.de ſent.excom.*

Proniores ſunt leges in materiâ odioſâ ad liberandum quàm ad ligandum. *Bar l ſi unus.ff.de.pact.*

Pronuncia de abſolvendo non dicitur abſolutoria. B*al.l. ſi quis filio.§.eius.ff.de iniuſt.teſt.*

Pronuncia de mittendo in poſſ. non eſt miſsio *gl.l. cognitio §.bonorum.ff.de off. eius cui mand.*

Pronuncia de deponendo aliquem non eſt poſitio. *gl. c.ſuper.eo.de off.deleg.*

Pronuncia de reſtituendo non eſt reſtitutio. *gl. & Bal. l.fin. ff.ubi & apud quem.*

Pronuncia de liberando non eſt liberare. *l.1.ff. ſi adverſ. lib.*

Pronuncia ſuper competentia tollit exceptionem nullitatis. *Inn.c.ſuper literis de reſcript.*

3040. Pronuncia de exequendo non dicitur mera executio B*al.add.Spec. de ſent.V.an pronunciatio.*

Pronuncia ſuper contumaciâ non requiritur. *gl. &* Bal.*l. pen.§ fin.C ad Trebell.*

Pronuncians nihil videri debitum, videtur debitorem abſolvere. B*ar.l.quid tùm.ff.de recep.arb.*

Pro-

Digitized by Google

Pronunciare de crimine non licet, niſi de eo conſtet. *l. eius qui. ff. de iur. fiſc.*

Pronomina poſſeſſiva ſignificant proprietatem. *l. ſi ita. ff. de aur. arg. leg.*

Pronunciatio debet fieri ſuper quæſtione incidenti, quæ ſeorſim à principali examinatur. *l. præſes. C. de plag.*

Pronunciatio ſuper nullitate non requiritur. *Bal. l. 1. C. de theſaur. lib. 10.*

Pronunciatio ſententiæ victori facit ius. *l. qui quatuor. ff. de leg. 3.*

Pronunciatio condemnationis extinguitur remedio provocationis. *l. 1. §. fin. ff. ad SC. Turp.*

Pronunciatum non extinguit appellatio ſed ſuſpendit. *Prapoſ. c. biduum. 2. q. 6. n. 3.*

3050. Proemium indicat cauſam finalem diſpoſitionis. *l. fin. ff. de her. inſtit.*

Proemium declarat mentem legiſlatoris. *Bal. l. Vn. §. quib. n. 3. C. de nov. Cod. fac.*

Propatruus quinto gradu eſt. *§. 5. inſt. de gradib.*

Prophetæ eſt credendum. *Inn. c. cùm venerabilis. de except.*

Prorogare poſſunt laici regulariter iuriſdictionem alterius iudicis, non ſui ſine conſenſu ſuperioris eorum. *l. 1. & 2. ff. de iud.*

Prorogari non debent lites civiles vel criminales ultra triennium vel biennium. *l. propter. C. de iud.*

Prorogari non poteſt delegati poteſtas. *Fel. c. P. & G. nu. 6. de offic. & poteſt iud. de leg.*

Prorogari non poteſt cauſa criminalis coram iudice cauſarum civilium, nec è contra. *L. 1. C. de iuriſdict. om. iud.*

Prorogari non poteſt iuriſdictio laici per clericos. *c. ſi diligenti. de for. compet.*

Prorogatio non tollit, ſed differt exactionem. *Alex. conſ. 72. n. 7. vol. 6.*

3060. Prorogatio non dicitur durante primo tempore. *Roſat. l. ſed et ſi. ff. de precar.*

Prorogatio non dicitur finito tempore. *ibid.*

Prorogatio intelligitur fieri cam omnibus qualitatibus rei prorogatæ. *Marſil ſing.300.*

Prorogatio fit pacto de litigando coram iudice incompetente, cum iuramento. *Alex. l ſi convenerit. ff. de iur. om. iud.*

Prorogatio termini cenſetur eſſe idem terminus. *Bart. l. 1. ff. de op. nov. nunc.*

Prorogatio iuriſdictionis fit ex pacto. *l. 1. ff. de iud.*

Prorogatio dicitur idem tempus. *c. de cauſis de off. deleg.*

Prorogatio iuriſdictionis creditoribus obeſſe non debet. *l. 2. §. 1. ff. de iuriſd.*

Prorogatio termini per iudicem ſolutioni ultra legitimũ tempus adiecti, valet. *l. 4. §. 5. ff. de re iud.*

Prorogatio termini ſufficit, quod allegetur in termino prorogato. *Bal. add. Spec. de app. 6. chart.*

3070. Prorogatio primæ dilationis poteſt fieri ſine cauſæ cognitione. *Bal. l. 1. C. quom. & quand. iud.*

Prorogatio dicitur eſſe idem cum prorogato, quando eſt eiuſdem formæ & naturæ. *gloſſ. c. hi qui. de præb. lib. 6.*

Prorogatio termini impedit pœnam committi, ſed commiſſam non tollit. *Alex. l. cum ſtipulatus. ff. de V. O.*

Prorogatio iuriſdictionis delegatæ fieri nequit. *DD. l. 1. ff. de iud.*

Prorogatio iuriſdictionis fieri non poteſt per privatum. *Bar. ibid.*

Prorogatio per ruſticum fieri non cenſetur. *Ang. l. fin. C. de except.*

Prorogatio non fit per petitionem copiæ libelli. *Bal. l. non videtur. ff. de iud.*

Prorogatio fit ex lit. cont. & ex ſolo conſenſu ſine lit. cont. *Bal. l. ſi per errorem. ff. eod.*

Prorogatio fit per lit. cont. *DD. l. 1. ff. eod.*

Prorogatio compromiſſi fieri poteſt, etiam parte non citatâ, ſed debet notificari. *Alex. conſ. 34. V. 1.*

3080. Prorogatio compromiſſi iam expirati valet, ut novum compromiſſum. *DD. l. dies. ff. de dam. inf.*

Pro-

Digitized by Google

Prorogatio compromiſſi invalidi non valet. *DD.l.legata inutiliter.ff.de leg.1.*

Prorogatio termini iam elapſi non tenet. *Specul.de dolo.§. nunc videamus.V.ſunt hoc.*

Prorogatio termini facta,per iudicem in tempus ſucceſſoris non valet. *Bal.l.cùm dies.ff.de arb.*

Prorogatio termini ex causâ fieri poteſt per iudicem. *Bart. l.interdum.ff de iud.*

Prorogatio iuriſdictionis de quantitate ad quantitatem fieri poteſt, niſi iuriſdictio ſit taxata certis finibus. *Bald.l. certa.ff.de Iud.*

Prorogatio in criminalibus locum non habet. *Bal.l.ſi qui ex conſenſu C.de Epiſc.aud.*

Prorogatio in cauſa criminali facta non ligat manus proprio iudex,quin procedat contra delinquentem. *Bal.l.1. C.de iur.om.iud.*

Prorogatio non dicitur fieri, ſi quis patiatur ſe poni in bãno à iudice incompetente. *Bald.l.ſi qui ex conſenſu.C.de Epiſc.aud.*

Prorogatio non fit per contumaciam. *Alex.l.2.ff.ſi quis in ius voc.*

3090. Prorogatio iuriſdictionis, etiam cum iuramento, non tollit appellationem. *Franc.c.ad hoc.de app.*

Prorogatio poteſt impediri per iudicem, qui læditur in ſportulis. *gl.l.de iure.ff.ad municip.*

Prorogatio in causâ appellationis fieri non poteſt. *Fel. c. Piet G.de off.deleg.*

Prorogatio afficit iuriſdictionem, ut ſapiat eandem naturam, quàm prius habebat. *Bar.l.Epiſcopale.C.de Epiſc. aud.*

Prorogatio de tempore ad tempus fieri poteſt. *l.2.§.ſi iudex.ff. de iud.*

Prorogatio ſimplicis iuriſdictionis fieri non poteſt in præiudicium Superioris. *Io.And.c.ceterùm.de iud.*

Prorogatio pro causâ civili fieri nequit in iudicem maleficiorum. *Cyn.l.1.C.de iur.om.iud.*

Tt 5

Digitized by Google

Prorogatio fit etiam per conſenſum tacitum. *Alex. l. 1. in fi. ff. de iud.*

Prorogatio non valet, quando alter iudex citatus eſt ad inſtantiam *ibid.*

Prorogatio non operatur ad executionem ſententiæ, licet ad cognitionem ſic. *Alex. l. pen. ff. de iuriſd.*

3100. Prorogatio de caſu ad caſum fieri poteſt. *Innoc. c. de cauſis. de off. deleg.*

Prorogatio de re ad rem requirit conſenſum iudicis. *gl. l. 2. § ſi iudex ff. de iud.*

Prorogatio de tempore ad tempus requirit conſenſum iudicis. *ibid.*

Prorogatio de tempore ad tempus non poteſt fieri in maius tempus, quàm triennium. *ibid.*

Prorogatio temporis poteſt fieri delegato per partes ad cauſam expediendam. *Inn. c. de cauſis. de off. del.*

Prorogatio fit, licet de iuriſdictione dubitetur. *Inn. c. paſtoralis. de reſcript.*

Prorogationem iuriſdictionis impedit error. *l. ſi per errorem. ff. de iuriſd.*

Prorogatio non fit ex eo, quod patitur edi genus actionis. *Spec. de recuſ. §. ſi a.*

Prorogatio fieri nequit in cauſis meri vel mixti Imperii. *Spec. de iur. om. iud. V. Vtrum.*

Prorogata iuriſdictio Ordinarii dicitur ordinaria, non delegata. *Bal. l. 1. C. ubi in rem act.*

3110. Prorogato expreſſo tacitum non differtur. *l. quæro. § fin. de teſt.*

Propinqua actui pro ipſo actu habentur. *l. oratio. ff. de ſponſ.*

Propinqua actui potentia habetur pro actu. *Decian. conſ. 38. n. 03. vol. 3.*

Propinquitas non contrahitur ſolo oſculo. *l. ſi à ſponſo. C. de don. ant. nupt.*

Propinquus à calumnia delinquentis procul abeſſe debet. *l. ſancimus. C. de pœn.*

Pro-

Propinquus legata petere poteſt ex teſtamento minus ſolenni. *l.fin.C.fam.herciſc.*

Propinquus cum non ſit ſufficiens ad licitationem admittitur extraneus inter ſocios *l.3.C.com.div.*

Propinquus emendans minorem præſumitur id facere iure patrio, non animo nocendi. *l.C.de emend.propinq.*

Propinquus reus enormis delicti datur iudicis notioni. *l.1. C.eod.*

Propinqui curare debent, ut curator detur in locum furioſi tutoris vel curatoris. *l.fin. §.1.C.de admin.tut.*

3120. Propinqui curatorem petere debent in locum remoti. *ibid.§.2.*

Propinqui omnes veniunt appellatione familiæ *l.fin. C.de V.ſig.*

Propinquorum cauſa favorabilior, quam extraneorum. *l.3.C.com.divid.*

Propinqui non dicuntur vir & vxor. *DD. l.1.C.unde vir & ux.*

Propinqui dicuntur etiam, qui diſtant uno miliari. *Fel. c, olim.de except.*

Propinquis ſenioribus licet corrigere minores errentes. *Bal.l.Vn.C. de emend, propinq.*

Propior ob ſuſpicionem ex ſpe ſucceſſionis removeri debet à tutelâ. *l,2.C.ubi pup.educ.deb.*

Propior ſobrino & ſobrina quinto gradu ſunt. *§.3.Inſt. de gradib.*

Proportionari debet effectus ſuæ cauſæ. *Balb.conſ.incip. nuper exorto.n.11.*

Proponens in conſilio aliquod prohibitum, non incidit in pœnam ſtatuti, ſi illud non obtineatur. *Bal.l.1. C.ſi rect. provinc.*

3130. Proponens aliquid iniuſtum tenetur uti eodem iure contra ſe. *Bar.l.1.ff.quod quiſq. iur.*

Proponens contraria non eſt audiendus. *l.1. C. de furt.*

Propoſitio dicitur pertinẽs, quæ qualiter cumq. adiuvatur, etiam levi prẹſumptione & indirectè. *Bal.c.licet cauſam. quis dic.Dux.*

Pro-

Propoſitum hominis mutabile. *l. ſi non ſorte. §. 1. ff. de cond. indeb.*

Propoſitum in mente retentum nihil operatur. *l. ſi repetendi. C. de cond. cauſ. dat. cauſ. non ſec.*

Propoſito & voluntate nocendi contrahitur crimen. *l. 1. ff. ad l. Corn. de Sic.*

Propoſitum operatur in propoſito, quod oppoſitum in oppoſito *l. fin. § fin. ff. de decur.*

Propoſitum punitur quandoque etiamſi ſine effectu ſit. *l. 3. § 1. ff. de calum.*

Propoſitum mutatur ſæpius vel ex ſuo vel ex alieno facto. *l pen. § pen. C. de ædif. priv.*

Propoſitum revocandum non eſt ab excubiis limitis. *l. quamvis. C. de adult.*

3140. Propoſitum nudum offerentis nihil operatur. *l. ſi creditrici. C. de uſur.*

Propoſitum malevolum ſatiſdatio non mutat. *l. quia. ff. de ſuſp. tut.*

Proprietarius, ad quem revertitur uſusfructus, dicitur habere cauſam lucrativam. *Bar. l. non quocumq. §. fundus. ff. de leg. 2.*

Proprietarius dicitur is, cui eſt legatus uſusfructus ad vitã in aliquo fundo. *gl. & Bar. l. Titio § fin. ff. eod.*

Proprietarius non tenetur ſtare colono uſufructuarii. *l. ſi quis domum. ff. loc.*

Proprietarius tenetur actione furti uſufructuario. *gl. l. creditoris. § 1. ff. de furt.*

Proprietario permittuntur quædam in fundo, in quo alius habet uſumfructum. *Bar. l. 1. ff. uti poſſi l.*

Proprietarius mutare non poteſt ſpeciem rei uſuariæ. *l. fin. ff. de uſu & hab.*

Proprietarius tenetur actione pro ſervitute. *l. 1. §. 1. ff. de ſerv. urb. præd.*

Proprietas æſtimata, marito in dotem data, poteſt obligari. *l. intereſt. C. de uſuf. & hab.*

3150. Proprietas nuda pignorari poteſt manente integro uſufructu. *l. 2. C. eod.*

Pro-

Proprietas alienari non poteſt ab uſufructuario. *l. res quas. C. de iur. dot.*

Proprietas deteriorari non debet ab uſufructuario. *l. fin. §. 4. C. de bon. quæ lib.*

Proprietas donari poteſt retento uſufructu. *l. quisquis. C. de don.*

Proprietas à proprietario emi non poteſt, ſed poſſeſſio. *l. in ſtratum. ff. de reg. iur.*

Proprietas non accreſcit uſufructuario, licet proprietarius Inſtrumentum proprietatis amiſerit. *l. ſi conſtiterit. C. de fid. inſt.*

Proprietas non acquiritur miſſione in poſſ. legati ſervandi nomine. *l. qui legati. C. ut in poſſeſſ.*

Proprietas non amittitur amiſſione Inſtrumenti, ſi aliis argumentis probari poteſt. *l. ſi conſtiterit. C. de fid. inſt.*

Proprietas pignorari nequit ab uſufructuario. *l. intereſt. C. de uſufruct. & hab.*

Proprietas ſeparari non poteſt à poſſeſſione. *l. per procuratorem. C. de acq. poſſ.*

3160. Proprietas vendi poteſt retento uſufructu. *l. quisquis C. de donat.*

Proprietas uſucapi non poteſt à fructuario vel eius herede. *l. neque fructuarium. C. de uſufr. & hab.*

Proprietatis cauſa definitur poſt definitam cauſam poſſeſſionis. *l. ordinarii. C. de rei vend.*

Proprietatis cauſa principalis eſt. *l. nulli C. de iud.*

Proprietatis cauſa ſeparata eſt à poſſeſſione. *l. poſt ſententiam. C. de ſent. & int.*

Proprietatis quæſtio non debet agi, antequàm poſſeſſionis *l. ſi de vi. ff. de iud.*

Proprietatis quæſtio ad præſidem provinciæ deferenda. *l. 1. C. de off. rect. prov.*

Proprietatis nudæ dominus uſumfructum locare non poteſt, ſecus in plenæ proprietatis domino. *l. ſi domino. C. de uſufr. & hab.*

Proprietatis & libertatis cauſa diverſa. *l. 2. C. de lib. cauſ.*

Pro-

Digitized by Google

Proprietatis & poſſeſſionis cauſa diverſa. *l.3. C. ſi à non compet. iud.*

3170. Proprietatis & poſſeſſionis cauſa apud eundem iudicem tractari debet. *l. nulli. C. de iud.*

Proprietas ſemper trahit ad ſe poſſeſſionem. *l. invaſor. C. unde vi.*

Proprietas adventitiorum non quæritur patri. *l. cum oportet. C. de bon. qua lib.*

Proprietas præſumitur ex poſſeſſione titulatâ. *Bald. Margar. V. quæſtio.*

Proprietas & quaſi proprietas reperiuntur ſicut poſſeſſio & quaſi poſſeſſio. *gl. l. 2. ff. de interdict.*

Proprietas alio modo æſtimatur, quam poſſeſſio. *Bart. l. ſi mulier. ff. quod met. cauſ.*

Proprietas ad tempus relinqui poteſt. *Bald. l. fin. C. de legat.*

Proprietas videtur relicta pauperibus inter quos bona ſunt diſtribuenda. *Bal l. ut in epiſtola. C. de fideicom.*

Proprietas eſt nobilior quàm poſſeſſio. *c. cum dilectus. de cauſ. poſſ. & prop.*

Proprietas nihil habet commune cum poſſeſſione. *l. naturaliter. § 1. ff. de acq. poſſ.*

3180. Proprietas & poſſeſſio non debent miſceri. *l. pen. ff. eod.*

Proprietas nihil eſt aliud, quàm dominium rei. *l. cùm in corpus. ff. de acq. rer. dom.*

Proprietas nuda, id eſt, ſine uſufructu legari poteſt. *Bart. l. Mævius. §. fundo ff. de leg 2.*

Proprietas fundi venit in legato fundi. *Bertach. rep. par. 3. fol. 312. b. col. 2.*

Proprietas rei poteſt per dominum obligari, licet uſusfructus alteri debeatur. *Bart. & DD. l. 2. C. de uſufr.*

Proprietatis appellatione venit directum dominium. *Bal. l. pen. C. ſi à non comp. iud.*

Proprietas abſorbet poſſeſſionem. *Caſ. Lambert. de iur. patron. lib. 2. part. 1. q. 3. art. 9. n. 2.*

Pro-

Proprietas vendi nequit pro alimentis præſtandis. *Bertach.rep.par.3.fol.312.b.col.2.in med.*

Proprietas verborum in pœnalibus maximè attendenda. *l.cum lege ff.de teſtib.*

Propria laus, præſertim neceſſaria, eſt licita. *l.2.C.de his, qui ven.atat.*

3190. Propriæ res legari vel fideicommitti non poſſunt. *l proprias.C.de legat.*

Propria res eſt, in qua quis commodum & damnum capit. *l.1.§.in propria.ff.quand.app.ſit.*

Propriæ rei nemo furtum committit. *l. falſus. §.1. ff. de furt.*

Propriæ ſalutis defenſor in nullo peccare videtur. *l.3.C.de Sicar.*

Proprium eſt id, quod alicui non communicatur. B*art.l.1. n.2.ff.de adopt.*

Proprii facti non poteſt prætendi ignoratio. *l.quanquam. ff ad SC.Vell.*

Proprium nemo dicat, quod commune eſt. *c.ſicut hi.47. diſt.*

Proprium non poteſt dici id, quod citò poteſt revocari. *Sap.rep.l.1.§.per mandatam.n.20.ff.de off.eius cui mand. eſt iur.*

Proprium Legum eſt claritas. *Auth.de teſtam.imperf.§.nos igitur.coll.8.*

Propriam cauſam defendit, qui ſuâ intereſſe dicit. *l.2.§.fin. quand.app.ſit.*

3200. Proprium quod eſt, amplius proprium fieri nequit. *§.10.Inſt.de legat.*

Proprium quod non eſt, alteri dari nequit. *l. à iudice. C. de iud.*

Propria commoda alienis anteponere licet. *l.3.C.de loc.& conduct.*

Proprio nomine nominati tenentur in viriles. *l.ſi ita ff. de leg 1.*

Proprium dicitur quod verè eſt noſtrum, *Menoch. conſil. 192.n.6.*

Pro-

Proprium eſt iudicis, veritatem ſequi. *Inn. & Abb. C. officii. de pœnit. & remiſſ.*

Proprium eſt iuſtitiæ munus extra ſe agere, & ſuum cuique tribuere. *Weſemb. de iuſt. & iure num. 10. in fi.*

Proprium dicitur, de quo quis poteſt liberè diſponere per modum licitum. *Card. Clem. exivi. §. proinde. de V. ſign.*

Propria nomina ſunt mutabilia, appellativa immutabilia. *Zaſ. l. ſi quis. ff. de leg. 1.*

Propria cuiusque ſpeciei nomine, vel quod vice eius fungitur, plus quam generis nomine, continetur. *l. 1. §. apud Labeonem ff. de aq. pluv. arc.*

3210. Proprius ſenſus vocabulorum dicitur is, quem lex dat, non quem vulgus. *Bal. l. maximum ff. de lib. prater.*

Propter exemplum punitur quid difficilius. *l. ſi quis ſervo. C. de furt.*

Propter labores conſtituuntur dignitates. *l. nemo. C. de off. magiſt.*

Propter neceſſitatem diſpoſitio iuris interdum ſuſpenditur, non a. in totum tollitur. *l. caſus maioris. C. de teſtam.*

Propter immanitatem & atrocitatem criminis patrati convictus & confeſſus appellandi facultatem non habet *l. obſervare. C. quar. app non recip.*

Propter importunitatem petentium Princeps aliquando concedit non concedendo. *l. 1. C. de pet. 60. ſub lib. 10.*

Propter quod unum quodque tale, & illud magis. *Bal. & Caſt. Auth. multò magis. C. de SS. Eccl.*

Propter ſcandalum evitandum veritas omittenda non eſt. *c. qui ſcandalizaverit. de reg. iur.*

Propter diſcordiam pervenitur ad ſequeſtrum. *l. ſi qua. ff. fam. herciſc.*

Propter ſcandalum non debet omitti veritas. *prepoſ. c. ſi peccaverit. 2. q. 1. n 18.*

3220. Propter neceſſitatem non oportet delinquere. *l. palam. ff. de rit. nupt.*

Pro-

Propter rerum mutationem, quæ reparari difficulter poteſt, levior ſufficit probatio. *l. ſecul. C. de fid. inſtr.*

Propter inſtrumenta de novo reperta lis poteſt retractari. *l. admonendi. ff. de iureiur.*

Propter ingratitudinem donatarii donatio poteſt revocari. *l. fin. C. de revoc. don. c. fin. ext. de don.*

Propter impoſſibile id, quod fieri poteſt, legi diſpoſitionis non eximitur. *Pek. ad reg. Vide. num. 5.*

Propter malos non ſunt deſerendi boni. *c. nimium. 23. quæſt. 4.*

Propter officium datur beneficium. *c. fin. de reſcript. in 6.*

Propter inamœnitatem non eſt aſpernenda inveſtigatio iuſtitiæ & veritatis. *l. permittenda. ff. de iur. dot.*

Propter ebrietatem removetur miles ſecularis ab omni militiâ. *l. omne. ff. de re milit.*

Propter Notarii fidelitatem præſumitur pro inſtrumento. *Abb. c. cùm Ioannes. de fid. inſt.*

3230. Propter defunctum non debet iuſtitia deperire. *c. dilecto. de teſtib.*

Propter noſtrum affirmare vel negare non mutatur rei veritas. *l. aſſumptio. ff. ad municip.*

Propter crimen læſæ maieſtatis deponitur Epiſcopus. *Prapoſ. de perſona. 2. q. 1. num 3.*

Propugnacula exulibus vacua eſſe debent. *l. fin. C. de pœn.*

Proſecutio ſpecialis reſtringit ſententiam generalem ad proſecuta tantùm. *l. 2. C. de iud.*

Proſpectus auferri non debet vicinis, ædificando ultra veterem formam. *l. pen. §. 1. C. de ædif. priv.*

Proſpectus vicini impediri poteſt à vicino, niſi ius ſervitutis obſtet. *l. 1. C. de ſervit.*

Proſperitas ſoceri prodeſt genero. *l. pen. C. de uno.*

Proſpicere qui debuit, ſi non proſpexit, tenetur. *l. 3. §. 2. ff. de dam. infect.*

Proſpiciamus non ſolum nobis ſed & heredibus noſtris. *DD. l. veteris. C. de cont. & com. ſtip.*

3240. Proſpiciendum, ne reſpectu nocentis innocens patiatur. *l. prægnantis. ff. de pœn.*

Proſtituta dicitur, quæ in hoſpitio retinetur, *Bal. l. fin. C. ſi mancip. ita van.*

Protectio non tribuit iuriſdictionem. *Gail. lib. 2. obſ. 54. in pr.*

Proteſtanti ſuper eo, quod non apparet non debet credi. *Bal. l. apud eos. C. de fid. inſt.*

Proteſtans ſuæ proteſtationi renunciare poteſt. *præſentium. de teſtib.*

Proteſtanti non debet credi ſuper eo, quod non apparet. *Bal. l. apud eos. C. de fid. inſt.*

Proteſtans ſe accuſaturum, licet pœniteat, non auditur. *Bar. l. miles. ff. de adult.*

Proteſtans poteſt ſuæ proteſtationi renunciare. *C. præſentium. de teſtib.*

Proteſtari de ſolvendo videtur remittere moram iam commiſſam. *Bar. l. Æmilius. ff. de minor.*

Proteſtari quis debet ius ſuum. *Card. Clem. 1. 9. not. ut lit. non cont.*

3250. Proteſtari debet impeditus aliquid agere. *Abb. c. ex tranſmiſſa. de præſcript.*

Proteſtari non poteſt negotiorum geſtor. *Bar. l. non ſolum. §. morte ff. de op. nov. nunc.*

Proteſtari poteſt procurator nomine domini. *ibid.*

Proteſtatio ut noceat, requiritur expreſſus conſenſus eius, cui fit, nec ſufficit, ſi ſimpliciter taceat. *gl. c. Eumana. de Elect.*

Proteſtatio regulariter poteſt fieri omni die, etiam feriato. *l. non ſolum. §. morte ff. de op. no. nunc.*

Proteſtatio regulariter fieri poteſt ſine ſcripturâ. *l. fin. C. de neg. geſt.*

Proteſtatio ſemper præiudicat tacenti, & non contradicenti. *gl. l. fin ff. naut. caup.*

Proteſtatio ſolvitur morte proteſtantis. *DD. l. non ſolum. §. morte. ff. de op. no. nunc.*

Pro-

Digitized by Google

Proteſtationem niſi faciat impeditus actum facere in termino ſtatuto, non excuſatur. *c. cupientes. de Elect. in 6.*

Protectio etiam cum armis debet fieri ab eo, qui protegere eſt obligatus. *Bar. §. omnem. 1. conſt. ff.*

3260. *Proteſtatio eſt denunciatio publicè facta cauſa iuris* conſervandi in futurum. *Card. Clem. 1. 13. quaeſt. de proc.*

Proteſtatio declarat animum proteſtantis. *l. Neſennius. ff. de neg. geſt.*

Proteſtatio non extenditur ad futura veriſimiliter non cogitata. *ea cùm inter. de renun.*

Proteſtatio præambula facit actum non præſumi. *gl. c. vidua. de reg.*

Proteſtatio fieri poteſt etiam per procuratorem generalem. *Bar. l. actione. ff. pro Soc.*

Proteſtatio, cui adverſarius conſentit, liberat proteſtantem. *Bar. l. debet. ff. naut, caup.*

Proteſtatio facta à non habente ius proteſtandi, non afficit. *Bar. & Bal. l. ſi maior. ff. de reſcind. vend.*

Proteſtatio procuratoris facit incidere in pœnam, ſicut domini. *Bar. l. cum ſcitis. C. de ag. & cenſ. lib 11.*

Proteſtatio procuratoris conſtituit in mora. *Bar. l. ſi quis inficiatus. ff. depoſ.*

Proteſtatio eſt turbatio. *Bal. & Prat. l. non cogendum. §. procuratori. ff. de proc.*

3270. Proteſtatio, quòd quis non conſentit in iudicem, debet fieri in omni actu iudicii. *Bal. l. pacta noviſſime. C. de pact.*

Proteſtatio unica ſufficit, quando fit à pari. *c. 1. de ſup. neg. præl.*

Proteſtatio, quæ fit ab inferiori vel ſuperiori debet eſſe trina. *ibid.*

Proteſtatio debet fieri illi, cuius intereſt. *l. ſi mandaſſem, ff. mand.*

Proteſtatio ſimpliciter facta non porrigitur ad actum, qui fit ex intervallo. *Auth. Rub. l. non ſolum. §. morte. ff. de op. no. nunc. num. 31.*

Proteſtatio regulariter non debet fieri in ſcriptis. *ibid.*

Proteſtatio incitatoria extra iudicialis non conſtituit proteſtatum in mora. *ibid num.* 87.

Proteſtatio certificatoria non interrumpit præſcriptionem. *ibid. num* 98.

Proteſtatio contraria actui, qui geritur, nihil relevat, *c. ſolicitudinem. de app.*

Proteſtatio verbalis non tollitur per alium actum verbalem. *ibid.*

3280. Proteſtatio habentis minus ius non obeſt plus iuris habenti. *l. obligata. C. ſi antiq. cred. pig.*

Proteſtatio arguit ſententiam noſtræ voluntatis. *l. etſi quis. §. ſed interdum. ff. de relig.*

Proteſtatio fieri poteſt in Eccleſiâ. *Nov. 117. cap. 15. §. 1.*

Proteſtatio iniuriam illatam non excuſat. *l. ſi non convitii. C. de iniur.*

Proteſtatio ſupervacua eſt, cùm de iure aliquid poteſt fieri. *l. cum oportet. § 3. C. de bon. quæ lib.*

Proteſtatio debitoris non infringit ius creditoris. *l. 2. C. debit. vendit. pig. imped. non poſſ.*

Proteſtatio emptoris ex nimiâ diligentia dolum arguit. *l. 2. C. de furt.*

Proteſtatio iure non munita nihil operatur. *l. 3. C. de lib. cauſ.*

Proteſtatio iuſti metus illati in iudicio, habet vim appellationis. *l. 2. C. de his, qui per met. iud.*

Proteſtatio non habentis ius proteſtandi, non efficit contractui. *l. ſi maior. C. de reſcind. vend.*

3290. Proteſtatio tertii facta depoſitario non poteſt remorari depoſiti mei reſtitutionem. *l. pen. §. 1. ff. depoſ.*

Proteſtatione conſervatur ius proteſtantis. *l. 4. §. 1. ff. quib. mod. pig. ſolv.*

Proteſtatus dilucidè propriâ voce ſibi reſiſtere non debet. *l. generaliter. ff. de non. num. pec.*

Proteſtatio contra iudicem appellationis fieri debet de conſilio nè appellatio deſeratur. *Bal. add. Spec. de appell. §. 7. V. item fallunt.*

Pro-

Protocolla dimittenda in chartis. *Nov. 44.*

Protutor tenetur de eadem fide & diligentiâ, qua tutor. *l. 4. ff. de eo, qui pro tut.*

Proteſtatio etiam unica contra iudicem impeditum ſufficit, ut conſtituatur in morâ. *Bar. l. Titia. § uſuras. ff. de leg. 2.*

Proteſtatio facta debitori, ne ſolvat creditori, excuſat à pœnâ. *Alex. l. mulier. ff. de leg. commiſſ.*

Proteſtatio intra tempora appellandi habetur pro appellatione. *Bar. l. 2. C. de his, qui per met. iud.*

Proteſtatio non trahitur retrò. *l. fin. C. de neg. geſt.*

3300. Proteſtatio fieri poteſt etiam ſine ſcriptis, ſed cum teſtibus. *DD. l. fin. C. eod.*

Proteſtans non dicitur agere, nec excipere. *Hoſt. c. cùm dilectus. de ord. cognit.*

Proteſtatio etiam non lecta, ſed ſimpliciter data parti, vel affixa domui, afficit. *Bal. l. fin. C. de neg. geſt.*

Proteſtatio novi operis non poteſt fieri, niſi quoad futura. *Soc. conſ. 51. vol. 1.*

Proteſtatio non relevat proteſtantem doloſum. *l. 1. ff. de act. empt.*

Proteſtatio non excuſat delictum. *l. iubemus. §. quia. C. de SS. Eccleſ.*

Proteſtationi contrarius actus derogat. *Schurpf. conſ. 56. nu. 8. cent. 1.*

Proteſtatio fieri poteſt etiam per tertium. *ibid.*

Proteſtatio geminata magis declarat mentem proteſtantis *Aret. conſ. 103. Gozad. conſ. 1.*

Proteſtatio contra ſubſtantiam actus non valet. *Fel. c. cum M. n. 79. de conſt.*

3310. Proteſtatio contraria actui removet voluntatem ab actu. *Alex. l. iuris gentium. ff. de pact.*

Proteſtatio non eſt facienda per impeditum. *Caſtrenſ. conſil. 21.*

Proteſtatio non operatur ultra quam verba patiuntur. *Bal. l. at ſi quis. § pleriq. ff. de relig.*

Proteſtatio contra iudicem eximit ab eius iuriſdictione. *Bar. l.1. C. ſi quacumq. præd. pot.*

Proteſtatio ingredientis monaſterium de bonis retinendis non valet. *Bal. l. Vn. §. illos. C. de L. at lib. toll.*

Proteſtatio ubique fieri poteſt, etiam loco incongruo. *Bar. l. cùm filius. §. fin. ff. de V. O.*

Proteſtatione pendente nihil eſt innovandum, ſi legitima fuit. *Bal. Auth ſed iam. C. de poſit.*

Proteſtatio nihil operatur, quando poteſtas eſt à iure limitata. *Bald. l. terminato. C. de fruct. & lit. exp.*

Proteſtatio præcedens contractum nihil operatur. *Bar. l. qui in aliena §. Celſus ff. de acq. hær.*

Proteſtatio prodeſt, quòd ſit ſalvum ius exemptionis, quando exemptus ſubit onus ſponte. *Bar. l.1. C. de his, qui ſpont. mun. ſub lib. 10.*

3320. Proteſtatio in his, quæ dependent ab animo, prævalet actui contrario. *Bal. l. ut debitum, C. de her. act.*

Proteſtatio præcedens actum facit animum non præſumi. *Bal. l. ſi quis teſtib. C. de teſtib.*

Proteſtatio excludit conſenſum *ibid.*

Proteſtatio in his, quæ dependent à merâ voluntare proteſtantis, impedit actum ſequentem contrarium. *Bal. l. qui in aliena. C. de acq. hær.*

Proteſtatio non eſt neceſſaria in reſervatis. *Bertach. rep. par. 3. fol. 316. col. 1. in med.*

Proteſtatio excludit præſumptionem doli. *Bal. Auth. ſed cùm teſtator. C. ad Falcid.*

Proteſtatio debet fieri ei, qui ex eâ lædi poteſt. *Bal. l. ſi intra. C. de non num. pec.*

Proteſtatio non præſumitur vera, niſi probetur, licet reperiatur facta. *Bal. l. ſi maior. C. de tranſact.*

Proteſtatio non nocet tacenti, niſi fiat in iudicio. *Inn. c. Cumana. de Elect.*

Proteſtatio non afficit tacentem, non contradicentem quando fit contrahenti ad excluſionem iuris eius. *DD. l. fideiuſſor. ff. qui ſat. cog.*

Pro-

3330. Proteſtatio nocet tacenti parti, & non contradicenti. *Alex.l.quæ dotis.ff.ſol.mat.*

Proteſtatio clandeſtina unius valet, quando propter iuſtum metum non audet proteſtari. *Pet.Gerar.ſing.80.*

Proteſtatio in actu neceſſario non prodeſt, niſi conſentiat adverſarius. *Bar.l.pacta noviſſ.C.de pact.*

Proteſtatio in præiudicialibus nil valet. *Clem.gratiæ de reſcript.*

Proteſtatio operarii de opere approbando vel menſurando transfert periculum in dominum. *Bar.l.opus.ff.loc.*

Proteſtatio fieri poteſt etiam procuratori. *gl.Clem.cauſam de Elect.*

Proteſtationem eſſe factam poteſt probari iuramento. *Bar.l pen.C.depoſ.*

Proteſtatio ineſt contractui ſive in principio, ſive in fine poſita ſit. *Bar.l.ſi ita ſit ſcriptum.ff.de leg.1.*

Proteſtationi parendum eſt, quando prodeſt proteſtanti, & proteſtato non nocet. *l. virilis.§.ſi adierit. ff. de leg. præſt.*

Proteſtatio fieri poteſt viro pro uxore. *ibid.*

3340. Proteſtatio impedit actum valere tàm in ultimis voluntatibus quàm in contractibus. *Bal. l. clari.C.de fideicom.*

Proteſtatio contra teſtem, prius quàm deponat, nocet. *Spec. de teſte.§.1.V.item quod his.*

Proteſtatio tutoris vel hæredis, quòd nihil ſit in bonis, habetur loco Inventarii. *Bal.l.fin.C.qui bon.ced.poſſ.*

Proteſtatio contra ſubſtantiam matrimonii carnalis impedit illud. *Io.And.c.fin.de cond.appoſ.*

Proteſtatio non excuſat à iuramento. *Inn.c.præſentium.n.1. de teſtib.*

Proteſtatio non valet in præiudicium. *Ful.Par.de prob.lib. 1.cap.2.num.62.*

Proteſtatio tollit animum ab actu. *Weſenbec.conſ.6.nu.8.*

Proteſtatio tacita à contrario ſenſu verborum enunciativorum ſumpta actum ſequentem tollit. *l.fin.de leg.2.*

Proteſtatio relevat proteſtantem. *Ceph. conſ.774. nu.6.*

Proteſtatio conſervat omnia iura. *Decian. conſ.13. num.25. vol. 2.*

3350. Proteſtatio nihil operatur ad tollendam veritatem. *l. iura ſanguinis. ff. de reg. iur.*

Proteſtatio contraria facto nihil operatur. *c. ſollicitudinem. de appell.*

Provenit quandoque ex peccato infirmitas corporis. *Abb. c. cum infirmitas. de pœn. & remiſſ.*

Proverbium eſt ſcientia generalis, cui conſuetudo fidem accommodat, communis opinio ſenſum attribuit, incorruptæ [illegible]atis integritas acquieſcit. *Hoſt. c. Et ſi Iudæos. de Iudæ.*

Proverbia poſſunt allegari in deciſionibus cauſarum. *ibid.*

Provincia dicitur quælibet Civitas pro ſe habẽs regimina. *DD. l. cum in longi. C. de long. temp. præſcript.*

Provincia quælibet abundat in ſenſu ſuo. *c. utinam. 27. diſt.*

Provincia poteſt dari in feudum. *tit. de feud. March.*

Provincia concludit domicilium. *l. fin. C. de præſcript. long. temp.*

Provinciæ delictum Scholari peregrinanti nocere non debet. *c. ne fil. pro. pat. conſt. Frid.*

3360. Provincias univerſas regentes habent ius gladii, & in metallum dandi. *l. illicitas. §. pen. ff. de off. præſid.*

Provinciarum diviſio alia poteſt eſſe Eccleſiaſticis alia præſidibus. *Nov. 31. c. 2. §. 1*

Provincialis adminiſtrationem aſſumere non debet, niſi ex permiſſu Principis. *l. 4. C. de crim. ſacril.*

Providentia eſt futurorum, ſicut memoria præteritorum & ſcientia præſentium. *Nicaſ. proëm. Inſt. §. 1. n. 2.*

Providentia DEI differt à fato. *l. 4. C. ad SC. Tertull.*

Providentia matris à liberis reiici non debet. *l. filiis. C. de inoff. teſt.*

Proviſio generalis prodeſt tantum, quoad genus, quantum ſpecialis, quoad ſpeciem. *l. Gallus. de lib. & poſth.*

Pro-

Digitized by Google

Proviſio ſimplex refertur ad omnes caſus. *l.commodiſſimè. ff.eod.*

Proviſio hominis inutilis non tollit utilem legis proviſionem. *l.1.§.1.C.de rei ux.act.*

3370. Proviſio legis facit, ut error & imprudentia non noceat contractui. *l.1.§.1.C.eod.*

Proviſio facta de uno includit id quod cohæret. *gl.c.ſicut Chriſtus.1.q.1.*

Proviſio ſolet fieri in Caſu neceſſario. *l.1.C.de theſaur.*

Proviſio facienda eſt filio de alimentis, durante litè ſuper hereditate paternâ. *l.qui de inofficioſo.ff.de inoff.teſt.*

Proviſio facta in uno caſu ad alios ſimiles extenditur. *l. Gallus.ff.de lib.& poſth.*

Proviſio hominis tollit proviſionem legis. *l.fin.C.de pact. conv.*

Proviſio legis fruſtranea eſſe non debet. *l. fin. C. de uſu. rei iud.*

Proviſio tribuit ius in re. *c.fin.de conceſſ.præb.in 6.*

Proviſio novâ ex falſa narratione redditur ſubreptitia. *Rot. deciſ.472.in nov.*

Proviſio debetur, ſi fiſco ſuperſit pecunia. *Bart.l ſi quis.C. de aquæduct.lib.11.*

3380. Proviſio generalis legis non tollitur per proviſionem legis ſpecialis. *Alex.l.1.§.1.ff.de op.nov.nunc.*

Proviſio facta non ſervatâ formâ mandati non valet. *Inn. c.dudum.de præſumpt.*

Proviſio facta per modum diſpoſitionis purè in unum caſum, non extenditur ad alium. *l. ſi extraneus. ff. de cond.ob cauſ.*

Proviſum in uno caſu in alio denegatur. *l. labeo. ff. de compenſ.*

Provocans à famoſo iudicio famoſus nondum eſt. *l.furti. §.1 ff.de infam.*

Provocanti adſcribitur culpa. *l.ſi ex plagis.§.tabernarius. ff.ad l.Aquil.*

Provocato non imponitur pœna mortis. *BertaZol. conſ. 26.n.8.*

Digitized by Google

Provocare tertio in una eademque cauſa non licet. *l.1.C.nè lic.tert.prov.*

Provocatio dicitur omnibus modis, quibus iudicis auxiliũ imploratur. *Bar.l ſi minoris.ff.de adm.tut.*

Provocatio unius partis prodeſt alteri. *l.fin.C.quand prov. non eſt neceſſ.*

3390. Provocatione ſuſpenditur lis. *l.pen.in pr.C.de reb. cred.*

Provocatus occidens invaſorem præſumitur id feciſſe ad ſui defenſionem ſine dolo malo. *Bal.l.1.ff.ſi quad.paup. fec, dic.*

Provocatus ad iram non tenetur de verbis iniurioſis. *Spec. de accuſat.V.quid ſi te.*

Provocatus facto adverſarii nunquam verâ pœnâ delicti tenetur, ſed minus punitur. *l. qui cum minor.ff.de bon. libert.*

Prout quis delinquit, ita debet puniri. §.*Item lex Iulia.Inſt. de publ.Iud.*

Prout quodque contractum eſt, ita debet ſolvi. *l.prout.ff. de ſolut.*

Proxeneta alterâ parte invitâ teſtificari nequit. *gl. Auth.de Inſt.& fid.§.in his.*

Proxeneta tractat, ſed non concludit. *Bald.l.multum.C.ſi quis alt.vel ſib.*

Proxeneta illiciti contractûs privatur honore & dignitate. *c.non licet.12 q.1.*

Proxeneta contractûs uſurarii tenetur ad reſtitutionem uſurarum. *DD.l.ſciente.ff.de parricid.*

3400. Proxeneta tertius non eligitur duobus diſcordantibus. *Bal.c.1.de inveſt.in ma.fa.*

Proxeneta probat contractum eſſe uſurarium. *Card.Clem. 1.§.1.q.3.de uſur.*

Proxeneta tenetur de dolo & latâ culpâ. *Bar.l.2.ff.de proxenet.*

Proxeneta nihil debet accipere, niſi urgeatur. *l. fin. C. de ſponſal.*

Proxeneta paciſcens aliquid ultra ſummã lege permiſſam non poteſt exigere, & exactum reſtitui debet. *l.ſi quis ex aliena.ff.de iud.*

Pro-

Proxenetica petuntur iure licito. *l.1.ff.eod.*

Proxenetica prohibentur Eccleſiaſticis. *l.fin.C.de ſponſal.*

Proximè accingendus habetur pro accincto. *Mud. tract. Mors omnia ſolvit.par.1.n.14.*

Proximè futurum habetur pro facto. *l.pen.ff.de teſt.mil.*

Proximè faciendum habetur pro facto. *l. filiusfam. ff. de teſt. mil.*

3410. Proximitas ad cognatos refertur. *l. ad inteſtati.C. de legit.hered.*

Proximitatis ius hodie ſublatum. *l.3.C.eod.*

Proximiorem ſe aſſerens debet probare. *Calcan.conſ.8.num 33.Ceph.conſ.90.n.26.vol.1.*

Proximiora ſemper reſpicit relatio. *Abb.conſ.78.V.2.*

Proximus eſt veritati, qui bene diſtinguit. *Sal. l. filia. C. fam.herciſc.*

Proximior in gradu prior eſt in ſucceſſione. *§.ſi plures.Inſt. de leg.agnat.ſucceſſ.*

Proximus pubertati impubes eſt capax iniuriæ. *l.ſed et ſi.§. quod ſi.ff.ad l.Aquil.*

Proximior præſumitur magis dilectus. *Menoch.conſ.269. num.58.*

Proximioribus plus eſt favendum, quàm remotioribus. *Decian.conſ.31.n.82.Vol.1.*

Proximior in gradu remotiorem excludit. *Dec. conſ. 444. num.2.*

3420. Proximus eſt, quem nemo præcedit. *l.proximi.ff.de V.ſig.*

Proximior præfertur poſteriori. *l.1.ff. quis.ord.in bon.poſſ. ſerv.*

Proximi gradu excludunt remotiores aſcendentes. *Auth. defuncto.C.ad SC.Tertull.*

Proximior gradu potior eſt iure, poſt fratres fratrumque filios. *Auth.poſt fratres.C.de legit.her.*

Proximus furioſo, eo moriente vel repudiante, ſuccedit. *l. cùm furioſus.C.de cur.fur.*

Proximus pubertati in delictis pro pubere eſt. *l.pupillum. ff.de reg.iur.*

Pro-

Proximus dicitur per viam ſanguinis, conſors per participationem dominii. *Bal.l.dudum.C.de cont.emp.*

Proximiorum appellatione non venit uxor. *DD.l.1.C.Vnde vir & ux.*

Proximus pubertati obligatur naturaliter tantùm. *l.1.ff. de novat.*

Proximiorum præſentia exclûdit à contractu præſumptionem fraudis. *Bal.l.tranſactione.C.de tranſact.*

3430. Proximior ſuccedit in dignitate indigna oblatâ. *Bal.l cùm antiquiorib.C.de iur.del.*

Proximiores venientes ab inteſtato habentur pro inſtitutis. *Bal.l.eam quam.C.de fideicom.*

Proximus non eſt contemnendus à nobis. *Spec.de Advoc. §.1.V.quid ſi pater.*

Proximum diligere debemus ſicut nos ipſos. *Spec. de renunc.V.quid ſi moveas.*

Prudens quilibet præſumitur, donec contrarium probetur. *Bart.de teſtib.n.75.*

Prudens non propalat, quæ non poteſt probare. *c.plerunq. 2.q.5.*

Prudentiæ eſt dubia ſuſpendere. *Afflict. deciſ. Neap.353. num. 1.*

Prudentes illuminant regnum. *Afflict.proëm.n.8.*

Prudentior præſumitur humilior. *Grammat.deciſ. Neapol. 1.num.8.*

Prudentia hominum canicies eſt. *Prapoſ.Mediol. c.preſbyter.diſt.23. n.5.*

3440. Prudentum doctrina facilis eſt. *Ioan.Fab.§.is itaq. n.1. Inſt.de 1. t.1.*

Prudentiſſimi autores ſecuti ſunt medietatem. *l.antiq.ff.ſi pars hered.*

Prudentia maior præſumitur in maiore. *Menoch.conſ.269. num. 59.*

Prudentis hominis non eſt ſtare ſub incerto. *Bertaz. conſult.deciſiv tit.5.conſ.193.n.155.*

Prudentiæ tuæ ne innitaris. *c.nè innitaris.ex.de conſtit.*

Pru-

Digitized by Google

Prudentia ſupplet ætatem ſicut malitia. *Caſt. l.1. n.2.C.q. & adverſ.quos.*

Prudentiæ pars habetur memoria. *Viv.deciſ.123.nu.75. & ſeqq.*

Prudentiæ ſuæ quis inniti non debet. *Spec.de deleg.§.excipi.V.item quod nimis.*

Prudentia eſt habitus cum ratione activus circa bona vel mala. *Bart. de teſtib.n.69.*

Prudentia conſiſtit circa particularia. *ibid.n.73.*

3450. Prudentia œconomica pertinet ad regimen familię. *ibid.nu.79.*

P V.

Pubertas finit officium curatorum adiunctorum tutorib. *l.1.C.quand.tut.vel cur.eſſe deſ.*

Pubertas non excludit præſcriptionem 30.annorum. *l.3. C.de præſcript.30.vel 40.ann.*

Pubertas marium examinari non debet.*ibid.*

Qui præmaturè petit, plus petit. *l. ſi cui exempto. §. minus. ff. de V. ſign.*

Qui cum filio agit, patris fidem ſequi videtur. *l. 1. ff. quod iuſſu.*

Qui ad certum tempus ſe non arctavit, non poteſt mendacii argui. *DD. c. fin. de deſponſ. impub.*

Qui ſuum cuique tribuit, & neminem lædit, colit iuſtitiā. *§ iuris pracepta. Inſt. de iuſt. & iur.*

Qui vult antecedens, vult etiam conſequens. *l. illud. ff. de acq. har.*

Qui iure communi tutus eſt, non indiget privilegio. *l. 1, C. de theſaur. lib. 10.*

Qui contendit, ſcripturam non eſſe ſolennem, is tenetur probare. *Bald. l. ſi poſt diviſionem. C. de Iur. & fact. ignor.*

10. Qui malè agit, odit lucem. *c. conſuluit. de off. deleg.*

Qui in mora eſt, illius periculo res ſemper perit. *l quod te ff. ſi cert. pet,*

Qui non ſervat tempus, non ſervat formam. *l. ſcire. ff. de excuſ. tut.*

Qui

Qui addit ſcientiam, addit & laborē. *Mol.reg.cancell.Rom. 18.de idiom num ult.*

Qui ex neceſſitate offendit, nihil deliquit. *Hercula.de cautionib.cap.45.n.10.*

Qui nullum dicit, omnia excludit. *l.ſi is qui.ff.de reb.dub.*

Qui cum conſilio cuncta agunt, reguntur ſapientia. *Ang. Vbal.conſ.crim.72.n.pen.vol.2.*

Qui non habet poteſtatem diſpenſandi, is non poteſt alteri dare poteſtatem illam. *c.1.§.fin.de temp.ord lib.6.*

Qui acceptat ſignum, etiam ſignatum amplectitur. *l.ſtigmata.C de fabricenſ.lib.11.*

Qui alicui alteri ex meâ voluntate ſolvit, mihi ſolvere videtur. *l.invito.C.de ſolut.*

20. Qui duas artes exercet, ambarum conſtitutionibus ligatur. *Gail.lib.2.obſ.30.n.8.*

Qui diu tacuit, non videtur renunciaſſe paternæ hæreditatis. *l.licet.C.de iur.delib.*

Qui poteſt per ſe agere, poteſt etiam procuratorem conſtituere. *l.1.ff.de proc.*

Qui vadit planè, vadit ſanè *gl.§.1 Inſt.eod.*

Qui ignorat principium, à quo debet fieri numeratio, ignorat dinumerationem. *l.non facilè.ff de grad.*

Qui liberos habent, naturæ impulſu eorum curam & ſollicitudinem agere coguntur, *l.1.§.ius naturale.ff.de iuſt. & iur.*

Qui ſciens alienat, furtum committit. *§.ſed tamen. Inſt. de uſucap.*

Qui ſemel rei dominus eſt, amplius eius dominus fieri nequit. *l.3.§.ex pluribus.ff.de acq poſſ.*

Qui in poteſtate alterius eſt, is nihil in ſuâ poteſtate habere poteſt. *§.item vobis.Inſt.per quas perſ.*

Qui paciſcitur, intelligitur confiteri crimen. *l. Athletas.§. fin.ff.de his qui not.infam.*

30. Qui cum ebrietate miſcetur, non erit ſapiens. *c. luxuria 35.diſt.*

Quilibet præſumitur ſcire emolumenta rei ſuæ familiaris. *l.quisquis.C.de reſcind.vend.*

Digitized by Google

Qui mandat ſolvi, ipſe ſolvere videtur. *l. qui mandat. ff. de ſolut.*

Qui reſiſtit poteſtati, Ordinationi DEI reſiſtit. *c. qui reſiſtit. 11. q 3.*

Qui tenetur ad precium rei, re peremptâ liberatur. *l. quidã. §. ſi tibi. ff. de leg. 1.*

Qui tenetur ad dandum, dare præciſè compellitur. *l. ubi. a. ff. de V. O.*

Qui facit artes mechanicas, non poteſt eſſe nobilis. *l. nobiliores. c. de commer. & mercat.*

Qui negligenti amico rem cuſtodiendam tradidit, non ſibi, ſed ſuæ facilitati id imputare debet. § *preterea. Inſt. quib. mod. re contrah. obl.*

Qui dolo deſiit poſſidere, ut poſſeſſor convenitur, *l fin. a. § ſed & ir. ff. de rei vend.*

Qui eſt adhibitus actui, ut teſtis, non præiudicat iuri ſuo. *l. Titia. ff. de leg. 2.*

Qui nomine eximuntur, etiam fructu carebũt, *l. à nullo. C. de ſer.*

40. Qui aliud dicit, quàm vult, nec id dicit quod vox ſignificat, quia non vult, nec id, quod vult, quia id non loquitur. *l. in ambiguo. ff. de reb. dub.*

Qui non eſt, ſed eſſe ſperatur, facit partem. *l. ſi duobus. ff. de leg 1.*

Qui morbo corporali laborant, à muneribus perſonalibus ſe excuſant. *l 1. & 2. C. qui morb. lib. 10.*

Qui prohibetur à iudice emere, prohibetur in pignus accipere. *l in quarum. ff. de pign.*

Qui paganis prædicant, poſſunt cibis veſci ab ipſis appoſitis. *c. quàm ſit. de Iuda.*

Qui manifeſtô facinori deſinit obviare, cùm poteſt, conſentit. *c. 1. 17. q. 3.*

Qui non impedit maleficium, quando ad eum ſpectat prohibere, ipſum perpetrare videtur. *L. 2. ff. de noxal. act.*

Qui uno teſticulo natus eſt, iure militabit. *l. qui uno. ff. de re milit.*

Qui

Qui percuſſerit clericum, excommunicationi ſubiaceat. *c. ſi quis ſuadente.17.q.*

Qui ea docet, quæ ab auditoribus intelligi non poſſunt, nō ad eorum utilitatem, ſed ad ſui oſtentationem facit. *c. fin.43.diſt.*

50. Qui voluntatem mutatam dicit, probare debet. *l. eum qui ff. de prob.*

Qui dolo dicit factum, debet probare. *l. quoties.§. qui dolo. ff. eod.*

Qui ſervit altari, de altari vivere debet. *c. cùm ſecundum Apoſtolum. Ex. de preb.*

Qui perdit principale, perdit acceſſorium. *l. labeo. ff. quemad. ſerv. amit.*

Qui tetigit auriculam, totum corpus videtur tetigiſſe. *l. vulgaris. ff. de furt.*

Qui tacet verum, videtur falſum committere. *l. qui teſtamentum. c. ad l. Iul. de falſ.*

Qui non facit, quod etſi vellet facere, non poſſet, de iure culpari non debet. *l.1.§. fin. C. de annal. except.*

Qui peccat, contra legis authoritatem peccat. *c. qui peccat. 23 q.4.*

Qui nimium emungit, elicit ſanguinem *c. denique. 4. diſt.*

Qui tenetur ſatisdare regulariter, non liberatur nudâ promiſſione. *l.1. ff. qui ſat. cog.*

60. Qui poteſt omnia, etiam ſpecialia poteſt. *Vult. l.3. n.10 C. de iurisdict.*

Qui imperitiâ peccavit, in culpa eſt. *l. ſi quis donum. §. Celſus. ff. de act. empt.*

Qui antecedentis defenſionem ſuſcepit, æquum eſt, ut conſequentis tutelam ſubeat. *Maurit. de reſt. in integ. cap.1. nu.5.*

Qui præparatorio iudicio adfuit, preparati curam amplexetur. *ibid.*

Qui ius petit ab illo, debet ſibi ius ſervare. *C.1. de mut. petit.*

Qui habet hauſtum, iter quoque habet ad hauriendum. *l. item ſic.§. qui habet. ff. de ſer. ruſt.*

Digitized by Google

Qui alii nocere exiſtimavit, ipſe ſuam ſentiat iacturam. *l. pen. C. de leg.*

Qui ex vico natus eſt, patriam intelligitur habere, cui reip. vicus ille ſubeſt. *l. qui ex vico ff. ad municip.*

Qui paratus eſt ſolvere, non cogitur iudicium ſuſcipere. *Bar. ſi reus. ff. de proc.*

Qui tenetur ſub conditione, non cenſetur obligatus. *l. ſi quis ſub conditione. ff. ſi quis omiſſ. cauſ. teſt.*

70\. Qui fructum legat, uſumfructum legare videtur. *l. per ſervum ff. de uſu & habit.*

Qui conſentit, iura non perdit. *l. cùm quadam. C. de admin. tut.*

Qui tenetur aliquid facere propriis ſumptibus tenetur. *Bar. l. ſi non ſortem. ff. de op. lib.*

Qui iuriſdictionem in aliquâ cauſâ non habet, is inutiliter mandat alii. *l. obſervare ff. de off. Proconſ.*

Qui bonis ceſſit, is nec agere, nec conveniri poteſt. *l. Item ſi unus ff. de recept. arb.*

Qui obſcurè loquitur, cùm apertioribus verbis uti potuiſſet, fraudem meditari cenſetur. *l. fin. C. de hær. inſt.*

Qui ſubiectos poteſtati ſuæ delinquere patitur, ipſe censẽdus eſt deliquiſſe. *l. iubemus. C. de SS. Eccl.*

Qui poteſtatem alicui eximit ſuo iure utendi, parum fideliter facit. *l. Quintus Mutius. ff. mand.*

Qui dato ad purgandum ſe iudicio nonutitur, is confiteri videtur omnia. *c. Chriſtianis. 14. q. 1.*

Qui ſciens contemnit vindictam ordinatione legis à ſe faciendam, is præſumitur in dolo diſſimulatè criminis. *l. propter. ff. ad Syll.*

80\. Qui ponunt eam conditionem, quam ſciunt impoſſibilem, ſi præſumuntur cogitare, quod nihil agi voluerint. *l. impoſſibilis. ff. de V. O.*

Qui in minimo exceſſit, non dicitur excedere. *l. quamvis. ff. de cond. & dem.*

Qui in rem conveniuntur, illi & doli & culpæ nomine eandem nanciſcuntur. *l. qui petitorio. ff. de rei vend.*

Qui nocet, recipiet id, quod nocuit. *c. ſecundum. 11. q. 3.*

Qui

Qui invitat alios ad aliquid faciendum in ſe debet habere, quod prædicat. *l. ſi pupilli.* §. *Vlt. ff. de neg geſt.*

Qui verbum multiplicat, mutat ſubſtantiam obligationis. *l. ſi ſtipulatus ff. de uſur.*

Qui contra formam natus eſt, nullius effectus videtur. *Dreſa meth. iur. univ. de Conſt. Princ.*

Qui authore iudice comparavit, bonæ fidei poſſeſſor eſt. *l. qui autore. ff. de reg. iur.*

Qui fraudulenter verſatur in negotiis & in prædandi cauſa, ſuo tantum lucro ſtudet, indignum ſe facit naturæ beneficio. *l. item ſi ff. de neg geſt.*

Qui reprobos nummos ſolvit, non liberatur. *l. eleganter.* §. *1. ff. de pig.*

90. Qui deponit, non donat, *l. donationes ff. de donat.*

Qui expreſsè non conſentit, videtur diſſentire. *l. in eo iure.* §. *deinde. ff. de rit. nupt.*

Qui veritatem ſequitur, DEVM ſequitur. *c. quisquis. 2. q. 3.*

Qui metu alicuius poteſtatis veritatem occultat, iram DEI ſuper ſe provocat *c. quisquis. 11. q. 3.*

Quicquid fit occaſione alicuius involuntarii, involuntarium dicitur. *l. qui levanda ff. ad L. Rhod. de iact.*

Qui vult unum, cenſetur velle omne aliud, ſine quo illud eſſe non poteſt. *l. illud. ff. de acq, her.*

Qui non vult, quando poteſt, conſequens eſt, ut cùm velit, non poſſit. *l. multum intereſt. C. ſi quis alt. vel ſi.*

Qui alterius appellationi non detulit, non tenetur appellationi deferre. *c. conſtitutis. de appel.*

Qui cæteris præeſt, iuſtè & fideliter iuſtitiam debet diſtribuere. *c. decimas 16. q. 7.*

Qui ius publicum ſequitur, non decipitur. *l. nihil.* §. *non capitur. ff. de reg. iur.*

Qui ſine lege peccârunt, ſine lege peribunt. *Port. reg. lib. 1. tit. 3. cap. 2.*

100. Qui poteſt aliquid facere, intelligitur facere. *c. error, diſt. 83.*

Quisquis paſcendo hominem ſervare poteris, ſi non paveris fame occidiſti. *c. paſce. 86. diſt.*

Qui

100. Qui poteſt aliquid facere, intelligitur facere. *c. error. diſt. 82.*

Qui hominis naturam non erubuit, dignus eſt pecuniâ & aliis reb. omnib. condemnari. §. *1 Auth ut defunct. col. 5.*

Qui iudicio materno convenit, is violat iura pietatis. *l. contra voluntatem. C de teſt. man.*

Qui reparat vetus, novum non facit. *c. conſuluit. de cenſib.*

Qui ab alio poſſidetur, alios poſſidere nequit. *l. cum heredes. §. 2. ff. de acq. poſſ.*

Qui iudicium refugit, apparet eum à iuſtitiâ eſſe diviſum. *c. Chriſtianis. 11. q. 1.*

Qui per vim poſſidet, nullâ ſe iuſtâ exceptione poteſt tueri. *l. 1. §. 1 ff. quod vi aut clàm.*

Qui alitus fuit, altorem accuſare non poteſt. *l. iniquum. C. qui accuſ. non poſſ.*

Qui de nihilo dubitat, aut ſalvus eſt, aut nimis arrogans. *Prat. reg. iur. lib. 6. tit. 2. cap. 3.*

Qui accuſare volunt, debent habere probationes. *l. qui accuſare. C. de Edend.*

110. Qui non poteſt gerere officium, non poteſt obtinere beneficium. *TurZan. com. opin. 102. n. 2.*

Qui vult ſcire, quid rei, debet prius cognoſcere rei ipſius principia. *Bal. l. 1. ff. de iuſt. & iur.*

Qui carent nomine, carent effectu. *l. ſervi. C. de inoff. teſt.*

Qui ſecundum effectum conveniunt, ſimpliciter convenire dicuntur. *l. ſufficit. ff. de cond. ind.*

Qui ſe adſtringunt ad duo probanda, unum probare non ſufficit. *c. ſignificavit. Ex. de teſtib.*

Qui ad faciendum tenetur, non debet expectare, ut ſibi denuncietur. *l. magnam. C. de contr. & commit. ſtipul.*

Qui divina mandata contemnunt, debent ſeveris vindictis coherceri. *c. iuſtum eſt. 23. q. 3.*

Qui conſentit debitori, ſponte videtur conſentire hæredi eius. *l. ſicut. ff. quib. mod. pig. ſol.*

Qui prohibetur eſſe principalis, prohibetur eſſe neceſſarius. *Bal. l. Curialis C. de locat.*

Qui

Digitized by Google

Qui ambiguo ſermone potius vult uti, quam aperto, planè nihil dicit. *l. in ambiguo. ff. de reb. dub.*

120. Qui poteſtatem adimit reo, iure ſuo uti non facit fideliter. *l. Quintus. ff. mand.*

Qui cum maiore ſolennitate celebrantur, difficilius diſſolvuntur. *gl. l. 3 §. fin. ff. de adim. leg.*

Qui ſponte defendit, poteſt unam tantum cauſam defendere. *Bar. l. qui proprio. ff. de proc.*

Qui defendit in antecedente, cogitur etiam defendere in conſequente. *ibid.*

Qui defendit in præparatorio, cogitur defendere in procuratorio. *ibid.*

Qui non ſolvit termino, incidit in pœnam licet admittatur moræ purgatio. *Bar. l. fin. ff. de arc. reb.*

Qui agit cogitur ſe defendere. *Bar l qui non cogitur. ff. de iud.*

Qui petit copiam libelli, non videtur conſentire in iudicem. *Bar. l non videtur ff. eod.*

Qui promiſit aliquid certo loco, poteſt ubique conveniri. *Bar l. eum qui inſulam. ff. eod.*

Qui amovet impedimentum, non dicitur contra adverſarium uti. *Bar. l. Proculus. ff. de uſufr.*

130. Qui legat fructus annuos, videtur legare uſumfructũ formalem. *Bal. l ſi quis ita ff. eod.*

Qui facit, quò minùs poſſit, videtur poſſe. *Bal. l. ſi bona fide. ff. de nox act.*

Qui negat ſe dominum, non poteſt uti dominio illo. *Bar. l. non alienum. ff. de int. act.*

Qui non poteſt alienare, non poteſt iuramentum deferre. *Alex. l. iusiurandum. §. pupillus. ff. de iureiur.*

Qui ſcribit contractum obligationis ſuæ rei, videtur obligationi conſentire. *Bar. l. fideiuſſor. ff. de pig.*

Qui perverſis ſe ſociũ facit, Chriſtũ negat. *c. exiſtimat. 11. q. 3.*

Qui peccat, & qui peccanti conſentit, uterque reus eſt. *c. ita corporis. 11. q. 3.*

Qui ſocii non repellit iniuriam, ſimilis eſt ei, qui facit. *c. non inferenda. 23. q. 3.*

Qui

Qui de malis pœnam non ſumunt bonos iniuriis affici volunt. *Pacian. de prob. lib. 2. cap. 44. n. 94.*

Qui ſapit innumeris moribus, aptus erit. *ibid. n. 49.*

140. Qui multis præeſt, præfertur his, qui paucioribus. *l. actione. §. item ſi. ff. pro Soc.*

Qui non inſtruit, decipit. *l. 1. §. 1. ff. de act. empt.*

Qui non facit, quod facere debet, punitur. *l. omne. §. fin. ff. de re milit.*

Qui non reiicit, eligit. *l qui non falſam. ff. de falſ.*

Qui nil habet, quod reddat, periculo eius nihil eſt. *§. facti. Inſt. de vi bon. rapt.*

Qui nõ intelligit, abſens reputatur præſens. *l. cum quidam. ff. de acq. hær.*

Qui diſciplinæ causâ aliò miſſus eſt, non videtur abſens. *l. Seia. §. Pamphila ff. de fund. inſtruct.*

Qui finito negotio domum redire potuit, abeſſe deſiit. *§. rurſus ex diverſo. Inſt. de act.*

Qui non ſequitur conditionem patris, ſequitur conditionem matris. *Bar. l. eos. C. de decur. lib. 10.*

Qui non poteſt ſtatuere, non poteſt relegare. *Sal. l. nulli. C. de ſent. & int.*

150. Qui vult unam partem, videtur velle alteram accreſcentem. *Bar. l. ſi duo. ff. de acq. hær.*

Qui non vult hæreditatem, non cogitur ad collationem. *Bar. l fuit quæſtionis. ff. de col. deb.*

Qui ſemel furcatur, meretur veniam à furcâ. *gl. l. capitaliũ. ff. de pœn.*

Qui patitur pro ſe alium fideiubere, videtur mandare. *Bal. & Sal. l. fideiuſſor. C mand.*

Qui conſequitur dignitatem, tacitè videtur reſtitutus ad famam. *Bal auth. quod vis. C. de nupt.*

Qui non eſt inductus in poſſ. rei, dominium non habet. *Bal. l. qui prædium. C. de diſtract. pig.*

Qui dæmones invocant, vel imagines cæreas incantẽt, puniendi ſunt. *Sal. multi magicis C. de malef. & math.*

Qui precio fruitur, non minus habere intelligitur, quam qui principali utitur & fruitur. *l. quia. ff. de rei vend.*

Qui

Qui Doctorem veritatis contriſtat, in Chriſtum peccat. *c. quicumq3. 11. q. 3.*

Qui privilegio abutitur, meretur eodem exui. *c. privilegium. n. 1. q. 3.*

160. Qui falſum de alio profert, & is qui crimina credit, uterque reus eſt. *§. non ſolum. 11. q. 3.*

Qui rem alienam poſſeſſam invadit, furioſo ſimilis eſt. *l. ſi quis in tantam. C. Vnde vi,*

Qui Chriſtianum ſe negat, Chriſtum negare convincitur. *c. non ſolum. 11. q. 3.*

Qui iniuſte maledicit, præmium meretur. *c qui iuſtus eſt. 11. q. 3.*

Qui ſub uſurâ mutuum accipit, non peccat, ſed qui dat. *c ſuper eo Ex. de uſur.*

Qui diu dubitavit, diu noluit. *Sichard. l. 2. numer, 2. C. de ſponſalib.*

Qui litis æſtimationem ſuffert, emptoris loco habendus eſt. *l ſi propter ff. de act. rer. amot.*

Qui in acie pro Repub. ceciderunt, habentur pro vivis. *l. bello. ff. de excuſ. tut.*

Qui compenſat brevi manu ſolvit. *Bald. c. ad noſtram. Ex. de iureiur.*

Qui ſemel aliqua ex parte hæres extiterit, ei invito deficientium partes accreſcunt. *l. qui ex duob ff. de acq. hær.*

170. Qui ſemel elegit, non habet licentiam altero electo ad alterum tranſire. *l. ſi plurib. ff. de leg. 1.*

Qui iuſſus eſt facere ut habeam, tenetur mihi dare. *l. ſi hæres. ff. eod.*

Qui ſic ſolvit, ut recuperet non liberetur. *l. qui ſic. ff. de ſolut.*

Qui in uno ſatisfacit, in cæteris ſatisfacere cogitur. *§. non a. Auth. de hær. & Falc.*

Qui non venit eo tempore, quo venire non expediebat, contumax non cenſetur. *Bart. L. arbiter. ff. de recep. arb.*

Quicquid pignori commodi vel incommodi fortuitò acceſſit, id ad debitorem pertinet. *l. ſi inter colonum. ff. de pig & hypoth.*

Qui

Qui non recipiunt diviſionem in ſubſtantiâ, nec in tempore *Ray. de Foroliv. prop. mai. ad fin.*
Qui non occurrit, conſentit erranti. *c. conſentire. 83. diſt.*
Qui non reſiſtit errori, conſentit. *c. error. 83. diſt.*
Qui clementiam non habet, nec indutus eſt viſcere miſericordiæ *c. qui clementiam. 86. diſt.*
Qui Spiritus perfectionem non habent eam dare non poſſunt. *c. qui perfectionem. 1. q. 1.*
180. Qui nimio vino indulgent, neſciunt quid loquãtur. *c. ſanè. 15. q. 1.*
Qui inconſideratè loquitur, ſentiet mala. *c. ſi 5. q. 5.*
Qui inviris dominatur, tyrannus eſt. *Alciat. l. bona Civitatis. n. 7. ff. de V. ſign.*
Qui dat, dicitur facere. *Alc. l. faciendi. n. 4. ff. eod.*
Qui in carcere eſt, non cenſetur vinctus. *Alc. l. verum eſt. n. 3. ff. eod.*
Qui accuſat, facit reum. *l. ſi veris. C. de fid. inſt.*
Qui prior læſit, pacem violaſſe videtur. *l. cùm pater. §. libertis ff. de leg. 2.*
Qui cogi poteſt, non dicitur ſponte dediſſe. *Io. And. c. præterea. de iur. patron.*
Qui olim poſſedit, non præſumitur hodie poſſidere. *Bal. & Caſt l ſi minorem. C. de in int. reſt.*
Qui poteſt cogi, velle non videtur. *Alex. l ſi quis maior. C. de tranſaction.*
190. Qui affirmat ſub periculo animæ ſuæ, dicitur iurare. *c fraternitatis. de frig. & malef.*
Qui impugnavit, non debet commoda reportare. *l. Papinianus. §. meminiſſe. ff. de inoff. teſt.*
Qui ſemel adiuvit, non poteſt poſteà pœnitere. *l. ſicut. C. de repud. her.*
Qui pœnam petit, debet eſſe extra omnẽ culpam. *l. quaro. §. inter locatorem. ff. loc.*
Qui tẽpore debito non navigat, ſuo poſteà periculo navigat. *Bal. qui Roma. n. 3. §. Callimachus ff. de V. O.*
Qui alios inſtruit, non debet ab aliis inſtrui. *l. 2. §. Servius Sulpitius. ff. de orig. iur.*

Qui

Qui poteſt hæreditatem adire, poteſt & illam repudiare. *l. ſi avia. C. de iur. delib.*

Qui citò dat, bis dat. *Caſt. l. ſolitum. §. 2. ff. de Solut.*

Qui tenetur ad quantitatem reſpectu certæ ſpeciei, peremptâ ſpecie liberatur. *l. Titia. ff. de leg. 1.*

Qui ad veritatem revertitur fallax non habetur, *c. apud miſericordem. 32. q. 1.*

200. Qui nihil geſſit, non tenetur ad rationes reddendas. *Clem. 2. §. ut aiunt. de relig. domib.*

Qui certus eſt, ut homo, certioratur ut Iudex. *C. multi 2. q. 1.*

Qui petit dilationem ad ſolvendum, videtur ſententiam approbare, & appellationi renunciare. *l. ad ſolutionem. C de re iud.*

Qui non ligat; cœlebs eſt. *Nevis. de ſyl. nupt. fol. 21.*

Qui non ſuccedit, non excludit alium. *l. 1. §. Filium. ff. de bon. poſſ. cont. tab.*

Qui ad onus eligitur, non debet à mercede repelli, *c. cùm ſecundum. de preb.*

Qui mandatam iuriſdictionem ſuſcepit, proprium nihil habet. *l. 1. §. qui mandatam. ff. de off. eius cui mãd. eſt. iur.*

Qui plus delinquit, plus punitur. *§. item lex Iulia Inſt. de publ. iud.*

Qui gravius delinquit, gravius punitur. *ibid.*

Qui prolixius pro Republica laborarunt, maiore præmio gaudent. *Saport. de collat. n. 85.*

210. Qui poſtulat teſtes, eis debet dare ſumptus competentes. *l. quoniam. C. de teſtib.*

Qui ſolvit propter ſuum malum, alii non prodeſt. *l. locum. §. pen. ff. de tab. exhib.*

Qui ſcire debet, præſumitur eſſe ſciens, licèt ſit ignorans. *l. ſed & pupillus. ff. de inſt. act.*

Qui caſum dicit, caſum probare tenetur. *L. Conſulta divalia. C. de teſtam.*

Qui duos habet accuſatos, à tertio prohibetur. *l. cùm rationibus. C. qui accuſ. non poſſ.*

Qui non poteſt ut minus, nec ut maius. *l. qui indignus. ff. de Senat.*

Qui ſemel periurus, adhuc facturus periurium præſumitur. *c. literas. de præſumpt.*

Qui quondam ſubditus fuit, is nunc quoque ſubditus cẽſetur. *DD. prætor. de tranſact.*

Qui olim dives, etiam hodie dives præſumitur. *l. ſive poſſidetis. C. de prob.*

Qui olim pauper, nunc quoque pauper præſumitur. *Cum & Soc. l. 2. ff. de except.*

220. Qui facit per alium, fictè facit. *Bar. l. ſi pater ff. quæ in fraud. cred.*

Qui rem cœpit vindicare, non prohibetur poſſeſſorium cumulare. *Gribal. de rat. ſtud, lib. 1. cap 9.*

Qui non facit quod debet, non recipit, quod oportet. *Bal. c. 1. qui dom. prop feud. priv.*

Qui bene diſtinguit, proximus eſt veritati. *Sal. in præfat. ad Cod.*

Qui non extat, actionem habere non poteſt *Zaſ. lib. 2. reſp. conſil. 2. n. 9.*

Qui non facit quod debet, cenſetur facere quod non debet. *l. qui non facit. ff. de reg. iur.*

Qui in delictum tendit, pravè actũ eſſe intelligitur. *C. 1. de præſumpt.*

Qui ineptè agit, ſeſe profligat & ſubvertit. *gl. Inſt. de oblig. c. examinata. de iud.*

Qui me potior eſt, cùm te ſuperaturus ſum, multò magis adverſus te obtinere debet. *l. de acceſſionibus. ff. de div. & temp. præſcript.*

Qui ponit de uno tempore, de alio negat. *l. cùm prætor. ff. de iud.*

230. Qui ſemel poſſedit, non præſumitur iam poſſidere. *Zaſ. l. ſi rem. n. 2, ff, de except. rei iud.*

Qui non eſt delegatus, non poteſt alium delegare. *Zas. l. ſi minor, n 7. ff. de V. O.*

Qui occidere poteſt adulterum, multò magis poterit eum contumeliã afficere. *l. nec iura. ff. de adult.*

Qui generaliter excipit, obſcurè excipiens nihil agit. *c. paſtoralis. de excep.*

Qui ſemel de aliquo gravi delicto veniam conſecutus eſt, ei amplius parcendum non eſt. *Schurpf cons. 42. n. 5. cent. 1.*

Qui non prodeſt, nec obeſſe debet. *C. Epiſcopi. de reb. Eccl. non alien.*

Qui bona nulla in civitate reliquit, hæredem habere nequit, cum nudus moriatur. *l. tutelas. ff. de cap. dim.*

Qui deſtituitur probationibus ad iudicium non veniat. *Bal. l. in conſtitutionib. C. de uſur.*

Qui pluris eſt, utique tãti eſt. *Ful. Pac. de pr. li. 2. ca. 26. n. 21.*

Qui alieno nomine poſſidet, non poſſidet. *Weſebec. conſ. 2. n. 28. vol. 1.*

240. Qui non probat antecedens, non probat conſequẽs. *Bar. l. 2. §. idem Labeo. n. 5. ff. de aq. pluv arc.*

Qui per ambitum adipiſcitur dignitatẽ, infamis efficitur. *l. 1. ff. de ambit.*

Qui conſueta facit, non eſt in culpâ. *Bal. l. ſi pignori. §. fin. ff. de pig. act.*

Qui excipit, negat ſe debere. *gl. l. non utiq; ff. de except.*

Qui de ſuo iure agit, de eo debet docere. *c. poſt electionem: de conceſſ. pra.*

Qui accipit uſuras contemnit DEUM. *Flor. à Vening. cons. de praſcript. pig. n. 176.*

Qui ſemel excommunicatus olim fuit, hodie quoque excommunicatus præſumitur. *c ſicut de ſent. excom.*

Qui cauſam ignorat, cur non debeat petere, dolo facere nemo videtur. *l. nemo. ff. de reg. iur.*

Qui per ſucceſſionem, quamvis longiſſimam defuncto hæredes extiterint, non minus hæredes intelliguntur, quàm qui principaliter heredes extiterunt. *L. qui per ſucceſſ. ff. eod.*

Qui liberum acquiſivit, non eſt factus locupletior. *l. locupletior. ff. eod.*

250. Qui de uno negligens eſt, in altero ei præiudicatur. *Auth. de ſânctiſſ Episc. §. illud.*

Qui fraudatus eſt, pro eo non præſumitur. *Bertrand. conſ. 407. n. 4. vol. 6.*

Qui luxurioſè vivit, prodigus eſt. *l. & mulieri. ff. de cur. fur.*

Qui alii conſentit, ſua iura perdit. *l. cum quidam. ff. de admin. tut.*

Qui primò aliquem in ius vocat, cenſetur actor. *Alex. conſ. 102. vol. 5.*

Qui ſcit ſe dominum, & non curat agere, negligens eſt. *Beroius de præſcript. nùm 8.*

Qui in facto proprio ius ſuum ignorat, negligens eſt. *l. fin. ff. pro Soc.*

Qui vult dicere, defunctum reliquiſſe plures coniunctos tempore mortis, debet probare. *Ruin. conſ. 154. vol. 3.*

Qui excipit non utique fatetur, *Coler. c. cùm venerabilis. n. 12. & 18. de except.*

Qui contra iura moveatur, bonam fidem habere non præſumitur. *c. 2. de reb. Eccl. non alien. lib. 6.*

260. Qui vult ſibi impleri, debet implere. *Menoch. de arb. iud. quæſt. lib. 2. cas. 494. n. 9.*

Qui ſuis armis interimitur, bis moritur. *ibid. caſ. 499.*

Qui reipsâ apprehenſus non eſt, non cenſetur inventus, licet poſſit teſtibus convinci. *Soar. com. op. li. 2. nu. 187.*

Qui agit contra conſcientiam, ædificat ad gehennam. *c. omnes 28. q. 1. c. per tuos de Sim.*

Qui cum uxore fit coitus, dicitur caſtitas. *c. Nicena. 31. diſt.*

Qui citò reverſus eſt, non dicitur diſceſſiſſe. *Rip. l. 1. §. qui præſens n. 5. ff. de V. O.*

Qui ante diem petit, malè petit. *Rip. conſ. 167. n. 1.*

Qui non poteſt accuſare, non poteſt teſtificari. *l. qui cùm maiore. § 1. ff. de bon. lib.*

Qui non habet intellectum, non poteſt teſtificari. *c. 2. 3. q. 2.*

Qui non improbat, probat. *l. quidam. ff. ad Trebell.*

270 Qui in articulo mortis eſt, non debet examinari in teſtem. *Bal. l. hac conſultiſſima. C. qui teſt. fac.*

Qui poteſt uti viâ planâ, per aliam ire non debet. *Ang. Are. §. is itaq; a. 2. Inſt. de Iuſt. & iur.*

Qui nõ eſt in eo loco, in quo petitur, abſens eſt. *l. abſentem. ff. de V. ſign.*

Qui

Qui extra continentia Vrbis eſt, abſens eſt. *ibid.*

Qui à latronibus detinetur, abeſſe videtur. *ibid.*

Qui non utendo amiſit ſervitutem, illum alienare dicimus. *l alienationis. ff. de V ſign.*

Qui occaſione acquirendi non utitur, non intelligitur alienare. *ibid.*

Qui hæreditatem omittit, non intelligitur alienare. *ibid.*

Qui optionem intra certum tempus datam non amplectitur, non inrelligitur alienare. *ibid.*

Qui dicit furem non eſſe, de hominis propoſito loquitur. *l. aliud eſt promittere. ff. de V. ſign.*

280. Qui dicit furto noxaq́ue ſolutum, nemini eſſe furti obligatum promittit. *ibid.*

Qui præſtat eius præſentiam, de qua agitur, exhibet. *l. apud Labeonem. ff. eod.*

Qui ſiſtit, præſtat eius, de quo agitur, præſentiam. *ibid.*

Qui mutũ, furioſum aut infantẽ exhibet, non exhibet. *ibi.*

Qui iuſſus eſt, ædere rationes, reliquum non debet reddere. *l. boves ff. eod.*

Qui creditor temporalem exceptionem timet, ſimilis eſt conditionali creditori. *l. creditor, ff. eod.*

Qui naſcuntur, patris, non matris ſequuntur familiam. *l. familia, ff. eod.*

Qui liberandus eſt accuſatus, non debet diuturnâ incarcerari cuſtodiâ. *l.* § . *C. de cuſtod. reor.*

Qui directè non tenetur, nec per obliquum tenetur. *Brederod. de reg. iur. V. directa.*

Qui poteſt facere, ut poſſit iam poſſe facere, intelligitur facere. *c. error. diſt. 83.*

290. Qui vadit ad locum peſtiferum, dicitur DEVM tentare. *Maſcard. de prob. concl. 20. n. 3. vol. 1.*

Qui declarat, nil addit. *Schurpf. conſ. 51. n. 9. cent. 2.*

Qui actionem habet ad petendam rem, ipſam rem habere videtur. *l. qui actionem. ff. de reg. iur.*

Qui verbo ſuadet, dicitur conſulere. *BertaZold. lib. 2. conſ. 304. num. 2.*

Qui extra provinciam eſt, longè eſt. *ibid. conſ. 348. n. 7.*

Qui ſolvendo non eſt, neceſſarium heredem etiam in fraudem relinquere poteſt. *l. 1. C de neceſſ. ſerv.*

Qui de viventis hæreditate ſollicitus eſt, improbus eſt. *l. 2. § incendimur. ff. de vulg. ſubſt.*

Qui iniuriarum actionem per calumniam inſtituit, extra ordinem damnatur. *Caius lib. 3. reg. de iniur. l. 43.*

Qui ſibi nō parcit, multò minus aliis parcet. *l. fi. ff. de bo. re.*

Qui patitur, quod poteſt prohibere, ipſe facere dicitur. *l. 2. ff. de noxal.*

300. Qui malè cœpit, & non implevit, non punitur. *l. quamvis ff. de in ius voc.*

Qui adire nequit, inſtitui nō poteſt. *Ang. Peruſ. con. 91. n. 5.*

Qui malitioſe abeſt, videtur abeſſe ad ſui præiudicium. *Mascard. de prob. concl. 614. n. 22. vol. 2.*

Qui in dignitate delinquit, magis puniendus eſt quàm privatus. *l. 2. ff. de re mil.*

Qui animam agit, non videtur dolo fateri. *Maſcard. de prob. vol. 2. conclus. 695. n. 28.*

Qui ex timore facit præceptum aliter quàm debeat, facit, & ideò non facit. *c. privilegium. de reg. iur. n. 6.*

Qui fraudem allegat, debet eam probare. *Mascard. de probat. Vol. 2. conclus. 815. n. 66.*

Qui emendatur, ulterius non dicitur malus, *l. quod ita. ff. de ædil. Edict. c. teſtimonium. de teſt.*

Qui delictum geminat, delicti veniam ſperare non debet. *Bal. l. 3. C. de Epiſc. aud.*

Qui exhortatur, mandare non dicitur. *Mascard. de probat. vol. 2. conclus. 866. n. 5.*

310. Qui monet, non dicitur mandare. *ibid. num. 6.*

Qui commendat, non dicitur mandare. *ibid. n. 7.*

Qui ſuadet, non dicitur mandare. *ibid. num. 10.*

Qui conſulit vel permittit, mandare non dicitur. *ibid. n. 11.*

Qui ſuſcepit cuſtodiam honorum, non intelligitur adire. *Mant. de coniect. ult. vol. lib. 12. tit. 9. n. 16.*

Qui ſtuprum commiſit, non dicitur caſtè & honeſtè vivere. *Ibid. lib. 11. tit. 19. n. 35.*

Qui plantat nihil eſt ſed qui dat incremētū. *c. cùm ſit. de dec.*

Qui

Qui ſtipulatus poteſt exceptione ſubmoveri, is non poteſt videri accepiſſe. *l. non poteſt videri. ff. de reg iur.*

Qui iuſſu Iudicis aliquid facit, non videtur dolo malo aliquid facere, cùm parere neceſſe habeat. *l. qui iuſſu. ff. eod.*

Qui poteſt facere, ut poſſit conditioni parere, iam poſſe videtur. *l. qui poteſt ff eod.*

320. Qui cum alio contrahit, vel eſt, vel eſſe debet eius conditionis non ignarus. *l. qui cum alio. ff eod.*

Qui poteſt invitis aliquibus alienare, multò magis & ignorantibus & abſentibus poteſt. *l. qui poteſt. ff eod.*

Qui ex liberalitate conveniuntur, condemnandi ſunt in id quod facere poſſunt, *l. Divus Pius. ff. eod.*

Qui non ſalutat, ut conſuevit, cenſetur inimicus. *gl. c. cùm Adrianus. diſt. 63.*

Qui ſine dolo malo ad iudicium provocat, moram facere non videtur. *l. qui ſine dolo. ff. eod.*

Qui non prohibet, cùm prohibere poteſt, crimen nullum petitur. *l. ſi nullum. ff. eod.*

Qui in ripâ fluminis ædificat, non ſuum facit, *l. qui a. ff. de acq. rer. dom.*

Qui teſtatur, ab hæredis inſtitutione debet ſumere initiũ. *l. 1. ff. de hær. inſt.*

Qui tranſigit, quaſi de re dubiâ & lite controversâ neque finitâ tranſigit. *l. 1. ff. de transact.*

Qui per fallaciam adverſarii ad tranſactionem inducitur, is non tàm paciſci, quàm decipi videtur. *l. qui cum tutorib. ff. eod.*

330. Qui veritatem non liberè pronunciat, proditor eſt veritatis. *c nolite timere. 11. q. 3.*

Qui futura vult, multò magis vult præſentia. *Ioan. Godd. l. 8 n 3. ff. de V. ſign*

Qui ſtato præſtitutoque die non ſolvit, in morâ eſt. *l. mora. ff. de uſur.*

Qui uſucapi patitur, alienat. *Godd. l. alienationis. num. 9. ff. de V. ſign.*

Qui putat, idẽ eſſe formas quod partes, is confundit artẽ. *Connan, Com. iur. civ. lib. 1. cap. 13. n. 5.*

Qui non probat, quod adducit, dicitur iure carere. *Bal. conſ. 67. vol. 3. Goz ad. conſ. 48. n. 4.*

Qui vult dicere, beneficiũ eſſe maioris valoris, debet probare. *Rebuff. Nomin. n. 43.*

Qui vult dicere, al quẽ deceſſiſſe inteſtatum debet id probare. *Brun. tract. quòd ſtantib. maſcul. col. 1 fol. 79.*

Qui vult dicere, aliquem deceſſiſſe teſtatum. id probare debet. *Bertrand. conſ. 132. vol. 2.*

Qui mortui naſcuntur, neque nati, neque procreati videntur. *l qui mortui. ff. de V. ſign.*

840. Qui per dementiam contradicere non poteſt, videtur conſentire. *l. ſoluto. §. & Iulianus, ff. ſol. mat.*

Qui rem non habet, ei nihil adcreſcit. *l. ſi tutor. ff. de ac. her.*

Qui emolumentum habet, is etiam onus ſentire debet. *l. ſi quos, C. de alluv.*

Qui legitimo tempore non appellat, videtur ſententiæ acquieviſſe. *l. ab eo. C. quomod. & quand.*

Qui lucrum ſentit, & damnum ſentire debet. *L. dotem. C. de iur. del.*

Qui in legẽ committit, privilegiũ legis amittit. *l. 1. c. d. her.*

Qui excipit, debet exceptionẽ probare. *l. ſi pactũ. ff. de prob.*

Qui non ſubtiliter factum emendat, laudabilior eſt eo qui invenit. *l. 1. C. de vet. iur. enucl.*

Qui à recta religionis tramite diſcedunt, dementes veſanique ſunt iudicandi. *l. 1. C. de Sum. Trin.*

Qui non eſt dominus rei, nec de ea teſtari poteſt. *Auth. ingreſſi. C. de S S. Eccleſ.*

850. Qui ſtudiorum cauſa abeſt, abeſſe non videtur. *l. quaſitum ff. de leg. 3.*

Qui iuſſus eſt facere, ut habeam, tenetur mihi dare. *l. ſi hares. ff. eod.*

Qui improbat id, quod Imperator fecit, ex certâ ſcientiâ, committit ſacrilegium. *l. 2. C. de crim. ſacril.*

Qui in iudicio non contradicit, conſentire videtur. *l. cùm oſtendimus. § fideiuſſore. ff. de fideiuſſ. tut.*

Qui ſolvit, pro hærede ſe gerere videtur. *l. cùm debitum. C. de iur delib.*

Qui-

Digitized by Google

Qui lege permittente delinquit, non punitur. *l. Gracchus. C. ad l. Iul. de adult.*

Qui cum alio contrahit, vel eſt vel eſſe debet alterius conditionis non ignarus. *l. incivilem. C. de furt.*

Qui non habet in ære, luat in corpore. *l. quicumque. C. de ſerv. fugit.*

Quibus legare poſſumus, eorum quoque ſervis poſſumus legare. *l. ſi mihi & tibi ff. de leg. 1.*

Quicquid ob tutelam fit, iure fit. *l. ut vim. ff. de Iuſt & iur.*

360. Quicquid ademptum eſt, non videtur datum. *l. ſi ita ſcriptum ſit. ff. de leg.* 1.

Quicquid iudicis poteſtati committitur, neceſſitati non ſubiicitur. *l. non ſemper. C. quom. & quand.*

Quicquid ad utilitatem venditoris pertinet, pro meliore conditione haberi debet. *l. quicquid. ff. de in diem ad iu.*

Quietantia etiam pro modico fieri debet ad petitionem ſolventis. *gl. l ſciendum. ff. qui ſat. cog.*

Qui prior eſt tempore, potior eſt iure. *c. ſi pro te. de reſcr. li. 6.*

Quilibet intelligitur habilis. *Bal. l. cum virum. C. de fideicō.*

Quilibet ſcire præſumitur vires ſui patrimonii. *l. quisquis. C. de rei vend.*

Qui in mora vel culpa non eſt, pœnam à lege ſtatutam pati non debet. *l ſororem. C. de act. rei vend.*

Qui longo tempore uſucapit, dominus eſt. *l. ſi finita. ff. de dam infect.*

Qui affectionem tenendi habet, poſſidet. *l. 2. § adipiſcitur. (ff. de acq. poſſ.*

370. Qui victus eſt de poſſeſſione, petitoris partibus fungitur. *l. exitus ff. eod.*

Qui iuſſui matris non obtemperat, iura pietatis videtur violare. *l. contra voluntatem C. de teſt. man.*

Qui alieno laborant vitio, gratiâ & veniâ digni ſunt. *l. legē. C. de nat. lib.*

Qui damnare poteſt, is abſolvendi quoque poteſtatem habet. *l. qui damnare ff. de re iud.*

Qui fari non poteſt, ſtipulari non poteſt. *l. ubi ff. de V. O.*

Qui bis idem promittit, ipſo iure amplius quam ſemel nō tenetur. *l. qui bis. ff. eod.*

Qui in locum privati vel alterius ſuccedit, eodem iure utitur *l. cùm quidam ff. de uſur.*

Qui prior appellat, prior agit. *l. qui prior. ff. de iud.*

Qui ſemel eligit, non habet licentiam altero electo ad alterum tranſire. *l. ſi plurib. ff. de leg. 3.*

Qui reddit chirographum creditori, ius pignoris amittit. *l. conditricem. C. de remiſſ. pig.*

380. Qui falsè & variè teſtimonium dicit, officio iudicis puniri debet. *l. qui falſe. ff. de teſtib.*

Qui non capit partem, facit partem. *l. 7. ff. de leg. 2.*

Qui habet tranſitum, iter habet ad hauriendum. *l. itur. §. qui habet. ff. de ſerv. ruſt. præd.*

Qui divinæ legis ſanctitatem, aut neſciendo omittunt, aut negligendo violant & offendunt, committunt ſacrilegium. *l. 1. C. de crim. ſacril.*

Qui rem vult vindicare ratione dominii, poteſt priùs ad exhibendum experiri. *l. ſi dominum. C. de relig.*

Qui petit dilationem ad ſolvendum, videtur ſententiam approbare, & appellationi renunciare. *l. ad ſolutionem. C. de re iud.*

Qui ſemel hæres eſt, amplius non poteſt deſinere eſſe hæres. *l. ei qui ſolvendo. ff. de hær. inſt.*

Qui in poteſtate parentis eſt, teſtamenti ius non habet, *l. qui in poteſtate. ff. qui teſt. fac. poſſ.*

Qui tacet, conſentire videtur. *l. 5. ff. de adopt.*

Qui vult cõſequens, videtur velle antecedẽs. *l. 2. ff. de iuriſ.*

390. Qui depactus eſt datâ pecuniâ, ſolutum non repetit. *l. & generaliter. ff. de calumniat.*

Qui in utero eſt habetur pro iam nato. *l. etiã ei. ff. de minor.*

Quilibet rei ſuæ moderator et arbiter. *l. in re mand. C. mãd.*

Qui non eſt mecum, contra me eſt. *L. Cœlicolarum. C. de Iuda.*

Quibus modis acquirimus, iiſdem in contrarium actis amittimus. *c. 1. de reg. iur.*

Qui menſuris menſuretur eſt in arbitrio contrahentium. *Bar. l. Imperatores. ff. de cont. empt.*

Quicquid diſponit Princeps, lex eſt *l. 1. ff. de conſt. Princip.*

Quic-

Quicquid eſt de cauſa finali, requirit eius repletionem. *Chaſſan. cons. 31. nu. 1.*

Quicquid pignori commodi vel incommodi fortuitò acceſſit, id ad debitorem pertinet. *l. ſi inter Colonum. ff. de pig. & hypoth.*

Quicquid propter alicuius mortem obvenit, mortis cauſâ capitur. *l. qui pretio. ff. de mor. cauſ. donat.*

400. Quicquid inebriat ſtatum mentis evertit. *c. vinolentum. 35 diſt.*

Quicquid poſſidetur, nomine pecuniæ intelligitur. *c. totum. 1. q. 3.*

Quicquid ſupra datum exigitur, uſura eſt. *C. putant 14. q. 3.*

Quicquid neceſſitate fit, citò ſolvitur. *c. quicquid. diſt. 5. de conſ. cr.*

Quicquid agimus in nomine Domini debemus incipere. *c. non obſervatis 26. q. 7.*

Quicquid fit dubitante conſcientia peccatum eſt. *c. fin. Ext. eod.*

Quicquid demonſtratæ rei adiicitur fruſtra eſt. *Maſc. de prob. vol. 1. concl. 371. n. 3.*

Quicquid inductum eſt præter communes regulas, id exorbitare dicitur. *Alc. lib. 2. de V. ſign.*

Quicquid calore iracundiæ fit vel dicitur, non prius ratũ eſt, quam ſi perſeverantia apparuerit, iudicium animi fuiſſe. *l. quicquid. ff. de R. iur.*

Quicquid ſub conditione relictum eſt, impletâ illâ debetur. *l. uni. §. fin. a. C. de cad. toll.*

410. Quicquid ex ordine conſtat, viciatur, ſi non de ordine apparet. *l. adhuc. ff. de uſufr.*

Quicquid fit contra longam conſuetudinem oportet revocare. *c. conſuetudo. 12. diſt.*

Quicquid eſt cauſa cauſæ, eſt cauſa cauſati. *l. manumiſſiones. ubi Bal. ff. de iuſt & iur.*

Quicquid fieri poteſt purè, idem rectè fit ſub conditione. *§. omnis ſtipulatio. Inſt. de V. O.*

Quicquid initium habuit, ad finem pervenire neceſſe eſt. *Gribal. de rat. ſtud. lib. 2.*

Quic-

Quicquid in ratione conſiſtit, lex eſt. *Abb. C. ratio Ex. de præbend.*

Quicquid fit occaſione alicuius involuntarii, involuntariũ dicitur. *l. qui levandæ ff. ad l. Rhod. de iact.*

Quicquid contra leges ſuſcipitur, per leges diſſolvi meretur. *C. vides. diſt. 10.*

Quicquid vicii admiſcetur, coniugii honeſtate velatur. *c. quicquid 32. q. 2.*

Quicquid eſt intra fines, cenſetur eſſe illius, cuius ſunt fines. *inter eos ff. de acq. rer. dom.*

420. Quicquid eſt intra fines, includitur, & extra excluditur. *l. fines. C. de Evict.*

Quicquid acquirit uxor conſtante matrimonio, videtur de bonis Mariti quæſiviſſe. *L. etiam. C. de donation. inter vir & uxor.*

Quicquid acquirit filius, acquirit patri, & ſervus domino. *l. placet. ff. de acq her.*

Quicquid acquirit monachus, acquirit monaſterio *Auth. ingreſſi. C. de S S. Eccleſ.*

Quicquid Iudicis poteſtate committitur, id neceſſitati nõ ſubiicitur. *l. non ſemper. C. quom. & quand. iud.*

Quicquid ſorti accedit, uſura eſt. *C. pleriq; 14. q. 3.*

Quicquid contra legis prohibitionem fit nullum producit effectum. *Harprech. Inſt. de rer. diviſ. § feræ. n. 25.*

Quicquid eſt alienabile, id etiam eſt præſcriptibile. *l. quod principis. ff. de aq pluv. arc.*

Quicquid facit Princeps, facit ut DEUS. *Bal. c. 1. §. fin. de nov. for. fid. ult col.*

Quicquid eſt ceſſibile, eſt tranſmiſſibile *Dec. conſ. 443.*

430. Quicquid iuris eſt in toto, illud etiam obtinet in parte. *l. quæ de tota. ff. de rei vend.*

Quicquid omiſſum eſt in Inveſtitura pro omiſſo haberi debet. *Muda. Conſ 11.*

Quicquid eſt cauſa, ut aliud ſit tale, idipſum maximè eſt tale *Gribal. de rat. ſtud. lib 1. cap 10.*

Quicquid ab hominibus ligatur, ſolubile eſt. §. *nuptias. Auth. de nupt.*

Quic-

Quicquid eſt deducibile in pactum, aut conceſſibile in privilegium, etiam eſt præſcriptibile. *God.cons.39.n.54*

Quicunque non admittitur ad accuſationem, nec ad teſtimonium, *c.teſtes 4.q.3.*

Quicunque lædi poteſt, citari debet. *Mant.de coniect.ult. vol.lib 11.tit.11.n.1.*

Quicunque vult DEVM inſtituere, & non filium, quærat alium pro conſilio, non Auguſtinum. *c fin.17 q.4.*

Quicunque primatum deſiderat in terrâ, inveniet confuſionem in cœlo. *c.multi.40.diſt.*

Quid permittitur publicè quod privatim non permitteretur. *l.1.ff.de pollicit.*

440. Quid opus eſt verbis, quæ rerum nullus effectus ſequitur. *l.fin.C.de don.*

Quid dicatur, non quis dicat, curandum eſt. *Paris de Puteo.de Synd.V.an Iudex.n.12.*

Quid maius humanum eſt, quàm fortuitis caſibus mulieris maritum, vel viro uxorem eſſe participem. *l.ſi cùm dotem.§.ſi maritus.ff.ſol.mat.*

Quid faciant præſentes, neſciunt abſentes. *l fin.ff.de decret. ab ord.fac.*

Quies communis ab omnibus vindicanda. *l.2.C.quand. lic.unicuiq; ſine iud.*

Quies regionis eſt magiſtratui commendata, *Nov.Conſt. 103.cap.3.§.1.*

Quies in templis ſervanda. *l.denunciamus.C.de his qui ad Eccleſ.confug.*

Quies eſt privatio motus in illo de cuius aptitudine eſt, ut moveatur, *Bertach.repert.par.3 fol 328.add.*

Quieti religioſorum providendum eſt per Superiorem. *Card.Clem.1.de Regularib.*

Quietantia erronea de toto recepto, cùm pars ſaltem ſit recepta, non præiudicat, *l.ſi inter patrem.C.de Solut.*

450. Quietantia ficta non liberat. *l.ſi obligatum.C.eod.*

Quietantia miſſa ad procuratorem ſpe futuræ numerationis, non liberat debitorem, niſi numeratio ſit ſecuta. *l.ſi literarum.C.eod.*

Qui-

Quietatio generalis reſtringitur ad contractum, ſuper quo interponitur. *Bal.l.iubemus.C.ad Vell.*

Quietatio generalis reſtringitur ad ſpecificata. *Bar.l.emptor.§.Lucius.ff.de pact.*

Quietatio generalis in tranſactione ſuper una lite valet. *Bar.l.cum Aquiliana ff.de tranſact.*

Quietatio debet fieri cum omnibus clauſulis generalibus neceſſariis ad eius robur, *Bal.l.pactum.C.de coll.*

Quietatio debet fieri in ſcriptis vel probari per quinque teſtes, quando debitum eſt probatum per ſcripturam. *Bar.l.teſtium.C.de teſtib.*

Quietatio generalis non extenditur ad contenta in teſtamento, de quo non eſt facta mentio. *Bar.l.qui Romæ.ff.de V.O.Caſt.conſ 7.*

Quietationis inſtrumentum debet reddi debitori, non creditori. *Bertach rep.par.3.fol.328.coll.2.in fi.*

Quietationis dotis inſtrumentum, dicitur dotis inſtrumentum. *Pet.Se,l.exigere.ff.de iud.*

460. Quietationem generalem quis non cogitur facere, ſed ſpecialem ſic ſcilicet de ſolutis tantum. *Bar.l.cum Aquiliana.ff.de tranſact.*

Quietatio generalis non porrigitur ad ſpecies de novo repertas, vel dolo contrahentiũ ſubtractas. *Caſt.cons 207.*

Quietatio generalis facta per fratrem non extenditur ad rem, quam poteſt vendicare. *Bal.l.pactum. C.de collat.*

Quietatio non liberat, ſed probat liberationem factam. *Caſt.cons.1.*

Quietatio per pupillum, etiam cum decreto iudicis, non valet, ſi ſit læſus. *Caſt.cons.309.*

Quietatio generalis inter pupillum & ſubſtitutum, non extenditur ad ius fideicommiſſi. *Caſt.conſ.7.*

Quietatio facta matri tutrici per filium, etiam cum iuramento poteſt contraveniri. *Caſt.cons 309.*

Quietatio hæreditatis non extenditur ad feudum vel emphyteuſim. *Bar.l.item videndum.ff.de pet.her.*

Quietatio generalis non comprænhendit ius de futuro poſt mortem. *l.Paulo.§.1.ff.de leg.3.*

Quie-

Quietatio generalis refertur ſolum ad id, quod eſt ſatisfactum. *Bal.l.ſi ex maiore C.de nupt.*

470. Quilibet eſt talis, qualia verba refert. *l.pen.ff.de cond.inſtit.*

Quilibet Iudex dicitur DEI miniſter in terris. *c.qui malos. 24.q.5.*

Quilibet præſumitur talis eſſe, qualem natura ſolet producere, niſi contrarium probetur. *l.nec Codicillos. C.de Codicill.*

Quilibet præſumitur liber, donec contrarium probetur. *§. Ius a. Inſt.de iur.nat.gent.& civ.*

Quilibet præſumitur ſcire id, quod eſt ſibi in domo ſua denunciatum. *gl.& Bal.l.ſi tutor C.de per.tut.*

Quilibet effectus ampliatur & reſtringitur à ſuâ causâ finali. *l cum pater.§.dulciſſ.ff.de leg.2.*

Quilibet actus debet fieri verbis aptis & habilibus. *l.1.C.de ſent.& interloc.*

Quilibet præſumitur ſcire emolumenta rei ſuæ familiaris. *l.quisquis.C.de reſcind.vend.*

Quilibet poteſt teſtari de ſuis bonis. *§. diſponat. Authen. de Nupt.*

Quilibet videtur ſe ſubmittere velle iuris diſpoſitioni. *l.ſi debitor.§ fin.ff.quib mod.pig.ſol.*

480. Quilibet eſt in ſua poſſeſſione tuendus. *L.1.C. uti poſſid.*

Quilibet mavult fortunæ guttam, quàm dolium mentis. *Decian.cons.42.n.14.vol.2.*

Quilibet præſumitur cognoſcere ſuos coniunctos. *l.pen.ff. unde cognat.*

Quilibet præſumitur dignus, niſi probetur indignus. *c.ex parte de re mil.*

Quilibet præſumitur id, quod publicè dicitur. *gl. & Bar.l. ſi tutor.C de peric.tut.*

Quilibet debet eſſe diligens in officio ſuo. *l.ſi duas §.nimis. ff.de excuſ.tut.*

Quilibet dicitur in regno ſuo Monarcha. *c.ſcitote 6.q 3.*

Quilibet de populo non tenetur ex delicto univerſitatis. *Bar.l.1.ff.quod quic.iur.*

Quilibet præſumitur voluiſſe,quod lex diſponit.*Mant.de coniect.ult.vol.lib.6.tit.6.n.1.*

Quilibet præſumitur appetere honorem ſuæ familiæ.*ibi. tit.15.n.1.*

490. Quilibet literarum expers naſcitur.*Maſcard.de prob. concl.988.num.1.*

Quilibet præſumitur qualificatus. *Ruland.de commiſs.lib. 7.cap.6.n.5.*

Quilibet præſumitur ſcire ſtatuta ſuæ Civitatis.*Rip.conſ. 81.num.28.*

Quilibet de ſuo largiri poteſt,ubi vult.*Mayner.l.ſemper in obſcuris.n.15.ff.de reg.iur.*

Quilibet agens probare debet rem,causā & actionem.*Bal. conſ.270.n.1.vol.1.*

Quilibet præſumitur diligens,donec probetur negligens. *Rot.deciſ.556.in antiq.*

Quilibet præſumitur in futurum ditari,& lucrum facere. *l.cura.§.deficientium ff.de muner.*

Quilibet præſumitur Innocens.*l.abſentem.ff.de pœn.c.fin. de praſumpt.*

Quilibet ſcire debet,quod ſuum non eſt ad alium pertinere modis omnibus. *l.cum quarebatur.C.unde vi.*

Quilibet ſtylus iudicii ſervari debet. *DD.l.1. C. de S.Trin. & fid.Cathol.*

500. Quilibet eſt Rex in domo ſua.*God.cons.1.n.7.*

Quilibet ſit intentus,ut alii proſit.*§.licet a.ff.de per. & com.rei vend.*

Quilibet de populo poteſt comparere in cauſa continente publicam utilitatem,non in continēte privatam.*l. ubi pactum.C.de transact.ibi Bar.*

Quilibet præſumitur bonus.*l.meritò.ff.pro Soc.*

Quilibet de populo poteſt accuſare de delicto capitali.*Bal. l.Polla.C.de his quib.ut indig.*

Quilibet præſumitur inſtructus eſſe inſtrumento ſuæ profeſſionis.*l.ſi quis ex argentariјs.§.prætor ait.ff.de Edend.*

